ζ inde: COMM. instr. 1, 25, 7 modo mete; quodsi non, te -et inde (i. ad sententiam sequentem trahere voluerunt quidam, vix recte).

η substituitur subi. rei (sec. dolet sim.): α pron. neutr.: ipsum: CIC. inv. 2, 43 id facinus . . . quod -ere fuerit necesse, quod spem celandi non haberet (Tusc. 5, 81 sapientis est . . . proprium, nihil q. -ere possit facere, nihil invitum. ad Q. fr. 1, 2, 7 nihil . . . , q. nos -ret. PVBLIL. C 26 cave quicquam incipias, q. -at postea [post -at trad.]). Tusc. 5, 53 (v. 5, 81 supra) ut nihil -at, nihil desit, nihil obstet. APVL. met. 11, 30, 2 nec . . . laborum me sumptuumque quidquam . . . -uit. AMBR. paenit. 2, 9, 86 eos, qui paenitentiam agunt, hoc solum -ere non debet, ne ipsius paenitentiae agant paenitentiam. AVG. pecc. mer. 1, 19, 25 numquid tantillos pueros potest aliquid -ere? (in psalm. 109, 4 l. 42). in enunt. relat.: CIC. Tusc. 4, 79 quo modo . . . si naturalis esset ira, . . . quemquam -ret, quod fecisset per iram? (CATVLL. 63, 73 [Iog. Attis] iam iam dolet q. egi, iam iamque -et. PLIN. nat. 18, 26 DRAC. laud. dei 3, 644).

β subst. (in versibus interpolatis [desunt in A]): PLAVT. Stich. 51 me quidem haec condicio nuptiarum factarum nunc non -et [cf. Petersmann ad l.]: SEDVL. op. pasch. 4, 7 (quae praecedunt v. p. 64, 55) si nos antiquae lubricum -at iam ruinae (carm. pasch. 4, 72 si nos -at veterem quaesisse ruinam). CASSIOD. var. 10, 26, 3 ut tali facto eam Ranildam non -ret mutata religio (religione var. l.). CORIPP. Ioh. 2, 364 -ant si bella (sed 4, 206 -uit bellasse). 4, 210 modo -et ista virtus ad bellum incitans. 6, 90 didicerunt corda dolores impia -uitque malum.

2 moventia subaudiuntur: α exempla varia (post LIV. selecta pauca): CIC. Lig. 30 erravi, temere feci, -et. Tusc. 5, 104 nescimus, ante quam -ere coepit, contemnere honores populi. Att. 7, 12, 5. 8, 5, 1. epist. frg. IV 3 W. (contextu manco). MET. CEL. Cic. fam. 5, 1, 1. SALL. Iug. 31, 10 neque eos, qui ea fecere, pudet aut -et, sed incedunt . . . magnifici. 104, 5 Boccho, quoniam -et, delicti gratiam facit senatus. HOR. sat. 1, 2, 77 ne -at te, desine matronas sectarier. Ov. epist. 14, 13 ut dicant morientia 'et' ora (8 et 14 piget). fast. 4, 176. 6, 51 Pont. 1, 1, 59sq. LIV. 3, 2, 5. al. TERT. paenit. 8, 8 si -at ex animo (-as cod. O, Borleffs 1957, cf. p. 63, 69). ITALA psalm. 109, 4 (Cypr. testim. 1, 17. al.; sim. VVLG., PSALT. Rom., HIER. psalt. sec. Hebr.) iuravit dominus nec -bit eum (gr. μεταμνήθησεται. Avg. ad l. 17 l. 37 sq. numquid -et deum, sicut hominem eqs.? PROSP. ad l. non mutabit consilium, non aliud faciet, nec umquam ei haec sententia displicebit). VLP. dig. 24, 1, 32, 2 sq. v. p. 51, 52. PRVD. cath. 2, 26 sol ecce surgit igneus: piget, pudescit, -et, nec teste quisquam lumine peccare constanter potest. al. cum dat. pro acc.: VICTORIN. leg. dom. 197 nisi -uisset iniquis (sec. CARM. adv. Marc. 3, 182, ubi iniquos). β gerundium (fortasse hic illic ad usum personalem spectans): CIC. fin. 2, 106 voluptas corporis . . . [Keudel]

saepius . . . relinquit causam -endi quam recordandi. ac. frg. 16 corrigere errorem -endo. Tusc. 4, 79 Alexander cum interemisset Clitum . . ., vix a se manus abstinuit; tanta vis fuit -endi. PVBLIL. A 32 ad -endum properat, cito qui iudicat. LIV. 24, 26, 15 quod non locus -endi aut regressus ab ira relictus esset (FRONTO p. 197, 19 v. d. H. locum -endi reliquit. al.). 42, 13, 3 receptum ad -endum. PHAEDR. 5, 5, 3 ad -endum . . . agi. TAC. ann. 3, 51, 2 non senatui libertas ad -endum erat. 4, 11, 1 nullo ad -endum regressu. Ps. APVL. herm. p. 265 orationis variae species . . . ut . . . obiurgandi, -endi, deplorandi. TERT. paenit. 2, 1 modum . . . -endi. 7, 2 ne retractantes de residuo auxilio -endi spatium adhuc delinquendi demonstrare videamur. 7, 3 quia patet ad -endum. ITALA I reg. 15, 29 (Tert. adv. Marc. 2, 24 p. 369, 11) deus non convertetur neque paenitentiam aget, quia non sicut homo est ad -endum (gr. τοῦ μετανοῆσαι, Vulg. ut agat paenitentiam). CYPR. epist. 55, 29 abscidere . . . -endi viam. al.

inde pers. *paeniteo, -uī, -ēre et depon. *paeniteor, -nīsus (-nitus) sum, -ērī. formas part. perf. -nīsus (sec. nitor, nīsus sum?) vel -nītus et fut. -nsurus vel -nīturus v. p. 66, 62sq. nec non l. 52.

i. q. paenitentiam sentio (subi. est is qui paenitentia afficitur, sc. homo vel deus, animal p. 64, 76, dei sententia p. 64, 54; aliter, sc. cum subi. rei paenitentiam evocantis p. 60, 84. 62, 42): I forma activa: A exempla singularia aetatis prioris et ambigua quaedam. usum antiquissimum testatur CAPER (l. 28) et PRISC. gramm. II 432, 12 antiquissimum consuetudine a -o paenitet, a taedeo taedet, pigeo piget eqs. 561, 3 impersonalia deficient in . . . supinis et participiis . . .; sed . . . invenitur -ens, unde paenitentia . . .; sciendum tamen, quod haec omnia inveniuntur perfectorum declinationem habentia in usu veterum teste Capro: pigeo, taedeo, pudeo, -o, eqs. III 486, 6 paenitet taedet piget pudet licet libet positiva sunt . . .; antiquissimi tamen et -o et pudeo et pigeo et misereo dicebant.

1 forma finita: PACVV. trag. 31 nunc -bunt [libunt] liberi grato ex loco (affert NON. p. 475, 18sq. s. v. -bant [-bunt corr. Quicherat] inter alia exempla 'de contrariis generibus verborum').

2 formae infinitae (cf. gerundium fortasse nonnumquam huc spectans, v. p. 62, 83, gerundivum v. p. 66, 84): a part. praes., fut.: α testimonia grammaticorum (cf. QVINT. sub β): SACERD. gramm. VI 431, 27 impersonalis species verborum duo recipit participia, praesentis temporis taedens pudens -ens, et futuri . . . taedendus pudendus paenitendus. DOSITH. gramm. VII 408, 18 impersonalium verborum omnino participia non esse, quamvis visum fuerit Salustio dicere '-entem Lepidum'; et pudens. DIOM. gramm. I 363, 20. CLEDON. gramm. V 71, 30 ab impersonali verbo participia nisi usurpata non veniunt: pudens -ens quaeritur, utrum faciat ab impersonali verbo. POMP. gramm. V 261, 19. PRISC. gramm. II 561, 3 v. supra l. 26. β exempla: praes. (pro subst. et praedictive): CIC. Phil. 12, 7 optimus est portus -enti mutatio consili. SALL. hist. frg. 1, 68 Lepidum -entem consili (affert CHAR. gramm. p. 331, 14B. paenitet me . . .; quamvis Sallustius dixerit eqs. v. etiam DOSITH. supra). ceterum non ante SVET. Vit. 15, 3 infra l. 78 et MIN. FEL., TERT. aliosque Christianos, qui usum frequentant, v. maxime p. 65, 9. fut. (usus impers. defendi potest ACC. trag. 313 p. 59, 5; a depon. potius derivandum p. 66, 66): SALL. hist. frg. inc. 35 non -turum (affert QVINT. inst. 9, 3, 12 breviter petendo eo usque processum est, ut 'non -turum' pro non acturo paenitentiam . . . dixerit).

b infin. (exempla certius ad usum impers. spectantia illic invenies inde a Cic. Mur. 61 p. 61, 46. Att. 2, 4, 2 p. 62, 12. 6, 2, 7 p. 61, 14. Ov. met. 15, 278 p. 60, 4): α aetatis prioris (fortasse etiam LIV. 3, 2, 4, ubi tamen sequitur verbum impers.): LIV. 36, 22, 3 Aetolos . . ., si -ere possint (possit nonnullae edd. vet.), posse et incolumes esse. β ambigua aetatis posterioris (certa non ante APVL. met. 5, 6, 3 p. 64, 61): GELL. 1, 8, 6 (Demosthenes Laidi meretrici) -ere tanti non emo (gr. μεταμέλειαν. eadem verba eiusdem ANTH. 892, 4. cf. gr. Macr. Sat. 2, 2, 11 μετανοῆσαι). TERT. paenit. 4, 7 bonum est -ere an non? 7, 13 pigeat sane peccare rursus, sed rursus -ere non pigeat. al.

B usu pleno aetatis posterioris (formis finitis: iuxta formas similes GELL. 5, 1, 3 p. 64, 59, usu transitivo apud MIN. FEL. et TERT. [v. sub 2; vix agnoscendum TERT. paenit. 8, 8 p. 62, 74], ceterum non ante ITALAM et CYPR. sec. μετανοέω [de VVLG. v. p. 55, 61]): 1 intransitive (sc. structuris a verbo impers. ductis): a alicuius facti vel peccati (cf. usum impers. sub IIB). exprimitur vel declaratur paenitentia peccatoris saepius apud Christianos, maxime sub β; deo -ere CASSIOD. in psalm. 50 concl. l. 677 (cf. in deum p. 66, 41), ante aliquem RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 44(46). ad paenitentiam dei cf. usum impers. (v. p. 61, 31) et s. v. paenitentia p. 54, 67.

α generativum: ① indicatur cuius rei per: ② gen. (sui l. 84sq., cf. p. 60, 16): SVET. Vit. 15, 3 Flavianos . . . in Capitolio oppressit . . .; non multo post -ens facti . . . iuravit eqs. (SVLP. APOLL. perioch. Ter. Haut. 3 animi . . . sese angebat f. -ens. RVFIN. Orig. in psalm. 37 hom. 1, 3). ITALA Ion. 4, 2 (Tert. adv. Marc. 2, 24) deum -entem malitiarum (cf. p. 64, 18 cum gr. et Vulg.). TERT. adv. Marc. 2, 13 p. 353, 24 (sec. Ezech. 33, 11) deus malit paenitentiam peccatoris quam mortem . . ., nolit peccatores sui iam non -entes

(PORPH. Hor. sat. 2, 3, 254 ['mutatus Polemon'] Xenocrates coggi. Polemonem -ere sui sc. vitae luxuriosae et coronas abicere. CASSIOD. Ios. antiq. 18, 299 paululum sui -ens [sc. promissi dati; gr. μεταμέλω χρόμενος]). CYPR. epist. 19, 2 p. 526, 16 si commissi vere et firmiter -ent lapsi (-et edd. vet.). IVST. 31, 6, 6 -ere neglecti consilii coepit. RVFIN. hist. 2, 3, 2 vetusti -entes erroris (gr. non resp.). PRVD. psych. praef. 49 cachinni -ens Sarra. PAVL. Nol. carm. 24, 30 fit navigandi -ens. CONC. S II 2, 2 p. 88, 33 eius rei (gr. II 1, 2 p. 159, 32 μεταμελομένουσ). al.

② praepos.: de: SVET. Claud. 43 sub exitu vitae signa quaedam . . . -entis de matrimonio Agrippinae deque Neronis adoptione dederat. ITALA Ier. 18, 8 (Ps. Cypr. exhort. paen. p. 16. al.) -bo de malis, quae cogitavi facere illis (gr. μετανοῆσω ἐπί, Vulg. agam . . . paenitentiam super. eadem respondent 18, 10 [ibid.] -bo de bonis). Ps. AMBR. paenit. 23 de tuis sceleribus. CONC. S I 4 p. 236, 18 quod -uerimus de his quae contra Nestorium scripsimus (gr. I 1, 6 p. 157, 13 μετέγνωμεν ἐπί). et saepius. in: ITALA Ion. 4, 2 (cod. 175 al.) tu . . . -ens in malignitatibus (gr. μετανοῶν ἐπί, Vulg. ignoscens super). HIL. in psalm. 2, 40 si in his vitis suis -rent, id est, si ab his desinerent. EVAGR. vita Anton. 20 (de uxore Loth) respicere . . . retrorsum nihil aliud est quam in eo -ere quod coeperis (Migne gr. 26, 872^c μεταμελήθησαι, VITA Anton.: converti . . . retro nihil aliud est nisi ut -at tantum quemquam). al. ab: ITALA apoc. 2, 21 v. p. 66, 50. 9, 21 (Tycon. ad l.) non -uerunt ab homicidiis suis (gr. μετενόησαν ἐκ, Vulg. egerunt paenitentiam ab). DIDASC. apost. 45, 28 a perversione. MVTIAN. Chrysost. hom. 9 p. 299/300 -ere ab operibus mortuis (gr. p. 77 μετανοῆσαι ἀπό). al. super: HIL. in psalm. 2, 26 p. 57, 8 ut . . . s. contumelia inclusae humilitatis corporeae -rent. Ps. PHILO antiq. 6, 6 s. consiliis suis pessimis. VVLG. or. Man. 7 tu es . . . -ens s. malitias (i. miserias) hominum (gr. μετανοῶν ἐπί). Ps. EVSEB. GALLIC. hom. 38, 4G. tum sera (se sera codd. nonnulli) paenitentia s. ruinas suas -et ac deflet. al. pro: LVCIF. Athan. 2, 1 p. 147, 3 si -ueris pro homicidiis proque sacrilegio tuo. RVFIN. Adamant. 2, 6 (sec. gen. 6, 6) -uit deus pro eo, quod malos creaverat homines (gr. μετενόησεν . . . δημιουργήσας). apol. adv. Hier. 1, 44(46) qui ante te pro his dictis -uit. hist. 4, 18, 7. CONC. S II 3, 2 p. 97, 3 cum oportuisset eum pro his -ere (gr. II 1, 3 p. 117, 18 ἐπί τούτοις μετανοῆσαι). al.

③ enunt. cum: quod: TERT. adv. Marc. 4, 4 p. 429, 28 (per ironiam dictum) Christo -ente iam, q. apostolos praemisisse properasset sine praesidio Marcionis. adv. Prax. 16 p. 257, 9 -ens deus, q. hominem fecisset. ITALA I Macc. 11, 10 (rec. B) -o . . ., q. dederim ei filiam meam (gr. μεταμέλημα . . . δούς, rec. L paenitet . . . me q., Vulg. paenituit . . . me q.). RVFIN. hist. 4, 15, 14 ut -rent, q. tam honestum virum . . . rapere iuberentur ad poenam (gr. μετανοεῖν ἐπὶ τῷ . . . μέλλειν). al. quia (in structura ambigua iam HIL. in psalm. 149, 3): OP. imperf. in Matth. 12 p. 699 compunctus corde -et, q. te . . . percussit.

④ (acc. c.) inf.: Ps. AVG. quaest. test. I 126, 14 -ant non se vixisse, sed mortuos esse Christianos (acc. est pron. refl. ut: VVLG. Iudith 5, 19 quotienscumque . . . -uerunt se recessisse a cultura dei sui, eqs. CASSIOD. in psalm. 24, 8 humiliat deus superbos . . ., ut tandem aliquando sapiant et se errasse -ant. al.). SEDVL. op. pasch. 4, 7 dei sententia, [qu(a)e] cadentibus manum dare non -et (quem vulgo sec. carm. pasch. 4, 72 quem ferre manum non -et. quae seq. v. p. 62, 59).

⑤ cuius rei, subauditur (absolute GELL.?): ⑥ exempla varia: GELL. 5, 1, 3 qui audit . . ., inter ipsam philosophi orationem et perhorrescat necesse est et pudeat tacitus et -at et gaudeat et admiretur. APVL. met. 5, 6, 3 memineris meae seriae monitionis, cum coeperis sero -ere (IVST. 11, 3, 3 Athenienses . . . -ere coeperunt. VEN. FORT. vita Germ. 32, 95. cf. supra l. 5). MIN. FEL. 28, 1 quam . . . iniquum sit incognitis . . . iudicare . . ., nobis ipsis -entibus credite. TERT. adv. Marc. 4, 40 p. 559, 18 pretii postea Iuda -ente revocati. paenit. 8, 2 non comminaretur deus . . . non -enti, si ignosceret -enti. al. ITALA Ion. 3, 9 (Iren. 3, 20, 1=3, 21, 1 H.) si -bit deus (cf. p. 66, 24 cum gr. et Vulg.). Luc. 15, 7 (Praedest. 1, 48 p. 605^B) siquidem etiam angelis in caelo gaudium maius faciat unus -ens quam nonaginta novem qui non peccaverunt (gr. ἀμαρτωλῶ μετανοοῦντι, Vulg. peccatore paenitentiam habente). al. AVG. serm. 29, 6 omnis . . . -ens et peccata sua -endo confitens irascitur sibi et quodam modo -endo vindicat in se, quod displicet sibi. Ps. AVG. serm. 117, 2 paenitentiam certam non facit nisi odium peccati . . ., quando sic -es, ut tibi amarum sapiat in anima quod ante dulce fuit in vita. CASSIOD. in psalm. 50 concl. l. 677 felix . . . civitas, ubi . . . saeculi dominus deo -ere meruit. al. -et lupa eremita alumna: SVLP. SEV. dial. 1, 14, 5 ut facile cerneret verecundiam -entis, non ausa lupa propius accederet.

⑦ transit ad significandum actum paenitentiae vel conversionis (sc. extra ecclesiam, in ecclesia v. sub β. fortasse etiam nonnullis exemplis supra allatis inde ab ITALA Luc. 15, 7. iuxta converti LVCIF., conversio GAUDENT. serm. 3, 16 G., cf. syn. supra l. 22, reverti p. 66, 40): ITALA Matth. 11, 21 (cod. k) in sacco et cinere -rent incolae Tyri et Sidonis ([gr. μετενόησαν, Vulg. paenitentiam egissent]. [Keudel])

APON. 8 p. 149 nisi in s. et c. -entes revertamini ad me [*in additamento ad Is. 1, 15*]. cf. VVLG. Luc. 10, 13 p. 66, 29). HERM. Pal. sim. 9, 23, 2 paenitentiam egerunt ex his *incolis montis sexti* multi, et caeteri -bunt, quando audierint mea mandata (*gr. μετανοήσουσιν*. cf. 9, 22, 1 *incolae montis quinti* fideles quidem, sed difficile discentes). LVCIF. Athan. 1, 24 p. 108, 22 (ni)si temet correxeris . . . , nisi conversus -ueris. GAUDENT. serm. 3, 14G. si -uissent Israhelitae. 3, 16 pertiaciam mali damnat deus, conversionem -entis amplectitur. *al.*

β *speciatim de agendo rite paenitentiam in ecclesia christiana (ad rem cf. p. 53, 1)*: ① *part. praes.*: ① *pro subst.*, respicitur paenitentia ante baptismum vel post lapsum agenda (*transit in t. t. status vel ordinis ecclesiastici*): CYPR. epist. 20, 3 p. 528, 27 ut his, qui post lapsum infirmitate adprehensi essent et -entes communicationem desiderarent, subveniretur. 55, 22 p. 639, 9 quosdam sic obstinatos esse, ut dandam non putent lapsis paenitentiam aut -entibus existiment veniam denegandam. *al.* GAUDENT. serm. 1, 21 G. fidelibus . . . , catecumenis, . . . -entibus (PRISCILL. tract. 4, 77 AVG. praed. sanct. 14, 27. *al.*; cf. PELAG. in I Cor. 7, 5 oratio in eo utique minor est communioni, quo c. et -ens orant, qui communicare non possunt). *al.* PACIAN. epist. 3, 14 p. 73 de -entium curatione. *al. in eadem epistula*. AMBR. paenit. 2, 7, 54 in quo reorum statu est, in quo -entium ordine? (*si quidem de certo statu ecclesiastico dictum, quod constat* LEO M. epist. 108, 1 quid de -entium statu ecclesiastica habet regula. SIDON. epist. 4, 24, 4 tribus . . . ordinibus, monachum . . . , clericum -entemve. cf. PS. EVSEB. GALLIC. hom. 8, 5 G. *infra*). HIER. epist. 44, 3 aptum est . . . in sacco iacere -entibus. GENNAD. vir. ill. 32 Paulus episcopus scripsit 'de paenitentia' libellum, in quo dat legem -entibus ita dolere debere pro peccatis, ne eqs. (*cf. 78 Victor Cartennae . . . scripsit et 'de paenitentia publica' librum unum [i. Ps. AMBR. paenit.], in quo et regulam vivendi -entibus iuxta scripturarum auctoritatem statuit*). AVG. fid. et op. 26, 48 p. 94, 21 ea humilitate paenitentiae . . . , qualis in ecclesia datur eis, qui proprie -entes vocantur. c. PETIL. 3, 37, 43 p. 197, 11 quem apud vos -entem fuisse commemorat. COMM. instr. 2, 8 tit. -entibus (*item in titulo capitulorum*: SACR. Gelas. 78M. 349 Greg. 209 Ps. EVSEB. GALLIC. hom. 58 G. CONC. Aurel. a. 538 p. 81, 13. *al.*). EPIST. pontif. Thiel Gelas. frg. 49 (*de catechumenis et -entibus*) -entes hi dicuntur in canone, qui de criminibus, de maioribus culpibus agunt publice paenitentiam. PS. EVSEB. GALLIC. hom. 8, 5 G. turba -entium, qui secundus ordo est neophytorum. CONC. Epaon. a. 517 p. 25, 14 (*de lapsis redituris*) in -entium loco standi, *sc. in ecclesia*, et orandi humilitatem . . . observandam (CASSIOD. hist. 9, 35, 3 sqq. *Romae* l. certus est -entium; stant enim rei eqs. [*seq. ordo paenitentiae agenda*. Sozom. 7, 16, 5 *ὁ τόπος τῶν ἐν μετανοίᾳ ὄντων*]). CASSIOD. in psalm. 6, 1 hic -entium primus est psalmus, sequitur tricesimus primus eqs. (*cf. p. 52, 72. 68, 34*). *al.* ② *pro adi. (?) vel subst.*, respici videtur paenitentia acta usque ad mortem ut species quaedam vitae religiosae (*cf. s. v. paenitentia p. 54, 41; fortasse fere i. q. religiosus, humilis sim.*): CIL V 5420 (a. 463) hic requiescit Aurora spectabilis et -ens f (emina) (*huc fortasse 7793 [a. 568] clarissima et p(enitens) f. cf. INSCR. Année Epigr. 1964 n. 141 [Gall. *Narb.*, post 443] -ens Erualde temens deum femina*). 7412 (a. 520) Perseverandus v(ir) (religiosus) pen(itens) qui vixet eqs. (*sim. abbreviatur 4084 [=INSCR. christ. Diehl 673; a. 540] Thomas v(ir) h(onestissimus) negotiator penit. [Diehl 'est paenitentiarius vel paenitentialis vel paenitens']*). XII 2085 (a. 557; *contextu manco*). INSCR. christ. Diehl 1554 (a. 578) Saturninus, -ens famulus dei . . . , accepta penitentia requievit in pace (3880 [a. 627]).

③ *alia exempla (certiora selecta)*: CYPR. epist. 55, 29 qui ex toto corde -uerint et rogaverint, in ecclesiam debent . . . suscipi (CANON. Turner I 1, 2 p. 128 rec. I si . . . ex c. -ant, triennio inter audientes sint, qui lapsi fuerint baptizati. *al.*). PACIAN. epist. 3, 8 p. 61 Iudaei . . . , qui ante baptismum -uerunt, post baptismum -ere non possunt . . . ; quis suasit, ut qui ante -uerit, postea -ere non debeat? (*postea: paenitentiam persolverint*). *al. in eadem epistula*. AVG. adv. Don. 20, 28 p. 127, 3 non a populo dei separamus, quos vel degradando vel excommunicando ad humiliorem -endi locum redigimus. RVSTIC. Conc. S I 4 p. 49, 14 -ant competenter (*gr. I 1, 5 p. 132, 22 μεταμεληθῶσι γνησίως*). PAENIT. hibern. p. 74, 12 Bieler dimedium annum -at cum pane et aqua per mensura (*eadem formula vel alius saepius, cf. ibid. 'formulas paenitentiales' in indice p. 354*). p. 74, 20 ebdomadum -at dierum (*item indicato temporis spatio saepius ibid. [v. l. 69] et: VITAE patr. 5, 10, 40 [frater abbati] feci peccatum grande et volo triennio -ere; . . . :: multum est; . . . :: iubes annum unum? eqs. al.*). VITAE patr. 3, 165 dimitte hodie, et cras -bis; . . . :: non ita, sed hodie debemus -ere (*sed loco gemino 5, 11, 14 paenitentiam ago [cf. Saloniis, Krit. Unters., 1920, 258]*). BENED. reg. 43, 6 si quis tarde ad opus dei occurrerit, ultimus omnium stet . . . , usque dum completo opere dei publica satisfactione -at. *al.*

β *alicuius rei displicentis (sc. de qua non est ratio reddenda, cf. usum impers. sub IIA; fortasse huc trahendum RVFIN. hist. 4, 15, 14 p. 64, 44)*: IVST. 13, 1, 5 mater . . . Darii regis, [quae] amisso filio a fastigio tantae maiestatis in captivitatem [redacta] indulgentia victoris in eam diem vitae non -uerat ([] quam . . . redactam coni.

quidam. *cf. p. 59, 78*). IORD. Get. 225 quasi otii -ens Attila graviterque ferens a bello cessare.

2 *transitive (sec. dolere sim.? vix etiam PAUL. NOL. carm. 20, 236. gerundivum v. infra l. 84)*: MIN. FEL. 28, 2 ut Christianus reus . . . unum solummodo, quod non ante fuerit Christianus, -ret. TERT. patient. 10 p. 16, 15 quantos . . . casus huiusmodi impatientia (*sc. ultionis libido*) incurmare consuevit! quotiens -uit defensionem! FILASTR. 107, 12 -entes delicta veniam . . . impetrabunt. HIER. adv. Iovin. 2, 8 quaerimus . . . facere, quod cum fecerimus, iterum -amus. tract. in psalm. II p. 42, 9 heri imprudens eram, hodie prudens, -o errorem (-et erroris var. l., *fortasse recta*). PAUL. NOL. carm. 6, 263 vitae commissa prioris. PS. AVG. serm. ed. Mai 27 scelus. ARNOB. in psalm. 37 p. 378B praeterita. *al. passive*: OP. imperf. in Matth. 11 p. 692 omne . . . peccatum, quomodo committitur, eo modo et -etur.

II *depon. (vix recte trad. LIV. 45, 10, 11 -retur [-ret ed. pr.]; saepius in ITALIA, in VVLG. non nisi Marc. 1, 15 act. 3, 19 [v. infra] et in var. l. Iudith 8, 14 Sirach 19, 6. 32, 24 apoc. 2, 21. ad imperat. cf. Bergh, Passive Imperatives, 1975, 31 sqq.)*: A variis formis: I non indicatur, de qua re: ITALIA psalm. 109, 4 (cod. 136 Cas.) iuravit dominus et non -etur (*gr. μεταμεληθήσεται, v. alias vers. et explicationes p. 62, 76*). Is. 46, 8 (Ps. Cypr. exhort. paen. p. 14) -emini, qui seducti estis (*gr. μετανοήσατε, Vulg. redite, Hier. ad l. sec. LXX agite paenitentiam*). Ion. 3, 9 (cod. 175) si -bitur deus (*gr. μετανοήσει, Vulg. convertatur*). Matth. 3, 2 (cod. k al.) et 4, 17 (cod. d) -emini, atpropinquavit enim regnum caelorum (*gr. μετανοείτε, Vulg. paenitentiam agite. item imperat. plur.: Marc. 1, 15 [cod. c al.=VVLG.]. act. 3, 19 [cod. e=VVLG.]. adde Is. 46, 8 supra*). Luc. 10, 13 (cod. l) in cinere et cilicio sedentes -rentur (*gr. μετενόησαν, VVLG. -rent*). *al. in novo test.* HERM. Pal. sim. 9, 23, 2 cito -buntur (*gr. μετανοήσουσιν*). vis. 3, 7, 2sq. IREN. 4, 36, 8 (4, 58, 10 H.) postea -etur. PS. CYPR. adv. Iud. 8 si . . . possis -eri (-ere var. l.). ad Novat. 13 in cinere -retur. SORT. Sangall. 5, 2 ne forte -aris (*al. sim. ibid., sed e. g. 12, 1 ne te paeniteat*). LVCIF. non parc. 4 p. 215, 29 -ere, imperator, corrige vias tuas. PS. AVG. quaest. test. I 102, 19 quid est . . . -eri nisi dolere praeterita et de cetero temperare ab his quae admiserat? VVLG. Sirach 19, 6 -bitur (-bit var. l.). 32, 24 -beris (-bis var. l.). *al. respectu convertendi praevalente (cf. p. 64, 82)*: TERT. paenit. 4, 1 (*sec. Ezech. 18, 32*) -ere, et salvum faciam te (*gr. ἐπιστρέψατε καὶ ζήσατε, Vulg. revertimini et vivite*). IREN. 3, 12, 9 (3, 12, 11 H.) praecipit hominibus omnibus ubique -eri in ipsum (*sec. act. 17, 30, ubi gr. μετανοεῖν tantum, Vulg. paenitentiam agant; in ipsum addidit interpret fortasse sec. reverti sim., cf. ITALIA act. 26, 20 [cod. h] -eri et reverti (ad deum)*).

2 *indicatur de qua re per*: a *praepos.*: in: ITALIA Ier. 18, 8 (Quodv. temp. barb. 2, 11, 5 *al.*) ego -ar in malis quae disposueram (*item 18, 10 [ibid. 2, 11, 6] -ar . . . in bonis (gr. et Vulg. v. p. 64, 13)*). PS. PHILO antiq. 33, 2 ARNOB. in psalm. 129 p. 531D Act. Petr. 8. ab: ITALIA apoc. 2, 21 (Cypr. epist. 55, 22, *sim.* VVLG.) -eri (-ere var. l.) non vult a fornicatione sua (*gr. μετανοήσαι ἐκ, cod. g paenitentiam agere de*). de (*v. etiam PASS. Ignat. 13, 3, sub B*): PS. PHILO antiq. 52, 4 -emini de via vestra iniqua. FVLG. myth. 3, 1 p. 61, 15 DIDASC. apost. 12, 20. *al.* ex: QVODV. prom. 1, 30, 42 -entur (-ent var. l.) . . . ex his quae gesserant. pro: FVLG. RVSP. psalm. abeced. 277 pro sua iniquitate. v. etiam CASSIOD. Ios. antiq. 5, 166 sub B. b *abl.*: HIL. ad Const. 2, 5, 4 annuas . . . fides decernimus, decretis -emur (-emus var. l.), -entes defendimus. e *enunt.*: LVCIF. non parc. 26 p. 266, 21 -or, quia vobiscum . . . cucurrerim (ARNOB. in psalm. 105 p. 486D). VITAE patr. 5, 7, 29 Abraham -batur . . . , cur non amplius fuerit in laboribus decertatus (*gr. Nau 1908 p. 277 n. 197 μετανοῆσαι . . . , διότι*).

B *part. perf. et inde part. fut.*: PS. AVG. serm. Bibl. Cas. 1, 171a penitum latronem in cruce pendentem, qui solus per unam confessionem meruit paradysum introire. CASSIOD. compl. in act. 2, 29 qua praedicatione compunctos tria milia virorum penisos et baptizatos esse. Ios. antiq. 4, 313 eos . . . frustra esse pensuros (-ituros var. l.; *gr. μετανοήσειν*). 5, 166 Israhelitae pro calamitate Beniamitarum paeniti sunt (*penisi vel puniti var. l.; gr. μετάνοια δ' αὐτοὺς λαμβάνει*). PASS. Ignat. 6, 1 (*penitus vel protinus trad.*). 11, 1 paenisus fueris (*penitus fueris vel penitueris var. ll.*). 13, 3 paenisus (*penitens vel penituit var. ll.*) de his.

III *reflexive (vix etiam PS. EVSEB. GALLIC. hom. 38, 4 G. p. 64, 32. cf. p. 58, 58)*: SORT. Sangall. 2, 10 ubi vades, -bis te. CASSIOD. Ios. antiq. 14, 390 Malachum se -ere de his, quae in Herodem commiserat (*gr. Μάλαχος . . . μετανοεῖ*). GREG. TVR. Franc. 10, 10 multim se ex hoc . . . rex -ens. REGVLA mag. 92, 64 proprio se -at abbas facto. VVLG. I reg. capit. app. 15, 11 p. 61 (*saec. VI/VII*) ubi dominus -uit se.

part. praes. paenitēns v. supra p. 63, 36, pro adi.? p. 65, 46, pro subst. p. 63, 46. 65, 11 sqq. 64, 65. 68. al.

adv. paenitenter. i. q. cum eventu paenitendo (ad eventum refertur per analogiam vocis iuxta pos. feliciter): MIN. FEL. 26, 1 auspicia et auguria Romana -r omissa et observata feliciter. gerundivum *paenitendus, -a, -um. usum testatur SACERD. (Keudel)

p. 63, 39. *i. q. cuius paenitere debet aliquem (vel aliquis sec. usum pers.; respicitur qualitas non satisfaciens):* 1 coniug. periphrast. -endum est (alicui): CIC. Att. 7, 3, 6 ut valde ego ipsi, quod de sua sententia decesserit, -endum putem. fam. 9, 5, 2 consilii nostri . . . nobis -endum putarem. SALL. Iug. 85, 28 reputate, num eorum -endum sit. TERT. paenit. 10, 9 ubi -endum est, deserit miserum, quia factum est salutare (an pro subst. ut miserum et salutare?).

2 pro adi. (attributive aut praedicative positum): PVBLL. H 10 heu quam multa -enda incurrunt vivendo diu (an pro subst.?). LIV. 1, 35, 5 sub haud -endo magistro . . . Romana se iura . . . didicisse (item de homine: 40, 56, 3 neque pudendum aut -endum eum regem Macedonibus . . . fore. ORAT. imp. Claud. [CIL XIII 1668] 2, 23 -endi senatores. APVL. apol. 92, 5 MAR. VICTORIN. gramm. VI 83, 27 AVSON. 419, 36 p. 362 P.). SEN. suas. 5, 3 (ex) -enda acie in melioris eventus fiduciam surgere. VAL. MAX. 5, 1 ext. 6 non -endas . . . exequias. SEN. Oed. 837 sanguinis maiorum. dial. 10, 10, 2 epist. 23, 6. 92, 29 COLVM. 2, 2, 7 PLIN. nat. 10, 171 TAC. ann. 6, 48, 1 SVET. Vesp. 1, 1 Tit. 10, 1 FRONTO p. 47, 10 v. d. H. GELL. 1, 3, 2. APVL. met. 6, 13, 1 ((im)paenitendo quidam [v. vol. VII 1, 515, 76], vix necessario, cf. Augello, Stud. Apul., 1977, 149). Plat. 2, 14. TERT. adv. Marc. 2, 24 p. 368, 29 culpandus est deus, qui iustitiae utique non -endae paenitentiam gessit. CYPR. ad Donat. 8 p. 9, 15 diversi spectaculi non minus -enda contagia (postea: quod tibi et dolori sit et pudori). al. 3 n. plur. pro subst. (vix iam PVBLL. sub 2): GELL. 1, 26, 8 neque pudenda dico aut -enda. HIL. in psalm. 125, 8 deo faciente gratiam -endorum et novorum bonorum initia reddente. 149, 3 quia peccassent et agerent -enda (GAVDENT. serm. 13, 20 G.). AVSON. 419, 71 p. 371 P. tu numquam -enda fecisti (antea: pigenda). al.

deriv.: paenitentia, paenitudo.

compos.: impaenitens, impaenitendus, impaenitibilis; suppaenitet.

*paenitūdo, -inis f. [per haplologiam q. d. pro *paenitudo explicavit Skutsch. Sch.] scribitur pen- vel poen- passim in codd. medii aevi. corripitur pēn- ANTH. 21, 235. GLOSS. μεταμέλεια. μετάνοια. paenitentia. GLOSS. V Aa p 310 penitu(d)o: in quo paenitet. legitur apud PACVV. (semel), tum inde a IVL. VAL., SACERD., ITIN. Alex., CHALC., DON., apud Christianos non ante saec. IV ex., sc. inde ab EPIST. pontif. 255 (Siricii), FILASTR. (octies, v. p. 68, 14 sqq.; paenitentia passim), GAUDENT. (v. p. 68, 7), HIER. (saepius, item paenitentia), VVLG. (quater, paenitentia 93 locis), RVFIN.; non habemus exempla apud AMBR., non apud AVG. nisi duo. [confunditur in codd. cum plenitudo saepius, e. g. DON. Ter. Hec. 90 NICET. virg. laps. 33 p. 123, 4 B.]

I significatur affectus sentiendi paenuriam quandam cum dolore (iuxta desiderium; cf. paenitet sub I): PACVV. trag. 313 (Telamon Hesioneae?) quae desiderio alumnum, -e squalis scabresque (squalis scabreque Ribbeck) inculta vastitudine (cf. voces Pacuvianas similiter formatas orbitudo, vanitudo, prolixitudo al., v. I. Mariotti, Introd. a Pacuvio, 1960, 66).

II i. q. paenitentia (vix ad vocem q. e. poena [sc. cum respectu ulciscendi] referendum infra l. 83; plur. -es RVSTIC. Conc. I 4 p. 138, 33). affectum moventia indicantur per gen. saepius inde a SACERD. gramm. VI 470, 1 FILASTR. 115, 7. 132, 7 HIER. epist. 123, 13, 2, per praepos. super VVLG. iud. 21, 15, de inde a RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 29(23). hist. 4, 15, 18 EPIST. pontif. Thiel Gelas. 14, 18, pro inde a CHRYSOST. repar. laps. p. 396 RVFIN. Basil. hom. 2, 5 ORIG. in num. 10, 1 p. 71, 7 CASSIAN. conl. 20, 5, 1, per enunt. cum quod et quia Ps. AMBR. act. Seb. 9, 29.

A usu pagano: IVL. VAL. 2, 29 p. 98, 28 Xerxes victus (add. ob ?) tot . . . illa militantium milia adtrita pariter amissaque (. . .) ad -em vertit (sc. se). SACERD. gramm. VI 470, 1 metanoea . . . est dictio continens -em rei aut factae, quae fieri non debuit . . . aut non factae, quae fieri debuisset. ITIN. Alex. 40 in id recidit -is, ut eqs. (cf. de eadem re Curt. 8, 2, 3 paenitentiam). CHALC. comm. 130 homines . . . animo . . . pleno -is ob inconstantiam commotionum suarum . . . stellas vero . . . ob aeternam actuum suorum constantiam nulli -i obnoxios (cf. Plat. Epinom. 982^d οὐ μεταβουλευόμενον). 198 rationabilis . . . consilii correctio, quae -o est. DON. Ter. Hec. 90 ('consilium contempsisse') -e esse possessam (Stephanus, -em cod. Chig., plenitudinem cett.). AVSON. 305, 21 p. 178 P. (log. Thales) ut probem praedes vadesque -is reos ('obnoxios esse paenitentiae' interpretatur Souhay). CLAUD. DON. Aen. 4, 690 p. 420, 19 facti -em gerere. INTERPR. Gai 25 de hereditate recedere postea ex -e non possunt (sed 46 paenitentia actus redire ad hereditatem. de sententia mutata in re iudic. ut: COD. Theod. 11, 30, 56 [sim. Iust. 7, 62, 28] intra triduum post oblationem legitimam . . . appellatorem habere licentiam arbitrium commutandi, ne iusta -is humanitas amputetur). MAXIM.(?) Aug. epist. 16, 1 instinctu tui sermonis . . . paria redhibere non destiti, ne silentium meum -em appellasses (sc. sententiam mutata; sed fortasse respicitur conversio ad fidem christianam). COD. Theod. 9, 38, 11 quos inter incendia tyrannidis adsumptae fidelis -o revocavit (sc. ad nos), ordinem et fructum militiae non amittant. al. vix vi poenae dandae vel ultionis: CAEL. AVR. chron. 1, 5, 177 ferunt Graecorum commenta . . . Medeam saevo -is dolore

commotam sua manu suos extinxisse successus (spectare videtur potius ad paenitentiam amoris a Iasone destituti; sed cf. e. g. Sen. Med. 897 sqq. 925 pro paternis sceleribus poenas date).

B in sermone Christianorum: 1 -em sentiunt homines (per imag. apes EVSTATH. Basil. hex. 8, 4, 5): a bene factorum vel bonorum: GAUDENT. serm. praef. 25 G. incumbibat mulier, ut benefacti -e fructum perderet Iob pietatis (alludit ad Iob 2, 9; vocem q. e. paenitentia sc. peccatorum habet Gaudent. series). RVFIN. hist. 4, 15, 23 proconsul dixit: bestias habeo paratas . . . nisi cito paenitueris. at ille respondit: adhibeantur, nobis enim immobilis stat sententia nec possumus de bono ad malum per -em commutari (gr. μετάνοια).

b male factorum vel peccatorum: α generatim: FILASTR. 107, 12 gerentes -em qui Iudaei fuerint reliqui, omnes ad Christi fidem domini pervolabunt ac paenitentes delicta veniam ab ipso . . . impetrabunt (115, 7 mali tanti suggestionis -em [antea et postea: paenitentiam]. 115, 9. 132, 7 malorum suorum. Ps. AMBR. act. Seb. 9, 29 quod . . . et quia eqs. CHRYSOST. repar. laps. p. 396 pro male gestis. p. 405 commissi. RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 29[33] de hoc [antea: paenitentiam]. al. BASIL. ad fil. p. 61, 2 malorum meorum. SECUNDIN. epist. p. 894, 16 [inde in responso AVG. c. Secundin. 8]. al.). 115, 8 Adam persuasus a diabolo ut manducaret egit . . . statim -em (HIER. in Eph. 4, 17 sqq. sero. in Ier. 29, 20 [poenitentia edd. vet.]). VVLG. iud. 21, 15 super [penitentiam cod. tres, poenitentiam edd. vet.]. al. HIER. epist. 55, 2, 4 omne . . . peccatum . . . post factum -em habet (seq. mordet conscientia. habet homo: EPIST. pontif. Thiel Gelas. 14, 18 de factis). 123, 13, 2 libido transacta semper sui relinquit -em. in Os. 14, 1 l. 28 (syn. paenitentia). al. RVFIN. hist. 9, 11, 1 Maximino defuncto inimicis fidei -o ultima . . . crudelitatis suae fiebat (gr. αίσχύννης ἐσχάτης). PAUL. NOL. epist. 44, 7 -e praeteritae vanitatis. AVG. serm. 22, 6 sit fructuosus dolor, non sit sterilis -o. LEO M. epist. 93, 1 (Conc. I 4 p. 52, 2). al. MAR. MERC. Conc. I 5 p. 54, 33 (gr. I 1, 1 p. 112, 6 μετάγνωσις). RVSTIC. epist. 2, 13 p. 392, 23 quinquagesimus psalmus, qui -i datur pariter et remissioni (antea: paenitentia. cf. p. 52, 72. 65, 45). al. per imaginem -em sentiunt apes: EVSTATH. Basil. hex. 8, 4, 5 apes, si secutae non fuerint instituta regnantium, propria -e castigantur; nam . . . dimitunt animam cum aculeo simul in vulnere (vix de paenitentiae effectu; gr. μεταμέλει, cf. Ambr. hex. 5, 21, 68 paenitenti condemnatione se multant).

β speciatiim de paenitentia rite agenda in ecclesia: EPIST. pontif. 255 Migne 13, 1137^C. 1145^A ut sicut paenitentiam agere cuiquam non conceditur clericorum, ita et post -em ac reconciliationem nulli umquam laico liceat honorem clericatus adipisci. CASSIAN. conl. 20 capp. 12 in quo temporaliter sit agenda -o et in quo finem habere non possit. 20, 12, 1 ab istis criminibus minutis . . . numquam deerit -o. 22, 5, 4 per -is emendationem. al. LEO M. epist. 159, 6 tempora -is . . . tuo constituyente iudicio (antea: per paenitentiae remedium). RVSTIC. Conc. I 4 p. 132, 6 qui hac -e usus sit. CONC. II 2, 1 p. 4, 24 (32 paenitentiam) gerere -em (gr. II 1, 1 p. 126, 1 εἰς μετάνοιαν ἐλθεῖν). SACR. Gelas. 354 M. -is actionem (antea: paenitentiae suffragium). PRIMAS. in apoc. p. 819^D tribus modis legatur peccatorum remissio celebrari, baptismo, -e atque martyrio. al.

2 -em sentit deus (sc. de proposito vel facto suo; plerumque negatur deo -em esse): HIER. in Is. 65, 6 sq. furorem . . . oblivionem, iram, -em ita in deo debemus accipere quomodo pedes, manus eqs. VVLG. I reg. 15, 29 -e non flectetur, neque enim homo est ut agat paenitentiam. Os. 11, 8 conversum est in me cor meum, pariter conturbata est -o mea. RVFIN. Orig. in Rom. 8, 12 p. 1199^A servat sine dubio deus dona . . .; nec -o incurrit in deum. AVG. quaest. hept. 2, 124 nulla dei -o (spectat ad psalm. 109, 4). al.

1. paenitus (part. perf. dep.) v. paenitet (paeniteor).

2. paenitus (adv.) v. penitus.

Keudel.

paenula -ae f. [proxime accedit forma dor. φαινύλα f., qua utitur Rhinthon Syracusanus. Romanos vocem temporibus antiquis mutuatos esse probatur eo, quod aspiratione caret forma latina. Sch.] scribitur in tit. semper paen-; pen- e. g. EVCHER. (sub IAI) et saepius in codd. rec., ubi inveniuntur etiam penn-, pin(n)-, poen-, -nol-. in contextu graeco EDICT. imp. Diocl. 19, 63 L. φαινύλα (sic exemplar Megal., πένουλα Megar.). 19, 64 παίνουλα. NOT. Tir. 97, 13. acc. plur. neutr. -a CIL II 462 (si recte legitur); ? m. asc. p. 70, 26. de notione (v. etiam IAI): CHAR. gramm. p. 454, 54B. ὁ φελόνης. GLOSS. φαινύλης (vel -λον-, φεν-, πεν-). lacerna, stola. caverna ('cogitavitne de latebra?' Goetz in indice). planeta. GLOSS. II 469, 40 haec -a: φαινύλης τὸ καλούμενον φελόνιον. III 272, 56 ἐφεστρίς, ἐξαπτίς, φελώνη. -a, lacerna. legitur maxime in sermone cotidiano; in poesi singulis vel paucis locis inde a PLAVTO (p. 69, 73), LVCIL., POMPON. Atell.; in prosa oratione inde a CIC. (oratt., epist.), VITR., SEN. philos. [confunditur in codd. cum pendula NON. p. 148, 25. falso traditum esse videtur pro perula CIC. facit. dict. 11.]

I proprie (in imagine et iocose p. 69, 73. 70, 9. 23) significatur genus vestis, lacernae vel cuculli simile (vulgo frigoris aut pluviae arcendae causa adhibetur, praecipue in itineribus [cf. LAMPB. Alex. 27, 4 sub A1], sed etiam in comitiis, ludis sim., qua de causa -a paulatim [Thome])

vel in togae locum successisse videtur; ad rem cf. Kreis-v. Schaewen, RE XVIII 2, 2279 sqq. et Kolb, Röm. Mitt. 80, 1973, 69 sqq.). materiam testantur: PLIN. nat. 8, 190 (-as ex ovium lana factas docet; cf. Pap. Giess. 12, 4). MART. 14, 130 tit. scorteae. 145 tit. gausapina. CIL II 462 lintea; colorem: PAP. Corp. 207, 9 coccinam. SVET. Nero 48, 1 obsoleti coloris (cf. LAMPR. Diad. 2, 8 c. russei). VEN. FORT. Mart. 1, 34 flammea. GLOSS. albam -am (an albam, -am?): λευκὴν φαινόλην.

A exempla significantiora: 1 definitiones sim. (v. etiam supra 'de notione'): PAUL. FEST. p. 368 vestis generaliter dicitur, ut stragula, forensis, muliebris; vestimentum pars aliqua, ut pallium, tunica, -a (cf. VLP. dig. sub 2 et CELS. dig. 33, 10, 7, 2). LAMPR. Alex. 27, 4 -is intra urbem frigoris causa ut senes uterentur, permisit, cum id vestimenti genus semper itinerarium aut pluviale fuisset (quae seq., v. sub 2). NON. p. 537, 5 -a est vestis, quam supra tunicam accipimus (affert POMPON., LVCIL. sub B1 et VARRONEM infra sub 3a allatos). EVCHER. instr. 2 p. 156, 19 '-a' in apostolo (v. sub B2) Latinum est; est autem quasi lacerna descendentibus (discind- S) clavis (cf. GLOSS. I Ansil. PE 405 stola cum clavis quasi lacerna). PS. PRIMAS. in II Tim. p. 679^B -a vestis erat consularis antiquorum Romanorum. ISID. orig. 19, 24, 14 -a est pallium cum fimbriis longis (postea lacernae . . . non ita laxis fimbriis ut sunt -arum). GLOSS. II 440, 27 συγκλητικὸς βίβλος ἔχων πορφύραν. V 320, 58 cocula (i. cuculla) sine cappa (cf. GLOSS. I Corp. P 246 lacerna in modum cucullae). V 322, 32 byrrum lectoris (? lict-) consulis.

2 exempla genus et ordinem paenulatorum illustrantia (nisi quae iam sub 1 attulimus): CIC. Sest. 82 mulioniam -am arripuit, cum qua primum Romam ad comitia venerat. SEN. benef. 5, 24, 1 meministi . . . quendam ex commilitonibus -am suam tibi substravisse? (item militum: SVET. Nero 49, 4 ad vulnus adposita. Galba 6, 2 sollempni . . . spectaculo plaudentes inhibuit data tessera, ut manus -a[s] continerent. TERT. coron. 1 l. 15 gravissimas). TAC. dial. 39, 1 -as istas, quibus astricti et velut inclusi cum iudicibus fabulamur. SVET. Cal. 52 saepe depictas gemmatasque indutus -as . . . in publicum processit (item principum: CAPITOL. Gord. 21, 4 quot -as quotve chlamydes habuerit. Pert. 8, 2 tunicas, -as, . . . lacernas. LAMPR. Alex. 4, 2 usus est . . . -is togisque communibus. v. etiam p. 70, 17. sed contra: SPART. Hadr. 3, 5 omen sibi factum . . . quod -as amiserit, quibus uti tribuni plebis pluviae tempore solebant, imperatores autem numquam; unde hodieque imperatores sine -is a togatis videntur). VLP. dig. 34, 2, 23, 2 muliebria vestimenta . . . veluti stolae, pallia, tunicae, capitia, zonae, . . . plagulae, -ae (cf. TREB. trig. tyr. 14, 4 tunicae et limbi et -ae matronales . . . quae Alexandri effigiem . . . monstrent. sed distincte: LAMPR. Alex. 27, 4 matronas . . . intra urbem -is uti vetuit, itinere permisit). ibid. iterum (affertur inter communia et inter familiarica vestimenta). COD. Theod. 14, 10, 1 pr. intra moenia nullus senatorum habitum sibi vindicet militarem, sed chlamydis terrore deposito quieta coloborum ac -arum induat vestimenta. 14, 10, 1, 1 officiales quoque . . . uti . . . -is iubemus. SIDON. epist. 1, 5, 11 iam togam senator honoratus, iam -am deponit inglorius (cf. GREG. TVR. vit. patr. 4, 5 -am pauperis, . . . togam incliti senatoris. sed v. supra l. 23). CASSIOD. var. 6, 20, 2 ornatus -a consularis (cf. PS. PRIMAS. sub 1).

3 exempla utendi tempus et occasionem illustrantia: a adhibetur in imbri vel grandine (v. etiam LAMPR. Alex. sub 1, SPART. Hadr. sub 2): VARRO Men. 571 non quaerenda est homini, qui habet virtutem, -a in imbri? SEN. nat. 4, 6, 2 ut homines ad -as discurrerent aut ad scorteas imminente grandine. MART. 14, 130 tit. -a scorteae (cf. v. 2 ad subitas numquam scorteae desit aquas). QVINT. inst. 6, 3, 64 Gabba -am roganti: 'non possum commodare, domi maneo', cum cenaculum eius perplueret (sim. 6, 3, 66). IVV. 5, 79 cum . . . multo stillaret -a nimbo. b adhibetur tempore frigido (facete praeter expectationem HOR. et MART.): HOR. epist. 1, 11, 18 incolumi Rhodos et Mytilene pulchra facit, quod -a solstitio, campestre nivalibus auris (PORPH.: diverso tempore supervacua pro illis tunc moribus). MART. 14, 145 tit. (postea loquitur -a: ut me vel media sumere messe velis). TERT. apol. 6, 3 ne vel hieme voluptas impudica frigeret, primi Lacedaemonii -am (rec. prior odium -ae) ludis excogitaverunt (-am 'tectum' et ὄδιον ᾧδεῖον intellegit Frassinetti ad l.; in spectaculis, comitiis sim. etiam CIC. et SVET. Galba sub 2, cf. supra l. 23).

B cetera exempla: 1 apud varios scriptores: PLAVT. Most. 991 libertas -ast tergo tuo: mihi . . . nihil est, qui tergum tegam. LVCIL. 515 -a, . . . cantherius, servus, segestre utilior mihi quam sapiens. POMPON. Atell. 94 -am in caput induce, ne te noscat (spectat fortasse ad cucullum ut: PLIN. nat. 24, 138 folia ad similitudinem capitis -arum. cf. SVET. Nero 48, 1 ut erat . . . tunicatus, -am obsoleti coloris superinduit adapertoque capite . . . equum inscendit). CIC. Mil. 29 cum . . . de raeda reiecta -a desilisset (se defensurus ut PHAEDR. 5, 2, 5. cf. ante orationem: MART. CAP. 3, 229 -a a dextera . . . relevata). 54 quid minus promptum ad pugnam, cum -a inretitus, raeda impeditus, uxore paene constrictus esset? (ad -am impediendam cf. SVET. Galba et TAC. sub A2). ATT. 13, 33^a, 1 (proverbialiter, v. Kolb, loc. cit. 82) Varro venit . . . ad me . . . id temporis, ut retinendus

esset; sed ego ita egi, ut non scinderem -am (pertinet ad auxilium exuenti praestitum, ut ibid. vix attigi -am). SEN. epist. 87, 2 ex duabus -is altera stragulum, altera opertorium facta est (item pro stragulo SEN. sub A2). PLIN. nat. 8, 190 oves Apulae breves villos nec nisi -is celebres. 34, 18 -is indutae statuae. CIL IV 8204 -am, palliolum. PAP. Corp. 207, 9 (saec. I) -am coccinam (inter alias res ad dotem pertinentes). MART. 1, 103, 5 diviti tibi nunc sordidior . . . toga, -a peior. 14, 84, 1 ne toga barbatus (i. attritu villosos) faciat vel -a libros. 14, 128, 2 cercopithecorum -a nuper erat bardocucullus. SVET. Nero 48, 4 divolsa sentibus -a. MARCIAN. dig. 19, 5, 25 si -as dedisset, ut tunicas acciperet. EDICT. imp. Diocl. 19, 63 L. -a Λαδικηνή καλλίστη. 19, 64 -a Βαλυσείνη. LAMPR. Diad. 2, 8 paraverat . . . -as populo coloris russei dare Macrinus imperator in honorem Antonini filii sui, quae vocarentur Antoninianae, ut caracallae Bassiani dictae sunt, adserens melius filium suum Paenuleum vel P(a)enularium dicendum, quam Caracallus esset dictus Bassianus. TREB. Claud. 17, 6 nisi ad Claudium chlamydem Dardanicam . . . -am Illyricianam . . . bardocucullum eqs. NON. p. 148, 25 v. sub paenularium. VEN. FORT. Mart. 1, 34 praetexta . . . toga, -a . . . flammea. CIL II 462 (in enumeratione rerum raptarum). VI 12 649, 6 (inter res ad funus pertinentes). GLOSS. III 225, 4 (cf. 646 n. 2) supra induo -am (sc. supra tunicam et pallam et superariam; gr. φαινόλην, φελόνην). iocose significatur cibariorum involucrum: MART. 13, 1, 1 ne toga cordylis et -a desit olivis.

2 in sacra scriptura et locis inde pendentibus (cf. EVCHER. et PS. PRIMAS. sub A1; v. etiam IID): ITALIA II Tim. 4, 13 (cod. d al. = VVLG.) -am, quam (quem cod. 78) reliqui Troade apud Carpum, veniens adfers et libros eqs. (gr. τὸν φελόνην, ὄν κτλ.). interpretantur commentarii: AMBROSIAS. ad l. (explicat -am ut vestem civium Romanorum). PELAG. ad l. ANON. in II Tim. (ed. Frede) 3^a pelonem Ebraee, Latine comitem; et non -am dixit (explicat Frede, Ein neuer Paulustext I 1973, 212 sqq.). ceterum huc spectant: TERT. coron. 8 l. 17. orat. 15 p. 189, 21 expositis (positis Gelenius) -is orationem facere. p. 189, 24 Paulum -am suam in oratione penes Carpum reliquisset. HIER. adv. Pelag. 3, 4 lacernam sive -am.

II per similitudinem vel per comparisonem (arcuimus iocos l. 23. p. 69, 73): A de tegumento pedis: VARRO Men. 267 cum corrigia disrupta sonat (disruptas tonat codd.) aridum, relicum pede(m) -a scorteae pertegere (explicat NON. p. 448, 21 -am abusive ad omne, quidquid tegit, nobilissimi veteres transtulerunt). B de parte Ctesibiae machinae (sc. tecto catini): VITR. 10, 7, 2 supra catinum -a ut infundibulum inversum est attemperata eqs. 10, 7, 3 extrudent . . . nares aquam in catinum, e quo recipiens -a spiritu (-us pars codd.) exprimit per fistulam in altitudinem. C in architectura (de re non satis constat; cf. Promis, Vocaboli lat. di architettura, 1876, 354 sq.; v. etiam p. 69, 69): CIL IX 4213 -am, column., pondera. XII 2391 (a. 176) tectum porticus cum suis columnis et paenul(is) duabus et opere(e) tector(io) (item 2392). D de libro vel involucro libri (in interpretatione falsa loci sacrae script. sub IB2 allati, sec. interpr. graecam, cf. Chrysost. ad eundem locum [v. ANON. supra l. 30, ubi comitem pro libro intellegas]; attamen, quod pertinet ad sermonem Latinum, notio involucri intellegitur a Birt, Buchwesen, 1882, 65. Buchrolle, 1907, passim): HIER. epist. 36, 13, 1 volumen Hebraicum . . . quod Paulus -am (phenolen, pe-, poe-, -lem var. U., φαινόλην edd.) iuxta quosdam vocat. THEOD. MOPS. in II Tim. 4, 13 risui vero dignum est de illis, qui hoc in loco -am apostolum non indumentum significasse existimaverunt, sed speciem quandam libri (gr. φαῖλόνην).

deriv.: paenularium, paenularius, paenulatus.

compos.: suppaenulare.

v. Onom.

paenularium (vix -lār-, si recte senarii leguntur), -i n. scribitur etiam pe-, poe-, pend-. NOVIVS Atell. 35 non multo post sonar(i)um (ζωνάριον intellegit Ribbeck) accepit, abscedit (absedet trad.); consequitur -um, cilotrum petit (affert NON. p. 148, 25 explicans -um: quasi theca et vagina paenulae. sed a correpta potius indicat formationem iocosam sec. sonarium, ut sit quasi *φαινολάριον [i. parva paenula]; minus probabiliter 'paenularius qui paenulas vendit' Mueller ad NON.).

paenulārius, -i m. a paenula. nonnisi in titulis (sed cf. paenularium). is, cuius negotium ad paenulas pertinet: CIL VI 4000 (e monumento Liviae). IX 3444 paenu(larius). X 1945 -o (alii legunt paenuario, paenu parto, penulato). XIII 6366 neg(otiator) paenul(arius).

v. Onom. (cf. l. 15).

paenulātus, -a, (-um). a paenula, cf. chlamydatas, togatus sim. affert inter nomina quae videntur sine verbis formam habere participiorum PRISC. gramm. II 441, 15 (sim. 562, 16. cf. MART. CAP. sub paenulo). scribitur pe- e. g. SEN. benef. 3, 28, 5. i. q. paenula indutus (m. plur. pro subst. SEN., MART., TERT.): CIC. Mil. 28 cum Milo veheretur in raeda, -us eqs. (opp. expeditus; de eadem re similiter 54 [postea syn. paenula inretitus], quem locum ut exemplum 'deformationis' afferunt AQUILA rhet. 13 p. 26, 8 MART. CAP. 5, 524). SEN. benef. 3, 28, 5 -i . . . in militum . . . cultum subornati geruli lecticae. MART. 2, 57, 4 quem non lacernis Publius . . . vincit, non ipse Cordus alpha -orum, quem grex togatus sequitur [Thome]

(inde 5, 26, 1). GELL. 13, 22, 1 cinctos saltem esse et -os *discipulos vult Castricius (mavult togatos, reprehendit lacernis indutos)*. TERT. orat. 15 p. 190, 1 deus . . . non audiat -os, qui tres sanctos in fornace Babylonii regis orantes cum sarabaris . . . exaudivit (cf. *ibid.* p. 189, 21 expositis paenulis orationem facere). LAMP. Comm. 16, 6 -os iussit spectatores, non togatos ad munus convenire, quod funeribus solebat (*Cass. Dio 72, 21, 3 ἐν ταῖς μανδύαις*). AMBROSIAS. in II Tim. 4, 13 in quam curiam more Romanorum -i convenient *Tarsenses* (cf. p. 70, 28). AVG. conf. 1, 16, 25 quis . . . -orum magistrorum *eqs.*? MART. CAP. 3, 223 ritu Romuleo . . . senatum deum ingressa est -a *Grammatica* (antea opp. palliatam. de eadem 3, 228 inconsistentaneum . . . videbatur incedere medicam -am). SIDON. epist. 8, 6, 5 turmae censualium -orum.

paenulo, -āre. MART. CAP. 3, 325 cum calciatus, armatus, togatus, paenulatus paria videantur, quare calceo et armo dicimus, togo et -o (pen- *trad.*) non admittitur?

***paenultimus**, -a, -um. *coaluit ex paene et ultimus. scribitur pen- e. g. CLEDON. gramm. V 32, 4 (cod. saec. VI/VII). al. ibid. et saepe in codd. rec. (rarius poen-); saepe p(a)eneult-, e. g. SACERD. gramm. VI 492, 16 (cod. saec. VII/VIII; sed in eodem cod. paenult- 493, 5 al.); rarius poeneult- e. g. SERV. Aen. 1, 251 cod. K; penult- apud PRISC. gramm. cod. L, e. g. II 53, 22; disiunctim paene ult- e. g. AVSON. 348, 27 p. 167 P. (paenult- 381, 13 p. 101; interposita praepos. TER. MAVR. 1440; de locis, quos hinc secrevimus, v. l. 32sqg).* GLOSS. II 396, 39 -a: *παράτελευτος. legitur pro t. t. gramm. et rhet. inde a GELL., TER. MAVR., SACERD. (vix iam Varroni usum vocis tribues, v. p. 72, 76); praeter hunc usum raro inde ab AVSON.*

i. g. ultimo proximus, secundus a fine (non de compluribus simul locum ante extremum tenentibus nisi p. 72, 61. 73, 20).

attulimus etiam ea exempla scripturae seiunctae (v. supra), quae hanc notionem servant; sed cetera, quae notionem q. e. 'prope ultimus, quasi ultimus' exhibent, ad vocabula paene et ultimus relegavimus (v. p. 46, 19sqg.), e. g. Vell. 2, 125, 2. Quint. inst. 9, 4, 16 paene ultimam oratoribus artem compositionis . . . contigisse. Flor. epit. 2, 6, 15 quartum, id est paene ultimum vulnus imperii Cannae (Hier. epist. 41, 3, 2 in tertium, id e. paene ultimum gradum episcopi devolvuntur); dubia fortasse p. 72, 3. 73, 9. 19; notiones secundarias v. p. 72, 31. 56. 74.

pro subst.: m. vel. f.: Ov. ars 3, 269 Ps. QVINT. decl. 12, 2 DIOSC. 3, 64 p. 405, 8, n. sing.: v. l. 21 sqq.

deriv.: pallidaster, palliditas, ? pallidiusculus, pallido, pallidulus.

compos.: com-, per-, semi-, sub-, vepallidus; cf. expallidus.

pallio, -are v. palliatus.

palliōlātīm adv. a palliolum vel a palliolatus. -eol-FRONTO. [*e coni. vix probab. Ribbeck CAECIL. com. 133.*] *i. q. pallii ope vel modo palliatorum (sc. de modo saltationis quodam)*: PLAVT. Pseud. 1275 -m amictus ... inaccessi ludibundus. FRONTO p. 150, 16 v. d. H. ut histriones, quom -m (-eol- trad., v. p. XXXIX) saltant, caudam cycni, capillum Veneris ... eodem pallio demonstrant eqs.

palliōlātus, -a, -um. a palliolum. *i. q. palliolo indutus vel praeditus*: MART. 9, 32, 1 hanc volo, quae facilis, quae -a vagatur. SVET. Claud. 2, 2 ob ... valitudinem (*sc. infirmam*) ... gladiatorio munere ... -us novo more praesedit. ACT. lud. saec. Sept. Sev. 5^a, 59 Pighi (puer)i praetex(tati ... et puel)lae -ae cum discriminalibus. tunica -a (*sc. cui palliolum adiunctum est*): VOPISO. quatt. tyr. 15, 8 tunicas -as ianthinas (*iacintinas var. l.*) subsericas.

cf. palliolatim.

palliolum, -i n. a pallium deminutive. scribitur palliolum. GLOSS. III 21, 30, pale- GREG. TVR. glor. conf. 29, palle- HIER. epist. 64, 15, 3 (*var. l.*). GREG. TVR. glor. mart. 65 GLOSS. V 131, 16. *notatur palliol PAP. Corp. 208, 15 (dub. 209, 8)*. NOT. Tir. 97, 21. GLOSS. III 21, 30 (*'de veste'*) *πάλλικον (corr. sec. 92, 63)*. V 131, 16 peniculum (*paenula suspicatur Goetz; sed cf. fortasse Caecil. com. 133 peniculamentum ex pallio, de quo Non. p. 149, 27 pars vestis*). *legitur inde a PLAVTO, CAECIL., VARRONE, OV., RVT. LVPO; abiit in graecum παλλίολον (v. Liddell-Scott-Jones, Suppl. et Daris, Less. Lat. nel Greco d'Egitto, 1971)*. [*val. pãioarã de velamine lugentium et de eo genere texturae q. d. francog. 'crêpe'. cf. M.-L. 6167a. Corominas III 648 sq. St.*] [*legebatur olim pro paululum APVL. met. 1, 19, 8, pro pallio HIER. adv. Iovin. 2, 14 p. 418, 14 B.*]

*i. q. vestimentum, velamentum pallii simile (vi deminutiva parum manifesta): I proprie de textilibus variis: A de vestimentis (de forma et specie parum constat, etiam eius, quo caput velatur, velut l. 77. p. 133, 13; enumeratur inter vestimenta iuxta pallium p. 133, 20. 26): 1 virorum (VLP. dig. 34, 2, 23, 2 inter vestimenta virilia; inter puerilia et muliebria pallia afferuntur): PLAVT. Cas. 246 vide, -um ut rugat. 934 ubi est -um tuom? Epid. 194 -um in collum conice (apud Gell. 4, 17, 4 pallium traditur). Mil. 1179 -um habeas ferrugineum ... , id conexum in umero laevo (v. 1181 adsimulato quasi gubernator sies). Ov. ars 1, 734 nec turpe putaris -um (pill- var. l.) nitidis imposuisse comis. RVT. LVP. 2, 7 sine pallio, soleatus, praeligato (prae lectulo codd.) -o frigus a capite defendens. SEN. nat. 4, 13, 10 quosdam graciles et -o focalique circumdatos (*sim. de aegrotis: QVINT. inst. 11, 3, 144. de monachis aegrotis: HIER. reg. Pachom. 42 p. 23, 15 B. 105 p. 42, 3 [pallio var. l.]*). PETRON. 98, 7 -o suo laceratam mutavit vestem alterius. PAP. Corp. 251, 7 (*saec. II in.; inter res filio a patre missas*). HIER. epist. 64, 15, 3 (*de ephod, [Züch]*)*

vestimento quodam pontificis Hebraeorum). adv. Iovin. 2, 14 Antisthenes nihil sibi amplius quam -um reservavit. Orsies. doctr. 21 superfluum (item inter praecepta ad vestitum monachorum pertinentia: 22 lineum [cf. reg. Pachom. praef. 4 B. amictu]. 39 [reg. Pachom. 81 p. 37, 3 B. pallium]. reg. Pachom. 61 p. 32, 8. 9 B. 102 p. 41, 7). vita Hilar. 44 tunicam sacceam, cucullam et -um (sim. monachorum [cf. l. 3. p. 133, 81]: *ibid.* 46 [antea: sago]. RVFIN. hist. mon. 5 [gr. 5, 6 *πάλλια*]). CASSIAN. inst. 1, 6 SIDON. epist. 4, 9, 3. VITAE patr. 5, 5, 37 *syn.* mafortes. VEN. FORT. vita Leob. 21, 69). -um deo dono datur: VOPISC. Aurelian. 4, 5 -o purpureo, quod Soli . . . imperator obtulerat. 2 *feminarum*: VARRO frg. Non. p. 548, 34 caltula est -um praecinctorum, quo nudae infra papillas praecinguntur. FEST. p. 276 ricae et riculae vocantur parva ricinia ut -a ad usum capitis facta (cf. p. 288 [suppl. ex Paulo] rica est vestimentum quadratum, fimbriatum, purpureum, quo Flaminicae pro -o . . . utebantur. NON. p. 542, 1 ricinium, quod nunc mafurtium dicitur, -um femineum breve). MART. 11, 27, 8 sucida -o vellera quinque petit. IUV. 3, 95 Dorida (nomen ancillae in comoedia usitatum) nullo cultam -o (SCHOL.: habitu quasi veram mulierem). PAP. Corp. 208, 11 (saec. II in.) palliol(um) et pallium (in tabula nuptiali ut: 208, 15. 209, 8). SCAEV. dig. 34, 2, 38, 1 (quater) Semproniae . . . tunicas tres cum -is . . . dari volo. HIER. epist. 117, 7, 3 -um interdum cadit, ut candidos nudet umeros. PAVL. NOL. carm. 25, 110 superobducto praedita Rebecca -o, quo pudibunda suum texit velamine vultum (Vulg. gen. 24, 65 pallium). -um deae dono datur: CIL XIV 2215, 22 inter res fanis Isidis (?) traditas: -um, vestem, altera alba tunica, stola, zona et pallium. INSCR. Dessau 3495 bone deae tunicas duas et -um eqs. 3 *exempla minus definita et ambigua (in comparatione PLIN.)*: CAECIL. com. 266 saepe est etiam sub -o sordido sapientia. PLIN. nat. 26, 56 similitudine -i epithymum (paleali Fournier, Rev. Phil. 27, 1953, 128). CIL IV 8204 paenulam, -um. HIER. epist. 58, 2, 2 possessionum redivisibus abundare et vile iactare -um (sim. in Ezech. lib. 8 praef. l. 16). GILD. Brit. 1 chron. III p. 25, 16 -um auri que parum de anathemate praesumptum (sec. Vulg. Ios. 7, 21 pallium).

B *de quibuslibet velaminibus (in comparatione PRVD. perist. 3, 180)*: PRVD. perist. 3, 180 membra tegit nix . . . -i vice linteoli. 11, 141 -is . . . bibulae siccantur harenae. GREG. TVR. glor. conf. 29 iussit tumulum sancti . . . -is nitentibus obvelari. glor. mart. 65 furtim ex oratorio ablatis -is. Mart. 1, 13 ex . . . -is, quae pendent de parietibus oratorii.

II *metonymice et metaphorice*: HIER. in Ier. 7, 11 ecclesia dei vertitur in speluncam latronum, quando . . . regum quondam opes vile aut certe non vile -um possidet (i. -o indutus). RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 37 (41) si . . . levi -o rescripti tui contexisses opprobrium nostrum (sec. gen. 9, 23 pallium). MART. CAP. 8, 812 -o[s] tegendam Astronomiam potius quam divulgandam (contextu parum certo).

deriv.: palliolatim(?), palliolatus. cf. gr. *παλλιόλιον*.

[palliotunicae suspicatur Mommsen VLP. dig. 34, 2, 23, 2 pro pallia, tunicae praeter necessitatem.]

*pallium, -i n. [v. sub 1. palla. Sch.] de origine: VARRO ling. 5, 133 hinc quod facta duo simplicia paria, (-a) (v. Collart ad l.) parilia primo dicta. ISID. orig. 19, 24, 1 dictum . . . -um a pellibus, quia prius super indumenta pellicia veteres utebantur, quasi pellea; sive a palla per derivationem. scribitur -eum INSCR. Brit. Collingwood-Wright I 323 et saepissime in codd. (e. g. ITALA Matth. 5, 40 cod. δ. Luc. 6, 29 cod. e. cetera infra non adnotamus), qua de re CHAR. gramm. p. 89, 9 sqq. B. -ium, scriinium . . . ; sic enim dici debent, non alicum per e . . . et -eum. raro palium (e. g. ITALA gen. 24, 65 cod. 94). notatur pal CIL IV 1393. 2007. NOT. Tir. 97, 20. gen. sing. formam -ii postulant VEL. gramm. VII 57, 8 CHAR. gramm. p. 89, 14 B. neutr. postulat DVB. NOM. gramm. V 588, 8, masc. acc. plur. -os AVELL. p. 645, 14 REGVLA mag. 81, 5 (-os pro -us poni videtur ITALA psalm. 103, 6 cod. 325), cf. -um . . . , qui eqs. ITIN. Anton. Plac. rec. A 44. de notione: VLP. dig. 50, 16, 45 neque . . . dubium est, quin stragula vestis sit omne -um, *περίστρωμα*. GLOSS.: *πάλλιον. πέπλος. περιβόλαιον. βήλον (i. velum). ένδυμα. άπλοκίδιον. φάρος. legitur sing. inde a NAEV., PLAVTO, CAECIL., TER., plur. inde a VARRONE, CIC., PROP., OV. (de veste unius e. g. am. 1, 4, 41. 50 ars 1, 153); fluxit etiam in sermonem graecum.* [voces, quae in linguis romanis inveniuntur, a viris doctis restituae sunt. cf. M.-L. 6168. Wartburg VII 506 sq. St.]

i. q. pannus vel vestimentum, quod describit TERT. pall. 1, 1 extrinsecus habitus, et ipse quadrangulis, ab utroque laterum regestus et cervicibus circumstrictus in fibulae morsu, humeris acquiescebat. de re agit Kreis-v. Schaeuwen, RE XVIII 3, 249 sqq.; nota priscis temporibus solos viros -o usos (cf. PLAVT. Men. 658, ubi -um vestimentum virile, palla muliebre); opponuntur vel in enumeratione vestimentorum iunguntur e. g. amiculum PLAVT. Curc. 355 CIC. nat. deor. 3, 83 (syn. div. 2, 143), chlamys PLAVT. Men. 658 Merc. 911. 922, paenula FEST. p. 368 VLP. dig. 34, 2, 23, 2 COD. Theod. 14, 10, 1, 1, toga VARRO ling. 9, 48 CIC. Rab. Post. 26 SEN. contr. 9, 3, 13 et saepe, tunica PLAVT. Epid. 725 al. VARRO Men. 469 ling. 9, 48 CIC. Verr. II 4, 54 et saepe; sub nomine -i varia vestimenta, sc. quae super-

induuntur, comprehendit ISID. orig. 19, 24, 1 de -is virorum et 19, 25, 1 de -is feminarum.

I *de vestimento, quo homines (item dei, statuae) induuntur*:

A *adhibetur pro veste mera (de qua TERT. pall. passim)*: 1 *generalia quaedam (selecta)*: NAEV. com. 110 eum . . . pater cum -o uno ab amica abduxit (ad Scipionem refert Gell. 7, 8, 5). CIC. rep. 6, 2 ut . . . in forum mille hominum cum -is conchylio tinctis descenderent (contextu manco). nat. deor. 3, 83 statuae Iovis laneum -um iniecit Dionysius (inde VAL. MAX. 1, 1 ext. 3. item deorum: TERT. test. anim. 2, 7 p. 137, 13 VOPISC. Aurelian. 29, 1 MART. CAP. 1, 29). CATVLL. 25, 6 remitte -um . . . , quod involasti (cf. PETRON. 12, 2 raptum latrocinio. MART. 8, 59, 9 subducere -a. v. etiam l. 31). 32, 11 pransus iaceo et satur supinus pertundo tunicamque -umque (lecti operimentum intellegi dissuadet iuxtapositum et MART. 11, 16, 5 rigida pulsabis -a vena). RVT. LVP. 2, 7 tunicatus sine -o. PHAEDR. 5, 5, 18 porcellum subesse -o scurrae. PETRON. 32, 2 Trimalchio -o . . . coccineo adrasum excluserat caput. 80, 2 intorto circa brachium -o composui ad proeliandum gradum. CIL IV 1393 (inter res lavandas; sim. 2007). MART. 14, 138 calfaciunt villi laenae superindutae -a. APVL. apol. 44, 8 puro (pueri ut: SVLP. Sev. dial. 1, 10, 3. cf. VLP. dig. 34, 2, 23, 2 inter vestimenta puerilia). TERT. pall. 1, 3 -i iam teretis (de toga dici vid., cf. SCHOL. Pers. 5, 14 toga est . . . -um forma rotunda eqs. sim. ISID. orig. 19, 24, 3). 5, 1 a toga ad -um (fortasse proverbialiter; item 6, 3). 5, 3 -o nihil expeditus. ITALA gen. 49, 11 (Iren. 4, 10, 2=4, 20, 2 H.; cf. VVLG.) antea: stolam (gr. *περιβόλην*, aliae vers. amictum, anabol[adium], opertorium, indumentum). Matth. 5, 40 (aur. al.= VVLG.) qui vult . . . tunicam tuam tollere, remitte ei et -um (gr. *ιμάτιον*, aliae vers. vestimentum. idem ordine inverso Luc. 6, 29 cod. c, ubi gr. item, Vulg. vestimentum. pendet IUVENC. 1, 554; spectant huc e. g. TERT. fug. 13, 2 HIL. in psalm. 137, 16. cf. VVLG. Mich. 2, 8 desuper tunica -um sustulisti [v. HIER. ad l.]). LACT. inst. 4, 18, 8 sortiti sunt . . . de tunica et -o Christi (sec. Matth. 27, 35, ubi vestimenta). VVLG. gen. 39, 12 relicto . . . -o fugit Ioseph (hinc HIER. epist. 64, 4, 2). et saepe. via -is tegitur (cf. Matth. 21, 8 straverunt vestimenta sua in via): GREG. M. dial. 2, 37 p. 132, 19 M. strata -is . . . via . . . ab eius Benedicti cella in caelum usque tendebatur.

2 *illustratur per genera palliatorum*: a *graeci moris fuisse -um (cf. SVET. Aug. 98, 3 inter varia munuscula togas . . . ac -a distribuit lege proposita, ut Romani graeco, Graeci romano habitu . . . uterentur. TERT. pall. 3, 7 -um, etsi graecum magis, sed lingua iam penes Latium est)*: α *exempla fabulae palliatae (in qualibet com. FRONTO, in mimo v. p. 135, 9; non nisi de veste virili; NAEV. com. v. sub 1)*: PLAVT. Amph. 294 volt -um detexere (i. verberare; huc spectare vid. Serv. Aen. 10, 424 sic Plautus: ego hunc hominem hodie texam -o). Aul. 646 quid abstulisti hinc? . . . excutedum -um; . . . ne inter tunicas habeas. Bacch. 71 apud meretricem pro lorica malacum capiam -um. Capt. 779 parasitus ad currendum paratus: eodem pacto, ut comici servi solent, coniciam in collum -um (de eodem: 789 collecto . . . est -o. cf. frg. inc. 56, 2 appende in umeris -um [explicat ISID. orig. 19, 24, 1]). TER. Phorm. 844 umerum hunc onero -o atque hominem propero invenire). Cas. 237 cesso caput -o detergere. 636 face ventum . . . -o. 975 mi vir, . . . quid fecisti scipione aut quod habuisti -um? Curc. 355 provocat me in aleam, . . . pono -um; ille suum amiculum opposivit. Epid. 1 me reprehendit -o (Mil. 59 Trin. 624 TER. Phorm. 863). 725 soccos, tunicam, -um tibi dabo. Men. 658 (uxor ad maritum) tuam nec chlamydem do foras nec -um cuiquam utendum. Merc. 911 (adulescens vestem mutans) -um mi eferte, . . . cape chlamydem (922 vice versa). Mil. 687 eme, mi vir, lanam, unde tibi -um malacum et calidum conficiatur tunicaeque hibernae. Rud. 550 redactus sum usque ad unam hanc tuniculam et ad hoc misellum -um. Trin. 1154 (proverbialiter) tunica propior -o est (inde fortasse GREG. M. in euang. 20, 11 tunica plus est necessaria usui nostro quam -um). frg. inc. 26 hoc rugat -um, amictus non sum commode. al. CAECIL. com. 133 volat . . . peniculamentum [e]t -o datur] (tenet palliolatim Ribbeck). TER. Eun. 769 attolle -um (DON.: vel quia simplex est vel quia ebrius, trahit -um). IUVENT. com. 5 -um . . . ut splendeat. FRONTO p. 150, 17 v. d. H. histriones, quom palliolatim saltant, caudam cycni, capillum Veneris, Furiae flagellum eodem -o demonstrant. DON. de com. 8, 6 parasiti cum intortis -is veniunt. *ibid.* leno -o colore vario utitur. β *exempla Graecos -o usos testantia (cf. p. 137, 2; philosophos v. infra)*: VARRO Men. 311 quod tum erant in Graecia coma promissa, rasa barba, -a (palla var. l.) trahentes. Ov. epist. 19 (20), 210 ut . . . deciderint umero -a lapsa meo (i. Acontii). SEN. contr. 9, 3, 13 oratores toga posita sumpto -o quasi persona mutata rediebant et graece declamabant (cf. MART. CAP. 5, 429 Demosthenes erat -o circumactus . . . et Cicero trabeatus). VAL. MAX. 6, 9 ext. 1 brachium intra -um reduxit Polemo (de eodem: AVG. c. Iulian. 1, 7, 35 manum -o subdidit. item de gestu modestiae: QVINT. inst. 12, 10, 21 oratores Attici semper manum intra -um continentes). PLIN. nat. 35, 62 aureis litteris in -orum tessaris intextum nomen Zeuxidis. QVINT. inst. 11, 3, 143 togam veteres ad calceos usque dimittebant, ut Graeci -um. PALLAD. hist. mon. I 24 p. 306^c Athenienses quoscumque -is, [Zdch]

quoscumque . . . birris esse vestitos (cf. gr. p. 111, 4 B. *τριβωνοφόγοι*). *γ* exempla Romanos quosdam morem graecum secutos testantia: Cic. Verr. II 5, 137 tu praetor in provincia cum tunica -oque purpureo visus es. al. Rab. Post. 26 -um sumendum Alexandriae, ut ei Rabirio Romae togato esse liceret. 27 Rutilius consularis homo soccos habuit et -um. Liv. 29, 19, 12 imperatoris Scipionis non romanus . . . nec militaris . . . cultus . . . : cum -o crepidisque inambulare in gymnasio (inde Val. Max. 3, 6, 1. cf. Naev. sub 1). Sen. epist. 114, 6 Maecenas (in) tribunali . . . sic apparuit, ut -o velaretur caput exclusis utrimque auribus, non aliter quam in mimo fugitivi divitis solent. Plin. epist. 4, 11, 3 graeco -o amictus Licinianus . . . ; carent enim togae iure, quibus aqua et igni interdictum est. Svet. Tib. 13, 1 Tiberius in Rhodo redegit . . . se deposito patrio habitu ad -um et crepidas. Flor. epit. 4, 2, 45 (inter prodigia) Pompeius cum pullo -o, nefas, . . . conspectus est. Spart. Hadr. 22, 4 Hadrianus in convivio aut -o tectus discubuit aut toga summissa.

b -um signum fuisse sapientiae, humilitatis sim.: *α* apud philosophos (v. etiam Tert., Hier. sub β et Nectar. sub IIIA): Varro Men. 314 Cynicis involucrium et -um luteum non est. 469 Diogenem . . . -um solum habuisse (eiusdem: Porph. Hor. epist. 1, 17, 32 Aristippum Diogeni subducto -o chlamidem subposuisse purpuream. Hier. adv. Iovin. 2, 14 p. 418, 14 B. -o duplici [Diog. Laert. 6, 22 *τριβωνα*]). Cic. de orat. 3, 127 Hippias gloriatus est . . . -um, quo amictus esset, . . . sua manu confecisse (idem narrat: Apvl. flor. 9, 20 Hier. epist. 60, 12, 4). Sen. benef. 7, 24, 1 Socrates 'emissum' inquit '-um, si nummos haberem' (7, 24, 2 iterum). Fronto p. 133, 13 v. d. H. Epictetus ne -um quidem sordibus obsitum candido et pure lauto praetulisset (contextu antea manco). p. 138, 20 tibi Aurelio purpureum -um erit sumendum, non -um philosophorum soloci lana (cf. Capitol. Aur. 2, 6 cum studeret Aurelius in -o et humi cubaret). Gell. 7, 10, 4 Euclides . . . -o versicolore amictus. 9, 2, 4 video . . . barbam et -um, philosophum nondum video (13, 8, 5 Lact. inst. 3, 25, 6). Apvl. met. 11, 8, 3 nec ille deerat, . . . qui -o baculoque . . . philosophum fingeret (flor. 14, 3 Sidon. epist. 9, 9, 14. cf. Avg. civ. 14, 20 p. 44, 8 D. Cynici non solum amiciuntur -o, verum etiam clavam ferunt). al. Lact. inst. 5, 2, 3 vitia sua capillis et -o . . . praetegebat. Amm. 25, 4, 4 victus eius Iuliani mensarumque tenuitas erat . . . admiranda velut ad -um mox reversuri. Cassiod. hist. 7, 4, 2 induti . . . -is ipsa -a reponebant (gr. Socrat. 3, 24 *τριβωνοφόγοι τοὺς τρίβωνα ἀπέθεντο*). al. de ipsa Dialectica: Mart. Cap. 4, 328 cui . . . -um Athenarumque vestitus. *β* apud Christianos (insigne dignitatis v. sub B2): Tert. pall. 4, 10 cum hanc primum sapientiam (i. Christianitatem) vestit . . . , tunc . . . -um super omnes exuvias et peplos augusta vestis. 6, 4 gaude, -um, . . . melior iam te philosophia dignata est, ex quo Christianum vestire coepisti. Hier. epist. 33, 3 si quis de philosophis vel de Christianis, qui vere philosophi sunt, trito -o et sordida tunica lectioni vacaverit. Svlp. Sev. dial. 2, 3, 2 Martinum in veste hispida nigro et pendulo -o circumtectum (aliis de sanctis: Hil. Arel. vita Honorat. 8 l. 7. 35 l. 7 ubi agitur de mortuo. Cassiod. hist. 8, 4, 2 vilissimo -o [gr. Theodoret. 4, 26, 1 *σιώρα*]). Vita Fulg. 15 p. 81 L.). Salv. eccl. 4, 24 licet sanctitatem -o mentiaris. Conc. Aurel. a. 511 p. 7, 12 monachus si in monasterio conversus vel -um comprobatus fuerit accepisse (de -o monachorum cf. Regvla mag. 81, 3. 5). al.

c etiam feminas usum -i recepisse (cf. Vlp. dig. 34, 2, 23, 2 inter vestimenta muliebria. Isid. orig. 19, 25, 1 de -is feminarum. comparat vestes viriles et muliebres Varro ling. 8, 28. 9, 48. de feminis regis v. sub B1, -um nutricis sub IIA): Varro Men. 538 de muliebri ricinio -um . . . [demittere] (add. Oltramare; sed v. de his Vahlen, Coniectanea . . . , 1858, 156). Cic. div. 2, 143 amica corpus eius Alcibiadis texit suo -o (eadem narrat: Val. Max. 1, 7 ext. 9). Prop. 4, 7, 20 -a nostra (i. Cynthiae et Propertii; pectora var. l.). Ov. am. 1, 4, 41 quae bene -a celant. 1, 4, 50 conscia de tergo -a deme tuo. 3, 2, 25 nimum demissa iacent tibi -a terra (sim. ars 1, 153). epist. 20 (21), 172 torrentur febribus artus et gravius iusto -a pondus habent (cf. Hier. in Ezech. 16, 13 l. 1342 gravi -orum onere). Petron. 17, 3 retexit superbum -o (del. Fuchs) caput Quartilla. 135, 4 incincta quadrato -o. Mart. 11, 104, 7 te tunicae . . . obscuraque -a celant. Tert. virg. vel. 12, 4. Itala gen. 24, 65 (cod. 91 al., cf. VvlG.) Rebecca tulit aestivale -um et operuit se (gr. *θέριστρον* [quod explicat Hier. in Is. 3, 23 quaest. hebr. in gen. 38, 21]. pendent Ps. Cyp. cena 30 Bachi. repar. laps. 20. al.; idem gr. vertitur Itala gen. 38, 14 [Cyp. testim. 3, 36]. cant. 5, 7 [Ambr. virgin. 8, 48 al. = VvlG.]). apoc. 17, 4 (Cyp. testim. 3, 36) mulier illa amicta erat -um purpureum et coccineum (gr. *κόκκινον*, Vulg. coccino). Cyp. elem. 6 p. 378, 3 -a et tunicas et omnia illa . . . indumenta viduarum (sec. act. 9, 39 tunicas et vestes). Vopisc. Car. 20, 4 aviae -o aurato atque purpureo. Claud. Don. Aen. 11, 575 p. 504, 29 pro . . . -o tigris pellis (Verg. pro . . . tegmine pallae). VvlG. Is. 3, 22 mutatoria et -a (palliola var. l.) et linteamina (Hier. ad l. mutatoria et -a, quae significantius Symmachus transtulit *ἀναβόλαια*, ornamenta sunt vestium muliebrum, quibus humeri et pectora proteguntur). al. de veste dearum: Apvl. met. 10, 31, 1 tenui -o bombycino

inunbrabat Venus spectabilem pubem. Mart. Cap. 1, 76 Iunonis -um coccineum, sed auro plurimo rutilatum. CIL XIV 2215, 14. 16. 23 (inter res fanis Isidis [?] traditas).

B adhibetur pro insigni alicuius dignitatis, muneris: *1* regum, imperatorum sim.: Fronto p. 138, 19 v. d. H. (v. p. 135, 29) purpureum (Vopisc. Prob. 10, 5. VvlG. Esth. 8, 15 serico atque p.). Itala gen. 41, 42 (cod. 101) Pharaon induit eum Iosephum -um byssinum (gr. *στολήν*, Vulg. stola). Capitol. Alb. 2, 5 (ex epistula Commodi) ut tibi insigne aliquod imperialis maiestatis accedat, habebis utendi coccini -i facultatem (6, 4). Lampr. Alex. 41, 1 (dictum Alexandri) matronas . . . regias contentas esse debere . . . unico (tunica var. l., fortasse tunicopallio) -o auro sparso (sim. Vopisc. Aurelian. 45, 5). Vopisc. Aurelian. 13, 3 proconsularia. Amm. 22, 9, 11 purpureum sibi . . . indumentum ex serico -o parat (quo laesae maiestatis arguitur; cf. Cod. Theod. 10, 21, 3 nec -a . . . domi quis serica contexat . . . tinctoria conchylio eqs.). Hier. in Ezech. 16, 13 l. 1385 indumenta -aque pulcherrima reginae. Cod. Theod. 14, 10, 1, 1 officiales discoloribus . . . -is pectora contegentes (ad clavum refert Kreis-v. Schaewen l. c., v. etiam Gothofredum ad l.). Conc. S I 5 p. 375, 7 ut excuteret -um rex (gr. I 1, 7 p. 77, 25 *πορφύριδα*, cf. I 4 p. 65, 19 chlamyda). *2* sacerdotum, episcoporum sim. (Hebraeorum Hier.; ad rem v. Leclercq, Dict. d'Arch. Chrét. et de Lit. sub v.): Hier. epist. 29, 4, 6 *ἐπέδνμα* . . . id est *ἐπόμις*, quod hebraice dicitur ephod, superius -um significat. 29, 5, 1 si ephod sacerdotale sit -um. Lib. pontif. p. 50, 2 dalmaticas . . . et -a linostema (diaconi ut: p. 91, 4. cf. sacerdotis: Itin. Anton. Plac. rec. A 38). p. 73, 4 ut episcopus . . . -um uteretur (sic saepius conceditur -o uti, e. g. Epist. pontif. Arel. 26 p. 40, 3. 39 p. 59, 6 Greg. M. epist. 1, 27 p. 41, 3. 4, 1 p. 233, 9 Vita Caes. Arel. 1, 42). Conc. Matis. a. 583 p. 157, 3 ut episcopus sine -o missas dicere non praesumat. Ven. Fort. carm. 2, 3, 17 -a . . . meruit Gregorius. Greg. M. epist. 2, 22 p. 119, 27 amisso -o. 5, 15 p. 295, 19 de usu -i extra ecclesiam. al. Regvla mag. 93, 27 tradat ei -um suum (abbati ut: Vitae patr. Iurens. 135 M.). al.

II de quibuslibet operimentis, pannis, velis sim., quae adhibentur: *A* ad varios usus: Plaut. Bacch. 434 fieret corium tam maculosum quam est nutricis -um (ad I referri solet; intelleximus pannum tersui aptum; pendet Fronto p. 154, 19 v. d. H. verba maculosiora quam n. -um). Petron. 28, 2 Trimalchio . . . tergebatur non linteis, sed -is ex lana mollissima factis. VvlG. exod. 12, 34 farinam ligans in -is posuit super umeros (nisi ad I, cf. gr. *ἱματίος*, Itala Monac. vestimentis). iud. 8, 25 expandentes . . . super terram -um proiecerunt in eo inaures. Itin. Anton. Plac. rec. A 44 -um lineum, in quo est effigies salvatoris. *B* ad operiendum lectum, cubantem (lecticam Evtr.): Plaut. Truc. 479 face ut accumbam . . . , -um inice in me. Cic. rep. 4, 4 complexus . . . concubitusque permittunt -is interiectis. Varro ling. 5, 167 quibus operibantur, operimenta et -a opercula dixerunt (-a delenda proposuit Spengel). Prop. 4, 3, 31 in toto non sidere -a lecto (Ov. am. 1, 2, 2 sedent). 4, 8, 87 mutato per singula -a lecto. Mart. 1, 109, 11 catellae gutta -a non fefellit ulla. Ivv. 6, 236 onerosa . . . -a iactat. Svet. Nero 48, 4 lectum modica culcita, vetere -o strato, instructum. Itala deut. 22, 17 (Aug. quaest. hept. 5, 33) replicabunt -um (gr. *ἱμάτιον*, Vulg. vestimentum). Evtr. 9, 18, 2 diductis lecticulae -is. VvlG. iud. 4, 18 opertus . . . -o (interpretationis non satis certae; cf. Itala Aug. loc. hept. 7, 20 pelle, gr. *δέσσει* vel *ἐπιβολαίω*). Is. 28, 20 -um breve utrumque operire non potest. Hier. epist. 60, 13, 2 proicere -um. Maxim. eleg. 1, 254 seni parva . . . magnum -a pondus habent (pendet ex p. 135, 66).

teguntur mortui: Apvl. met. 3, 9, 7 abrepto -o retexi corpora. flor. 4, 4 -o cadavera operiri et philosophos amiciri. Epit. Alex. 113 alveum . . . -o purpureo et insuper babylonico cooperuerunt. Pallad. hist. mon. I 19 p. 296^B super cathedras velatas -is suis sedentes quiescant (gr. p. 89, 8 B. *στρώματα*). *C* pro vexillis sim.: Vopisc. Aurelian. 5, 3 -um purpureum, quod in honore eius [s]pansum. Prvd. perist. 1, 35 pro . . . ventosis draconum . . . -is praeferunt milites insigne lignum crucis. c. Symm. 2, 728 quae festis suspendam -a portis. Vict. Vit. 2, 18 ecclesiam . . . cereis . . . fulgentibus -isque velaminum ac lampadibus rutilantem (nisi ad D). *D* ad res sacras operiendas: VvlG. exod. 36, 18 ut unum -um ex omnibus sagis fieret ad tabernaculum tegendum. num. 4, 6 -um hyacinthinum (involvuntur arca, mensa, vasa ut: 7. 8. 9. 12; variando iuxta pos. velamine, operimentum, vestimento). I reg. 21, 9 gladius . . . est involutus -o post ephod (an ad I?). Evseb. Emes. serm. 19, 20 libros prophetarum . . . purpureis -is honoratis (eodem spectat: 19, 23). Donatio Tiburt. a. 471 p. CXLVII^a 5 (inter dona ecclesiae oblata ut ibid. saepius. item Greg. M. epist. 1, 66 p. 87, 6. 7, 37 p. 486, 18). Vict. Vit. 1, 39 de -is altaris . . . camisiis sibi . . . faciebant (Greg. Tvr. Franc. 7, 22 p. 342, 6 [quo spectant etiam l. 3. 12. 13; de eadem re l. 18 pallas]. cf. Avell. p. 645, 14 [Iustiniani] -os holosericos ad ornamentum altaris direximus. Ven. Fort. virt. Hil. 12, 34 inter ignem cereae et -um [de eodem 12, 35]). Greg. Tvr. Franc. 6, 10 p. 280, 1 fures auferentes . . . multum . . . -orum olosericorum (de isdem p. 280, 6). glor. conf. 20 p. 759, 22 pignora (i. reliquiae martyris) -is . . . exornata (cf. Mart. 2, 60 p. 630, 19 -o, quo ille Martinus tegitur [l. 6 palla, quae . . . tegit sepulchrum]).

III *imagines et comparationes*: A *exempla varia*: VAL. MAX. 2, 2, 2 -um togae subici debere (i. Graeci Romanis; cf. -um philosophi opp. togae forensi: NECTAR. Aug. epist. 103, 1 qui Cicero togam . . . rugarum paginis resolutis -orum imitatus speciem retorqueret). ITALA psalm. 103, 2 (Iren. 2, 30, 1=2, 46, 1 H.) induitur lumine quemadmodum -um (gr. ἱμάτιον, Vulg. vestimento). 103, 6 (Sangerm.) abyssus sicut -um amictus eius terrae (gr. et Vulg. ut supra). 108, 29 (Veron.) circumamiciantur sicut -um duplex confusionem suam (gr. διπλοῖδα, Vulg. deploide, Hier. psalt. sec. Hebr. indumento, cf. AVG. ad l. diplois duplex -um est. spectat huc CASSIOD. in psalm. 43, 16 quodam -o confusionis vultum suum dicit coopertum). Is. 59, 17 (Hier. ad l.) circumdatus est vestimento vindictae et -o quasi retribuens ultionem (gr. περιβόλαιον, VVLG. -o zeli). SCHOL. Iuv. 3, 115 (explicit locutionem proverbialem 'maioris abollae') quasi -i . . . ; ergo 'abollae' per ironiam dixit quasi: sanctioris philosophi. Hier. psalt. sec. Hebr. 108, 19 maledictio quasi -um, quo circumdatur (gr. ἱμάτιον, Vulg. vestimentum, cod. 136 Cas. tunica). AVG. in psalm. 119, 3 l. 16 videtur habere -um consulentis et habet venenum perimentis. CASSIOD. in psalm. 118, 153 ut hanc humilitatem purpureo quodam -o vestiamus. B *cum gen. explic.*: VVLG. Is. 59, 17 zeli (v. l. 13). 61, 3 -um laudis pro spiritu maeroris reddetur lugentibus (gr. καταστολήν δόξης, Hier. ad l. vertit habitum gloriae, explicit stolam). AVG. c. Faust. 11, 3 p. 316, 13 exuimini . . . -o fallaciae. c. Iulian. 1, 7, 35 stilum . . . contumeliosum non tamquam -o pudoris absconderes. Ps. AVG. serm. ed. Mai 97, 1 paenitentiae (de Ninevitis). Ps. EVSEB. GALLIC. hom. 35, 6 G. pietatis et gratiae. 45, 7 ubi malus maculosae conscientiae tenebris, bonus vero -o immortalitatis et beatitudinis vestiatur. APON. 8 p. 151 baptismatis. CASSIOD. in psalm. 43, 16 confusionis (v. l. 11). VEN. FORT. carm. 3, 9, 64 tetrae noctis -a crassa cadunt.

appendix epitheta notabiliora continens, quibus significatur: 1 color: album: PASS. Barth. 2 VITAE patr. Iurens. 135 M. auratum: VOPISC. Car. 20, 4 (cf. auroclavum: DONATIO Tiburt. a. 471 p. CXLVII^a 6). blatteum: VOPISC. Aurelian. 45, 5 VEN. FORT. carm. 2, 3, 17. candidum: FRONTO p. 133, 13 v. d. H. APVL. flor. 9, 20. coccin(e)um: PETRON. 32, 2 ITALA apoc. 17, 4 (Cypr. testim. 3, 36). VVLG. num. 4, 8 Ios. 7, 21 MART. CAP. 1, 76. discolor: COD. Theod. 14, 10, 1, 1. hyacinthinum: VVLG. num. 4, 6. 7. 9. 12. luteum: VARRO Men. 314 DON. de com. 8, 6. nigrum: Hier. epist. 22, 28, 1 SVLP. Sev. dial. 2, 3, 2. pullum: FLOR. epit. 4, 2, 45. purpureum: Cic. Verr. II 5, 31. 86. 137 FRONTO p. 138, 19 v. d. H. al. (cf. conchylio tinctum: Cic. rep. 6, 2 COD. Theod. 10, 21, 3). rutilans: MART. CAP. 1, 29 (cf. auro rutilatum: 1, 76). versicolor: GELL. 7, 10, 4. 2 materia: bombycinum: APVL. met. 10, 31, 1. byssinum: ITALA gen. 41, 42 (cod. 101). holosericum: v. vol. VI 3, 2860, 75 sq. holoverum: v. vol. VI 3, 2861, 38. lanenum: Cic. nat. deor. 3, 83 VAL. MAX. 1, 1 ext. 3 (cf. ex lana factum PETRON. 28, 2, lanestre VOPISC. Aurelian. 29, 1). lineum: DONATIO Tiburt. a. 471 p. CXLVII^a 11. 12 ITIN. Anton. Plac. rec. A 38. 44 ISID. orig. 19, 25, 2. linostemum: LIB. pontif. p. 50, 2. 91, 4 REGVLA mag. 81, 5. sericum: AMM. 22, 9, 11 VVLG. Esth. 8, 15 COD. Theod. 10, 21, 3. stamineum: REGVLA mag. 81, 3. 3 forma: breve: VOPISC. Aurelian. 29, 1 VVLG. Is. 28, 20. duplex: TERT. pall. 5, 3 ITALA psalm. 108, 29 (Veron.). Hier. adv. Iovin. 2, 14 p. 418, 14 B. al. fibulatum: VOPISC. Prob. 4, 5. fimbriatum: ISID. orig. 19, 24, 14. maius: SCHOL. Iuv. 3, 115 GREG. M. epist. 1, 66 p. 87, 6. minus: GREG. M. epist. 1, 66 p. 87, 6. 7, 37 p. 486, 18. parvum: MAXIM. eleg. 1, 254. pendulum: SVLP. Sev. dial. 2, 3, 2. quadratum: PETRON. 135, 4 (cf. quadrum: ISID. orig. 19, 25, 2). rotundum: ISID. orig. 19, 24, 10. simplex: VARRO Men. 538. teres: TERT. pall. 1, 3. 4 alia qualitatibus vel speciei indicia: bonum: VVLG. Ios. 7, 21. calidum: PLAVT. Mil. 687. crassum: VEN. FORT. carm. 3, 9, 64. insigne: ISID. orig. 19, 24, 9. maculosum: PLAVT. Bacch. 434. malacum: PLAVT. Bacch. 71 Mil. 687. misellum: PLAVT. Rud. 550. novum: VVLG. III reg. 11, 29. 30. onerosum: Ivv. 6, 236. pulchrum: Hier. in Ezech. 16, 13 l. 1385. purum: APVL. apol. 44, 8 ISID. orig. 19, 24, 3. sordens: MART. CAP. 6, 578 (cf. sordibus obsitum: FRONTO p. 133, 13 v. d. H., sordidatum: MACR. Sat. 7, 18, 18). tenue: APVL. met. 10, 31, 1. vetus: SVET. Nero 48, 4. vile: CASSIOD. hist. 8, 4, 2.

deriv.: palliastrum, palliatus (pallio), palliolum.

compos.: expallium (?), tunicopallium; cf. gr. ἐπενδυτοπάλλιον, σουβρικοπάλλιον.

pallo, -āre. a pallere, sc. ut albare iuxta albere. -ari i. q. pallidum fieri: GLOSS. II 242, 40 -or: ἀποχλωριῶ. [falso trad. -at pro pellat LVCR. 2, 278. de PETRON. 46, 2 dispere -vit v. sub palor.]

*pallor, -ōris m. a pallere. scribitur in codd. etiam pal-, pol(l)-. Not. Tir. 70, 32. de formis: inter singularia semper CHAR. gramm. p. 39, 14 B. (contra: Exc. Bob. gramm. I 551, 1 -es dicitur). exstat plur. his locis: LVCR. 4, 336 (311). VITR. 8, 6, 11 TAC. Agr. 45, 2 LEO M. serm. 34, 5 VEREC. satisfact. 104 CIL VI 33899, 9. de notione: CHAR. gramm. p. 39, 14 B. -r ὀχρίασις (item GLOSS. cf. Hier. in Am. 4, 9 ὀχρίασις, quae -em significat). SYNON.

Cic. p. 444, 7 sordes. squalor. inlucies. tabes. -r. macies. ad singulos locos v. infra. legitur inde a PLAVTO, LVCR., CIC., LVCR., VERG., HOR. [i. sept. (crem., bonon.) palour; galic. balor; port. bolor. cf. M.-L. 6169. Battisti-Alessio IV 2733. Machado² I 446. St.] [in codd. confunditur cum fallor LVCRIL. 995, pavor Ov. trist. 1, 4, 11 Liv. 39, 12, 5, pallere PLIN. nat. 14, 142, terror CLAVD. 5, 131. vix recte trad. Ps. AVG. serm. ed. Mai 151, 1 (cf. alteram rec. ed. Caillau II app. 78).]

i. q. color pallidus (metonymias per singula capita distribuimus, v. p. 138, 52. 139, 66. 140, 40. 141, 16, ceterum notio coloris evanescit p. 139, 46. 76). de ratione et gradu coloris haec praefanda putavimus (v. etiam sub pallidus et palleo): opp. rubor Cic. top. 52 Tusc. 4, 19 Ov. met. 4, 267 CELS. 3, 6, 7 et passim, distinguitur livor CELS. 5, 26, 31^D (cf. Ov. met. 2, 775). quodammodo affinis est color albus e. g. l. 81. p. 139. 28. 37, cf. -r albus HOR. epod. 7, 15 CYPR. GALL. num. 391 PHYSIogn. 91, albescens LACT. ira 5, 3, subalbidus CAEL. AVR. chron. 4, 3, 21. ceterum iungitur cum his adi. colorem indicantibus: aureus ITALA psalm. 67, 14 (cod. 136 Cas.), buxeus APVL. met. 1, 19, 1 FVLG. RVSP. epist. 3, 19 (cf. buxans APVL. met. 8, 21, 3, simillimus buxo Ov. met. 11, 418), croceus PAUL. PETRIC. Mart. 3, 199, exsanguis APVL. met. 9, 27, 3 AMBR. Hel. 12, 43, lividus FIRM. math. 5, 2, 4, luridus Ov. met. 4, 267 CYPR. GALL. deut. 240, luteus HOR. epod. 10, 16, viridis CVLEX 144 CIRIS 225. iuxtaponitur macies saepe, v. vol. VIII 17, 74 sqq., tremor Cic. Flacc. 10 part. 114 ac. 2, 48 Ov. met. 8, 790 SEN. Ag. 710 epist. 95, 16. al. indicatur causa -is per praepos. ab STAT. Theb. 5, 264, ex CLAVD. DON. Aen. 3, 215 p. 296, 6 Hier. epist. 54, 6, 2; per gen. fortasse Ps. QVINT. decl. 18, 9.

I respicitur potius color passione quadam amissus (fere de facie vel corpore hominum; animalium p. 139, 52 sq., plantarum l. 45. p. 139, 63, cf. l. 72, rei l. 44): A affectibus magis animi:

1 timore, curis, mala conscientia (v. etiam p. 139, 4): PLAVT. Men. 610 quid paves? . . . palla -em incutit. Cic. inv. 1, 48 (enumerantur signa in reo) cruor, fuga, -r, pulvis (sim. part. 114. top. 52 -r, rubor, titubatio). Tusc. 4, 19 fit ut pudorem rubor, terrorem -r . . . consequatur. LVCR. 3, 154 videmus sudoresque . . . -emque existere toto corpore (HOR. epod. 10, 16 instat navitis s. tuis tibi que -r luteus. VAL. FL. 3, 576 -r et amens cum piceo s. rigor). VERG. Aen. 4, 499 -r . . . occupat ora Didonis (SERV.: ex conscientia cogitatae mortis). 12, 221 iuvenali in corpore Turni -r (CLAVD. DON.: qui in iuvene esse non debuit, si deesset et metus). HOR. epod. 7, 15 tacent et albus ora -r inficit (SCHOL.: velut qui conscientiam peccati monstraret). sat. 2, 8, 35 vertere -r tum parochi faciem nil sic metuentis ut acris potiores. Ov. met. 4, 487 Tisiphone appropinquante postes tremuisse feruntur Aeolii, -rque fores infecit acernas (eburnas var. l.), solque locum fugit (luditur cum usu sub IIB3 descripto). 8, 760 -em ducere rami quercus caedem timentis. fast. 6, 19 horrueram tacitoque animum -e fatebar. trist. 1, 4, 11 confessus gelidum -e timorem (cf. STAT. Theb. 12, 168 vultus -e gelati. Ach. 1, 158 figit gelidus Nereida -r). 3, 9, 18 -r in attonitae virginis Medae ore fuit. SEN. Herc. O. 1722 quid sedet -r genis? SIL. 4, 456 subito . . . trementem corripuit -r. 7, 427 ora repente pervasit -r. STAT. Theb. 3, 564 hinc -r et irae, hinc scelus eqs. (vergūt in notionem q. e. timor ut: 12, 736 in terga reducit -r Agenoridas. silv. 5, 1, 70 quantus pro coniuge -r. Ps. QVINT. decl. 4, 3 praesagum . . . -em. AVG. civ. 4, 23 p. 173, 27 D.). 7, 803. Ivv. 4, 75 in quorum procerum facie miserae magnaeque sedebat -r amicitiae Domitiani (cf. de hospitibus eiusdem Tac. Agr. 45, 2 cum denotandis tot hominum -bus sufficeret saevus ille vultus et rubor). DECL. in Catil. 62 Catilinam ingredientem demisso vultu, -e terribili. APVL. met. 8, 21, 3 buxanti -e trepidus. 9, 27, 3 exsanguis -e trepidantem. 10, 10, 1 in vicem humani coloris succedit -r infernus in ore verberonis accusati. AMM. 14, 11, 22 Constantius Adrasteo -e perfusus (sec. p. 124, 84). VVLG. Esth. 15, 10 in -em colore mutato. Iudith 6, 5 -r qui faciem tuam obtinuit. Ps. AVG. categ. 12 (120 M.-P.) -r . . . animae passione constat, cum percussa metu nimio ad cordis ulteriora confugit eamque sanguis insequitur adeo, ut . . . corpus albescat. DRAC. Orest. 127 permixtus candore rubor gaudentis -e fugato. BOETH. in top. Cic. p. 294 saepe timori -r assistit, non tamen semper. al. 2 amore (v. etiam p. 140, 30): CIRIS 225 viridis per viscera -r aegrotas tenui suffundit sanguine venas. HOR. carm. 3, 10, 14 tinctus viola -r amantium. PROP. 1, 5, 21 nec iam -em . . . mirabere nostrum. Ov. met. 4, 267 (Clytie Solem amans in heliotropium mutatur) partem . . . coloris luridus exsanguis -r convertit in herbas; est in parte rubor, violaeque simillimus ora flos tegit. Ps. QVINT. decl. 14, 11 fuerat sane -r in facie. APVL. met. 5, 25, 5 si recte coniecto . . . de . . . nimio -e corporis . . . , amore nimio laboras. 10, 2, 6 salutis vultusque detrimenta et aegris et amantibus examussim convenire nemo qui nesciat: -r deformis, marcentes oculi eqs. CARM. de aegr. Perd. 250 languentes -r perfuderat artus. DRAC. Romul. 10, 229 Medea permixto -e rubens. MAXIM. eleg. 4, 29, 5, 11. 3 variis (huc inseruimus ambigua et minus definita): Cic. Flacc. 10 quo tremore et -e dixit testis quidam. ac. 2, 48 si qui tremerent et exalbescerent vel ipsi per se motu mentis al quo vel obiecta terribili re extrinsecus, nihil ut esset qui distingueretur tremor ille et -r. PROP. 2, 5, 30 hic tibi -i, Cynthia, versus erit. Ov. met. 11, 418 buxo . . .

[Züch]

simillimus ora *Alcyones* -r obit. SEN. Ag. 237 trementes circuit -r genas *Clytaemestrae* (de eadem DRAC. Orest. 154). 710 -r genas *Cassandrae* ... possidet (sim. de vate a deo incitato: LVCAN. 5, 216 nec, qui solet esse timenti, terribilis sed -r inest *Pythiae* [cf. ADNOT. ad l.]. VAL. FL. 1, 229 Idmon non -e... terribilis. STAT. Ach. 1, 515 intrantem ... deum primo -e fatetur *Calchas*. CORIPP. Ioh. 6, 158). Herc. O. 252 *Deianirae furenti* -r ruborem pellit (cf. Med. 859 -r fugat ruborem). dial. 4, 3, 2 si quis -em et lacrimas ... indicium adfectus animique signum putat, fallitur nec intellegit corporis hos esse pulsus (sim. de ratione inter corpus et animum intercedente agunt: PLIN. nat. 11, 224 QVINT. inst. 11, 3, 78 TERT. anim. 5, 5 SERV. Aen. 3, 30. al.). OCTAVIA 711 quid -r iste fert? LVCAN. 8, 56 deformem -e *Pompeium* (COMMENT.: dolore scilicet et metu). STAT. Theb. 1, 537 pudore pariter -rque ruborque purpureas hausere genas (11, 336). 5, 264 ab ira -r (cf. LACT. ira 5, 3 ut irati vultum maculet nunc suffusus rubor nunc -r albescens). 7, 360. 10, 693 truculentus in ore -r. QVINT. inst. 6, 2, 36 -r et veri similis dolor oratoris. APVL. met. 5, 22, 3 marcido -e defecta *Psyche*. CYPR. zel. 8 -r in facie (de invidio ut ANTH. 636, 10. cf. p. 140, 72). EPIGR. Bob. 36, 15 verecundo ... -e *Penelopes* (interpr. incerta). ARNOB. ad Greg. 4 p. 390, 4 te -r animi indignatione corripuit. al.

B affectionibus magis corporis: 1 morbo, debilitate, veneficio sim. (v. etiam p. 138, 76. 140, 20): Ov. met. 7, 290 *Aesonem* pulsa fugit macies, abeunt -rque situsque (cf. MAXIM. eleg. 1, 134 inficit ora *senescentis* -r). VITR. 8, 6, 11 *artifices plumbarii* -bus occupatos habent corporis colores (inde CET. FAV. 6 p. 294 exsucati sanguine foedo -e mutantur). CELS. 3, 24, 2 morbo regio corpus cum -e quodam inalbescit. al. SEN. dial. 2, 18, 1 tanta illi *Caligulae* -is insaniam testantis foeditas erat. 5, 26, 4 quid illius -em, illius maciem notas? pestilentia est (cf. SIL. 14, 637 malus ... -r *militum pestilentia affectorum*). CVRT. 3, 5, 3 *Alexandro in flumen desilienti* artus rigere coeperunt, -r deinde suffusus est. PLIN. nat. 20, 219 tamquam *atriplex* faceret *hydropicos* morbosque regio et -em (inter ipsos morbos ut: CIL VI 33899, 9 [tab. devot., saec. V in.] patiatur febris, frigus, tortionis, -is, sudores). Ps. QVINT. decl. 8, 8 ille anhelus pectoris -r. 18, 9 *matres amplectuntur illum morborum suppliciorumque -em filiorum*. TAC. ann. 15, 64, 2 *viduae* ore ac membris in ... -em albertibus. IVVENC. 2, 385* -e virentem *aegrotam* (respicitur Matth. 9, 20 ut: PRVD. cath. 9, 41 ora -r deserit). FIRM. math. 4, 19, 28 faciem sub *Mercurio nati* tenuis -r lividet (cf. 5, 2, 4 livido -e deformes. nisi ad IIBI). VINDIC. med. 1 sustinent post sanguinis detractionem -em, tenuitatem, debilitatem (sim. 2); haec etiam peracta venere corpora comitantur. CAEL. AVR. chron. 4, 3, 21 *ventriculosus* -r subalbidus. BOETH. anal. pr. Arist. lat. 70 a 22 sequitur parientes -r (gr. τὸ ὀχρόν). al. in imag.: AMBR. in Luc. 5, 27 *Christus* potest sanare vulnera mea, ... auferre cordis dolorem, -em animae.

2 morte (sive instante sive peracta; cf. p. 138, 37. 141, 6): Ov. met. 14, 755 (*Anaxarete in saxum mutatur*) calidus ... e corpore sanguis inducto -e fugit. fast. 4, 541 -r ab ita corpore moribundi. CELS. 2, 6, 4 -r labra et nares decolorat. SEN. Phaedr. 832 ni languido -e canderent (candore pallerent var. l.) genae *Thesei ab inferis redeuntis*. nat. 3, 18, 1 rubor primum, deinde -r suffunditur *nullo morienti* (cf. PLIN. nat. 8, 122 *chamaeleonti* defuncto -r est). CVRT. 8, 3, 13 (de capite *Spitamene* occisi) confuderat oris exsanguis notas -r. LVCAN. 6, 759 mortuo remanet -rque rigorque. 7, 129 ante proelium multorum -r in ore mortis venturae (ADNOT.: ipsum -em venturam mortem dixit). SIL. 7, 632 turpat ... ora novus -r. STAT. Theb. 2, 98 mansere ... canities -rque suus (de mortuo in somnio apparente ut APVL. met. 8, 8, 6). QVINT. inst. 6, 2, 31 sanguis et -r et gemitus ... expirantis. APVL. met. 1, 19, 1 -e buxio deficientem. SERV. Aen. 11, 39 ('nivei ... Pallantis') referri ... potest ... ad -em ex morte venientem. HIER. epist. 60, 13, 2 marcescebat ... flante austro lilium et purpura violae in -em ... migrabat (sec. Is. 40, 6 flos ponitur pro homine). MART. CAP. 2, 139 exhausto -e confecta *Philologia* (initiatio morti comparatur, cf. Lenaz, 1975, ad l.). NOVELL. Valent. 33 letalis pereuntium -r. al. metonymice fere pro homine mortuo: VEN. FORT. vita Radeg. 34, 79 redit infans de funere et rubens levat (i. surgit) de pallio sanctae -r vicinus ad tumulum.

3 fame vel siti (cf. p. 140, 72; aliter sub 5b): Ov. met. 14, 578 (de oppido *Ardea* in alitem mutato) et sonus et macies et -r et omnia, captam quae deceant urbem (Liv. 2, 23, 3 SEN. contr. 1, 1, 20 IVV. 15, 101. OROS. hist. 6, 12, 2 de Gallia). STAT. Theb. 4, 774 (766) idem omnes -r ... viros sitientes ... habet. CLAVD. DON. Aen. 3, 215 p. 296, 6 ('pallida semper ora fame *Harpyis*') ex ea fame -r succedebat. QVODV. prom. 4, 6, 9 puellam ... nullo -e seu tate ... defectam. CYPR. GALL. deut. 240 -r corpora luridus necabit (*Vulg.* 32, 24 consumentur fame). CORIPP. Ioh. 6, 324 infectae -e genae.

4 vita luxuriosa sim. (cf. PERS. sub 5a): SEN. epist. 95, 16 (de victu voluptate corrupto) inde -r et nervorum vino madentium tremor. PLIN. nat. 14, 142 hinc -r et genae pendulae (de eis qui totam noctem bibunt; sim. AMBR. Hel. 12, 43). VINDIC. med. 1 v. sub 1. ORIBAS. syn. 5, 23, 1 Ab -r vita non bona utentibus generatur (sim. La, gr. ἄρροια).

5 studiis, laboribus sim., quae pertinent: a ad litteras,

artes: PERS. 1, 26 (log. poeta recitans ab auditore interruptus) 'quo didicisse, nisi hoc fermentum ... exierit ...?' en -r seniumque (SCHOL.: -r est anxietas quaedam animi permagnam faciens senectutem. add. cod. unus ad hoc palluisti, ut diu meditando laudem consequaris. fortasse ad usum sub 4 illustratum alludit). SCHOL. Pers. 1, 16 'albus': ... cogitandi -e confectus. 3, 85 ('palles') diuturna cogitatio vel lucubratio vel inedia -em corporibus inicit (cf. MART. CAP. 1, 37 lucubrationum perennium ... -em [NOVELL. Theod. 1 pr.]).

b ad exercitia pietatis, ieiunium (aliter sub 3): AMBR. Hel. 10, 35 vultus casto micat -e reverendus. Ps. AMBR. mans. 12 p. 22^B abstinentiae -e (Ps. EVSEB. GALLIC. hom. 51, 10 G.). HIER. epist. 45, 5, 2 me macies delectat et -r. 54, 6, 2 -r ex ieiuniis. SVLP. SEV. dial. 3, 11, 5 ut quis -e potius aut veste quam fide haereticus aestimaretur. LEO M. serm. 34, 5 *Manichaei* neminem fallant ... vultuum ... -bus. OP. imperf. in Matth. 15 p. 717 venalem -em, quasi ieiunii signum (cf. POMER. 2, 4, 2 ieiunant, ut vultus sui -em ... laudibus vendant). al.

6 variis: PLIN. nat. 20, 159 *cuminum* -em gignit bibentibus (sim. de eodem GALEN. alfab. [de cumino] et PLIN. nat. 20, 164 de ami. cf. Diosc. 3, 59, 2 et 3, 62, 2 W. τὸ χλωρότερον). 28, 148 quidam traditur caprinum sanguinem bibisse, cum -e et invidia veneni sibi dati insimulare ... inimicum vellet. CLAVD. DON. Aen. 12, 65 p. 560, 18 frigus facit ... -em. ORIBAS. syn. 1, 3, 7 Aa p. 36, 2 Mø. priusquam ... color ex robore (i. rub-) in -e mutetur, sc. in corpore exercendo.

C per prosopopoeiam: 1 in sermone poetarum: Ov. met. 8, 790 in *Scythia* habitant -rque Tremorque et ieiuna Fames. SIL. 13, 582 in *Orci faucibus* Luctus edax Maciesque ... et Maeror ... et sine sanguine -r eqs. PRVD. psych. 464 (inter comites avaritiae) Anxietas, Periuria, -r eqs. CLAVD. 10, 81 hic habitat ... gratus amantum -r. 28, 322 comitatur euntem *Alaricum* -r et atra Fames eqs. 2 in religione (sed vix credas deo -i cultum institutum esse, v. Wissowa, Rel. u. Kult.² 149): Liv. 1, 27, 7 Tullus in re trepida duodecim vovit Salios fanaque -i ac Pavori (cf. Serv. auct. Aen. 8, 285 duo sunt genera Saliorum, ... ab Hostilio ... pavorii et pallorii instituti). ad hanc rem alludunt superstitionem Romanorum vituperantes: SEN. frg. 33 MIN. FEL. 25, 8 LACT. inst. 1, 20, 11 AVG. civ. 4, 15 p. 165, 7 D. al.

II respicitur color aliis potius causis inditus: A qui quadam mutatione, affectione rerum efficitur: 1 situ, mucore sim.; adhibetur fere metonymice de ipso mucore: LVCIL. 995 lana, opus omne perit; -r, tiniae omnia caedunt (NON. p. 462, 23 ad l. -em vetustatem et neglegentiam Lucilius ... voluit dici posse). VITR. 6, 4, 1 (de bibliothecis) venti umidi ... -e volumina corrumpunt (inde CET. FAV. 14). COLVM. 12, 42, 3 medicamentum alte suspenditur, ne -em trahat. 12, 52, 16 ne -em aut malum odorem capiant dolia. LVCAN. 3, 414 (agit de barbaris simulacris deorum) ipse situs putrique facit iam robore -r attonitos. VVLG. lev. 14, 37 in parietibus illius domus quasi valliculas -e sive rubore deformes (*Itala Lugd.* depraessiones pallidas aut rubicundas, *Monac.* cavationes albicantes aut flavescerentes, gr. κοιλιάδας χλωρίζουσας ἢ πυρριζουσας). 2 mutatione rerum caelestium: LVCAN. 7, 200 (interpol.?) numen in aethere maestum solis in obscuro pugnam *Pharsalicam* -e notavit. PLIN. nat. 2, 79 tinguit ... adpropinquantes stellas errantes utralibet alieni meatus circulus, frigidior in -em, ardentior in ruborem. 2, 98 occiso ... Caesare ... totius paene anni -e continuo solis defectus fuit (cf. Plut. Caes. 69, 5 ὀχρός ... ὁ κύκλος). STAT. Theb. 2, 334 primo ... Aurorae -e (SCHOL.: -em dixit colorem croceum). SEDVL. carm. pasch. 3, 220 cum -r adesset noctis (op. pasch. 3, 19 vesper pallidus). DRAC. laud. dei 1, 78 (inter prodigia) caeruleum -e diem roseumve colore. in imag.: GREG. M. moral. 8, 21 temptatio vesperi comparanda lumen iustitiae abscondit, sed non interimit; quasi ad -em trepidationis pertrahit. 3 variis modis colorandi, pingendi: LVCR. 4, 336 (311) multa ... sunt oculis in eorum arquatorum ... , quae contage sua -bus omnia pingunt. PLIN. nat. 9, 138 (de veste conchyliata) sic gignitur laudatus ille -r saturitate fraudata tantoque dilutior, quanto eqs. 33, 91 ne paraetoni candor -em chrysocollae adferat.

B qui animantibus vel rebus fere inhaeret, proprius est:

1 corpori humano eiusve partibus: HOR. sat. 1, 8, 25 -r magas ... fecerat horrendas adspectu. PRIAP. 32, 12 affert -em maciemque larvalem puella quaedam (de eadem 32, 2 buxo pallidior). Ov. met. 2, 775 -r in ore *Invidiae* sedet (8, 801 de Fame). PLIN. paneg. 48, 4 femineus -r in corpore *Domitiani*. CALP. decl. 2 innatus corpori -r excedit paulatim. PHYSIOGN. 6 corporis feminini color candidus vel cum -e nigrior, quem Graeci μελάγχλωρον vocant (quod vertitur 79 fuscior color -i permixtus). 22 -e oculorum (cf. 39 tremore et -e permixti oculi [gr. I p. 339, 6 ὀχρότης]). al. 2 herbis, arboribus (cf. Ov. sub IA2; aliter HIER. sub IB2): CVLEX 144 hederarum pingunt ... aureolos viridi -e corymbos. COLVM. 12, 57, 1 amaritudinem eius *sinapis* et -em. PLIN. nat. 16, 70 *buxus* duritie ac -e commendabilis (de eadem CORIPP. Iust. 4, 41). DRAC. laud. dei 1, 67 (inter prodigia) viola est mentita rosam -e fugato (de eadem: 2, 452 violae -e decenti. Romul. 6, 8). 3 inferis rebusque eis comparandis (cf. l. 27. p. 138, 45. 60. 139, 51): Ov. met. 4, 436 (describitur Orcus) -r hiemsque [Züch]

tenent . . . loca. LVCAN. 5, 628 (*de tempestate*) obsitus aer infernae -e domus. 6, 517 Stygio facies *Erichthus* -e gravatur. CORIPP. Ioh. 6, 136 extendant Tartara fauces et nigrae -e domus. 4 *rebus variis*: PLIN. nat. 33, 100 *argentum vivum sublitum in aere inaurato* -e detegit . . . praetenuas bratteas auri. 35, 175 *sulphuris exardescens* repercussu -em dirum velut defunctorum effundente. 37, 56 *adamantibus ceteris* -r argenti (*inde Sol. 52, 55 pallidior ac magis ad argenti colorem renitens*). ITALA psalm. 67, 14 (cod. 400=VVLG.) pinnae columbae deargentatae et posteriora dorsi eius in -e auri (cod. 136 Cas. in -e aureo, *Veron. al.* in specie auri, *Hier. psalt. sec. Hebr.* in virore auri, *gr. ἐν χλωρότητι χρυσίου. explicat RVFIN.* Orig. in cant. 3 p. 234, 5 auri . . . viriditatis speciem gerit fides virtutibus florens). GALEN. alfab. (de alumine) *alumen rotundum* est subalbidum et aliquo -e (*cf. Diosc. 5, 131 p. 224, 17 paulo subviridis, gr. 5, 106, 3 ὀχρότης*). VEN. FORT. vita Marcell. 7, 26 ex aqua fiebant vina . . . et undarum -r . . . in rubore conversus est. *ponitur fere pro re pallida*: AVG. serm. 19, 5 (*inter bona terrena*) aurum -em terrae, argentum livorem terrae.

lusus verborum sim.: cum palla, pallium PLAVT. Men. 610 VEN. FORT. vita Radeg. 34, 79, pallesco OV. met. 8, 760, pavor v. IC2. deriv.: pallorii.

pallōrii, -ōrum m. v. p. 140, 34. a pallor (*interpretatione falsa e Liv. 1, 27, 7 ficti videntur, v. Wissowa, Rel. u. Kult.² 149, 1*).

Zäch.

[*pallūcidum* NAEV. com. 93^c *coniecit Klussmann pro trad. pacui dum (Varro ling. 7, 108), quod aut 'πᾶν lucidum' (Klussmann) aut 'pallidum simul et lucidum' (Ribbeck) intellegitur; alii pellucidum vel perl- fort. recte (cf. Barchiesi, La Tarentilla rivisitata, 1978, 150 sqq.)*]

pallula, -ae f. a 1. palla *deminutive*. -loll- pars codd. GREG. TVR. Franc. i. q. (*parva*) palla: 1 de veste muliebri: PLAVT. Truc. 52 conscissa -a est. 271 tibi . . . infecisti . . . -am. 536 attuli eccam -am ex Phrygia tibi. 2 de velo, *operimento*: SVET. Tit. 10, 1 cum . . . lectica transferretur Titus aegrotus, suspexisse dicitur dimotis -is caelum. GREG. TVR. Franc. 7, 12 -ae, quae super altarium fuerant positae. glor. mart. 5 p. 491, 34 -am holosiricam . . . exhibuit, dicens ab hac Hierusolymis crucem domini involutam fuisse. 46 p. 519, 16 lenteamina vel -ae sive vela ecclesiastica. Mart. 2, 50 -am . . . , quae (qui *plerique cod.*) . . . de pariete dependit (*sc. in sepulchro Martini*).

Gatti.

**palma*, -ae f. [*cf. gr. παλάμη 'pars lata et plana manus', anglosax. folm, theod. vet. folma. Sch.*] *de origine*: de arbore sive eius ramis: VARRO ling. 5, 62 -am quod ex utraque parte natura vineta habet paria folia. CASSIOD. in psalm. 91, 13 -a . . . dicta est quasi pacis alma. *de flagello vitis*: VARRO rust. 1, 31, 4 posterior vitis . . . dicta primo videtur a pariendo parilema: exin mutatis litteris . . . dici coepta -a. *significatio 'manus' ab arbore derivatur*: ISID. orig. 11, 1, 69 -a est manus expansis digitis . . . , dicta ab expansis -ae ramis (*inversa ratione*: 17, 7, 1 quia manus victricis ornatus est, vel quod oppansis est ramis in modum -ae hominis).

in apocope: palm(is) ENN. (?) scaen. 208 (*affertur apud Cic. orat. 153 inter exempla pronuntiationis abbreviatae; palmi' crinibus Ribbeck trag. inc. 213*). *notatur p v. p. 144, 65. pal CE 1905, 1 CIL VI 10063, 5. INSCR. Année Epigr. 1962 n. 49 (Cordubae). palm TAB. triumph. Barberin. II (CIL I² p. 77). NOT. Tir. 107, 92. forma et litteris graecis*: PAP. Oxyrh. 519 b 18 παλμών.

de notione: POMP. gramm. V 146, 14 (*inter homonyma*) -a dicitur et arbor et quod datur victoribus; -a dicitur et manus. HIER. in Ezech. 8, 17 -arum, quas graeco sermone βαία vocant. EVCHER. form. 3 p. 18, 22 -a: perfectio vel victoria. ISID. diff. 2, 62 -a manus est dispansis digitis sicut et arbor dispansis ramis; item, sicut contractis digitis, pugnis (*similiter de manu*: orig. 1, 17, 8. 11, 1, 69). *distinguitur a voce q. e. palmus*: CAPER gramm. VII 110, 18 palmus in mensura, -a in manu (*sim.* ISID. diff. app. 159. v. *tamen infra l. 68 et AMBR.* in psalm. 38, 21, 1 -a . . . vel palmus portio manus est metientis et aliquid comprehendens. HIER. in Ezech. 40, 5 l. 302 sq. alioquin palmus σπιθαμήν sonat, quam nonnulli pro distinctione -a, porro palaesten palmum appellare consueverunt). GLOSS. -a: χεῖρ καὶ βᾶς καὶ φοῖνιξ καὶ παλάμη. νίκη. βραβεῖον. genus victoriae. palmus, -a: παλαιστής, σπιθαμή, δοχμή. -ae: φοῖνικες. ἀδελφίδες. -as: victorias. manus. -a cum dactulis: φοῖνιξ. -a nucaria: φοῖνιξ καρῆν<ρ>ά. GLOSS. II Abav. PA 17 -a vaticae(?) divinationis. *al. legitur inde a PLAVTO, ENN., CATONE, TER., LVCIL.*

[*palma manus*: val. palmā; it. palma; sard. centr. et med. pramma, palma; raet. occ. palma; francog. paume; prov. vet. palma et var. francoprov., prov., vasc.; cat. palma; hisp. palma; port. palma; a masc. palmus: de mensura: it. palmo; sard. centr. et med. prammu, palmu; prov. vet. palm; cat. palm; hisp. palmo; port. palmo; de plana parte interiore: tusc. palmo, var. it. sept., prov., vasc. palma arbor: it. palma; sard. centr. et mer. pramma, palma; francog. vet. et med. paume; prov. vet. palma, prov. palmo; cat. palma; hisp. palma; port. palma. cf. M.-L. 6170 sq. Battisti-Alessio IV 2733-2735. Wagner II 208. Wartburg VII 507 sqq. Corominas III 624 sq. Machado² III 1738 sq. St.] [*confunditur in codd. cum fama PROP. 3, 9, 8 (flamma codd. plerique, versu non sano). MART. 12, 94, 10 (in falsa var. l. Ov. ars 1, 727), cum parma*

PROP. 4, 10, 40 (*restituatur VITR. 10, 3, 6*); *restituatur pro prima CIC. Arat. 83 AVIEN. Arat. 1219; falso trad. pro palla VAL. FL. 2, 106, palmula LABER. mim. 53, pausa VITR. 3, 1, 2.*]

I i. q. παλάμη, de manu humana (*rerum personatarum l. 54 sqq. et SEN. Oed. 408 SIL. 4, 409. 6, 302. 17, 635. vis originaria manifesta est sub B, sed etiam sub A et C saepe praevallet respectus partis planae interioris*): A de tota manu (*maxime apud poetas*): 1 in feriendo: a feritur homo: α alius hostili modo (*cf. p. 143, 4; fortasse quaedam ad C pertinent*): PLAVT. Cas. 405 compressan -a an porrecta ferio? (*postea: pugnis caedor*). LVCIL. 1245 -is . . . misellam depuviit me. PETRON. 95, 4 os hominis -a excussissima pulsat *Eumolpius*. PLIN. epist. 3, 14, 7 Macedonem tam graviter -a (*palam var. l.*) percussit, ut paene concideret (*antea: manu leviter admonitus*). APVL. met. 2, 26, 7 -is infestis . . . latera suffodere. CAPITOL. Maximin. 6, 7 -a in pectus percussum. PASS. Thom. 9 Z. qui -a sua faciem apostoli percussit (*cf. p. 143, 51*). al. β lamentando sim. feritur pectus, facies sim.: CATVLL. 64, 351 putrida . . . infirmis variabunt pectora -is. VERG. Aen. 1, 481 tunsae pectora -is Iliades. 7, 503 -is percussa lacertos *Silvia*. Ov. epist. 10, 15 adductis sonuerunt pectora -is. ars 1, 535 tundens . . . pectora -is. met. 2, 341 caesae pectora -is *Heliades*. 4, 545 Cadmeida -is deplanxere domum *Inus comites*. al. SEN. Herc. f. 1101 Herculeis percussa sonent pectora -is. al. OCTAVIA 745. SIL. 12, 100 motis ad pectora -is. Ivv. 13, 128 plana faciem contundere -a. APVL. met. 4, 25, 1 -is infestis. CE 541, 6 (*saec. III*). ARNOB. nat. 5, 16 DRAC. laud. dei 3, 388. Romul. 8, 569 quatiunt omnes -is . . . frontes. γ exempla varia: Ov. met. 4, 352 *Hermaphroditus* cavis velox applauso corpore -is desilit in latices. MART. CAP. 8, 804 -ae verbere percrepantis adploso. CAEL. AVR. chron. 3, 8, 105 (*de ascite*) ad concussum -ae resonus est in ventre. 4, 7, 93. b feritur tympanum: CATVLL. 64, 261 plangebant . . . proceris tympana -is. LVCR. 2, 618 tympana tenta tonant -is. Ov. met. 4, 29 impulsa . . . tympana -is. BVC. Eins. 2, 17 resonant cava tympana -is. DRAC. laud. dei 2, 803 -is tympana pulsant. Romul. 7, 29 tympana rauca puellae percutiant -is.

2 in orando, *supplicando (fere plur.)*: ENN. ann. 350 passis late -is (LVCR. 5, 1200 nec pietas ullast . . . pandere -as ante deum delubra. CAES. civ. 3, 98, 2 VERG. Aen. 3, 263 GERM. 68 CARM. adv. Marc. 3, 212). VERG. georg. 4, 498 (*loq. Eurydice*) invalidas . . . tibi, *Orpheu*, tendens . . . -as (*amato ut*: LVCAN. 8, 583. *deis*: VERG. Aen. 1, 93 duplicis t. ad sidera -as *Aeneas* [SERV. auct.: manus explicitas]. 2, 688 caelo -as cum voce tetendit [*inde CARM. de resurr. 366*]. 5, 233 utrasque. 5, 256. al. Ov. met. 8, 849. 13, 411. VAL. FL. 1, 80 pias. 8, 140 ambas. SIL. 4, 409. 6, 302. 12, 590. al.). Aen. 2, 153 sustulit exutas vinclis ad sidera -as *Sinon* (9, 16 duplicis. Ov. met. 6, 368. 9, 175 fast. 4, 315 trist. 1, 11, 21. VAL. FL. 4, 473 geminas. al.). PROP. 4, 8, 71 supplicibus -is tum demum ad foedera veni (SEN. Oed. 408 vota tibi nobiles Thebae, Bacche, tuae -is s. ferunt). SIL. 1, 673 summissi -as . . . affigunt proni squalentia corpora terrae *legati Saguntini*. al. STAT. Theb. 11, 557 levavit ad caelum -as *Polynices*. HIER. psalt. sec. Hebr. 88, 10 expandi ad te -as meas (*Vulg. manus*). VVLG. exod. 9, 29 extendam -as meas ad dominum. al.

3 vario usu (*inde a VERG. pauca selecta*): ENN. (?) scaen. 208 palm et crinibus (*ad Eurip. Hec. 837 καὶ χερσὶ καὶ κόμαισι spectare videtur*). CIC. Arat. 52 dextram Cephei dextro pede pellere -am gestit *Cygnus (item de manu siderum velut hominum [apud Arat. ubique χεῖρ]*: 83 [*prima trad.*]. 415. 417 frg. 15, 1 nat. deor. 2, 111). LVCR. 5, 996 tremulas super ulcera tetra tenentes -as *primi homines*. VARRO At. carm. frg. 3, 2 geminis capiens *Anchiale* tellurem *Oeaxida* -is. VERG. Aen. 8, 69 cavis undam de flumine -is sustinet *Aeneas* (PROP. 4, 9, 36 c. suscepto flumine -a. Ov. met. 9, 35 c. hausto spargit me pulvere -is. *item in hauriendo*: PROP. 1, 20, 43 haurire parat demissis flumina -is *Hylas*. Ov. fast. 2, 294 nectar erat -is hausta duabus aqua. NEMES. ecl. 3, 49 concavat ille *Satyrus* manus -asque in pocula vertit. VEN. FORT. vita Marcell. 6, 22 [*in lusu verborum; v. p. 153, 4*]. MORET. 47 -is . . . suum dilatat in orbem panem. PROP. 2, 26, 11 vix primas extollens gurgite -as (VAL. FL. 8, 44 primis supplex dedit *Iason* oscula -is *Medeae*. *item cum respectu digitorum [cf. APVL. apol. 89, 7 infra, fortasse etiam supra l. 30]*: Ov. ars 3, 327 disce . . . duplici genalia nablia -a verrere). Ov. fast. 2, 803 (*de raptu Lucretiae*) positus urguenter pectora -is. LVCAN. 3, 734 distentis toto riguit . . . corpore -is pater *Argo mortui*. SIL. 6, 38 -is languentibus aequat harenas *Bruttius signifer*. APVL. apol. 33, 7 interfeminiū tegat . . . -ae velamento. 89, 7 quadraginta . . . porrecta -a significantur. flor. 15, 8 chlamyde velat *iuvenis sculptus* utrumque brachium ad usque articulos -arum. ITALA psalm. 127, 2 (cod. 136 Cas.) sumptum -arum suarum cum manducaveris (*Vulg. manuum*). II Macc. 14, 33 (rec. X) extendens -am . . . iuravit (*gr. δεξιάν, Vulg. manum*). al. per comparisonem: CAES. Gall. 6, 26, 2 ab eius cornus bovis *alicuius* summo sicut -ae ramique late diffunduntur (*v. Meusel ad l.; cf. p. 143, 29*). COLVM. 3, 10, 11 pampinos elicit *viti natura* velut -as.

B de parte lata et plana manus (*sc. strictius et usu originario, opp. manus nonnumquam, non comprehenditur pollex p. 143, 39 [cf. supra l. 73]; fortasse quaedam sub A allata huc spectant*): 1 exempla varia: CIC. Sest. 117 voces . . . et -arum intentus . . . profuderunt [*Adkin*]

minando (antea: manibus passis. *vix ad A3*). orat. 113 cum . . . digitos deduxerat et manum dilataverat *Zeno*, -ae illius similem eloquentiam esse dicebat. off. 3, 38 cum paleam eius anuli ad -am converterat *Gyges*. LABEO Gell. 20, 1, 13 os hominis liberi manus suae -a verberare (FEST. p. 370 -a m. vola dicitur. PLIN. nat. 29, 91 SVET. Dom. 19. HIER. in Os. 11, 3/4 l. 160. VVLG. iud. 8, 6 [item per hebraismum: I reg. 5, 4]. DYNAM. vita Max. 11 l. 287 G. cf. intra l. 37). CELS. 5, 28, 14^B *thymia ulcera* nascuntur vel in -is vel inferioribus pedum partibus. 8, 1, 21 in manu . . . prima -ae pars ex multis minutisque ossibus constat. 8, 1, 27 in pede planta -ae respondet. al. SEN. nat. 2, 16 solemus duabus manibus inter se iunctis aquam concipere et compressa utrimque -a in modum siphonis exprimere. 2, 28, 1 -a cum -a collata plausum facit; et plurimum interest, utrum cavae concutiantur an planae et extantae. PLIN. nat. 11, 246 sunt . . . ut manus praelongae pedes simiarum, sed vestigium -ae simile faciunt. 28, 57 -am alterna manu scalpere. QVINT. inst. 11, 3, 99 *digiti* extremi -am circa ima pollicis premunt. 11, 3, 114 dextrae se frequenter accommodat manus sinistra, sive in digitos argumenta digerimus sive aversis in sinistrum -is abominamur sive eqs. ITALA Is. 40, 12 (Hil. trin. 1, 6) qui tenet caelum -a et terram pugillo (gr. *συνδαμῆ*, Vulg. palmo. inde: IREN. 4, 19, 2 [4, 33, 1 H.] audistis mensos esse caelos in -a. HIL. trin. 1, 6 universitas caeli -a dei tenetur. *ibid.* ter; item de manu dei: PRVD. apoth. 861 numquid et ungues sunt claudere flexibiles patulam seu tendere -am?). MARCELL. med. 16, 33 salis quantum intra -am tenere potest. ITIN. Anton. Plac. rec. A 22 *Christi* manus ambas apparent et digiti et -ae in ipsa petra. al. inde de planta pedum anserum: PLIN. nat. 10, 52 Messalinus Cotta . . . -as (plantas cod. unus) pedum ex his anseribus torrere . . . repperit. in imag.: PLIN. nat. 11, 123 aliorum animalium cornua fudit in -as natura digitosque emisit ex iis (cf. de cornibus p. 142, 79). 2 in mensura (sc. longitudinis vel latitudinis, v. p. 141, 61 sqq. et cf. l. 20 sqq.; quantitatis v. l. 25 necnon p. 141, 64): VARRO rust. 3, 7, 4 intus ternarum -arum (-orum *Iucundus*) ex omnibus partibus columbaria esse oportet. PLIN. nat. 7, 28 Onesicritus, quibus locis Indiae umbrae non sint, corpora hominum cubitorum quinum et binarum -arum (-orum *Mayhoff*) exsistere refert. VVLG. iud. 3, 16 gladium . . . habentem . . . capulum longitudinis -ae manus (*Itala Lugd.* palmum). thren. 2, 20 parvulos ad mensuram -ae. ad vocem q. e. palmus trahere possis: AVSON. Mos. 132 gobio, non geminis maior sine pollice -is.

C transit plus minusve in actionem -a feriendi vel alapam datam (fortasse quaedam ad p. 142, 8 trahere mavis; vix huc iam MANIL. 5, 164, v. vol. VIII 1166, 55 sqq.): ITALA Is. 50, 6 (Tert. adv. Marc. 3, 5. al.) dorsum meum posui in flagella, maxillas autem meas in -as (gr. *δέδωκα . . . εἰς ἁρπίσματα*, Vulg. vellentibus, Hier. ad l. alapas. inde IREN. 4, 33, 12 [4, 55, 3 H.] ad -as [al.]. COMM. apol. 355 maxillas . . . meas -is feriendas iniquis praebui). III Esdr. 4, 30 Weber (= VVLG.) -is caedebat concubina regem de sinistra manu. Matth. 26, 67 (cod. q, sim. al. et VVLG.) -as in faciem ei dederunt (gr. *ἐράσσαν*, sim. Ioh. 18, 22 et 19, 3 [cod. a al.; cod. f et Vulg. alapam, gr. *ἁρπίσμα*). OP. imperf. in Matth. 28 p. 779 siquis . . . propter disciplinam -am alicui dederit. PASS. Thom. 8 Z. [seq. plaga, sed cf. 9 p. 142, 16]. PASS. Firm. 7. CE 629, 9 mater . . . cottidie fletus dat et in pectore -as). CYPR. patient. 7 (in *lusu verborum*) ut . . . -is in faciem verberaretur, qui -as veras vincentibus tribuit (spectat ad Matth. 26, 67 vel Ioh. 18, 22 supra ut: HIL. in Matth. 32, 3 in -is . . . atque sputis . . . universa in eum contumeliarum genera exercebantur. ORIG. in Matth. ser. 113 p. 235, 24 usque ad -as humiliavit se Christus. al.). HIL. in psalm. 143, 16 iniqua dextera est, cum -is caedit eqs. RVFIN. Adamant. 1, 15 propter exiguum -ae unius iniuriam. al.

II fere i. g. *φοῖνιξ*, de arbore eiusque partibus (dictum esse videtur ad imaginem manus humanae, quae subest formae sive rami sive ipsius arboris; resp. gr. *φοῖνιξ*, nisi alia adnotantur; ad rem v. Steier, RE s. v. Phoinix): A de ramo arboris: 1 ramus est signum victoriae sim. (ad metonymias v. sub b). syn. vel iuxta pos.: corona VARRO ling. 5, 62 VERG. Aen. 5, 111 VITR. 9 praef. 1. 3 SEN. epist. 78, 16 PLIN. nat. 8, 161. et saepius, praemium VERG. Aen. 5, 346 SEN. epist. 78, 16 SIL. 16, 517 STAT. Theb. 6, 810 MART. 11, 33, 1. al., honor OV. met. 7, 543 SYMM. epist. 1, 96 PS. AVG. serm. ed. Mai 55, 1. al., triumphus OV. hal. 67 CYPR. zel. 16 OPT. PORF. carm. 9, 21 PRVD. perist. 4, 77. al., tropaeum GRAT. 249 APVL. met. 10, 25, 2 OPT. PORF. carm. 9, 1. al., gloria SEN. contr. 10 praef. 13 PLIN. nat. 9, 122. 14, 148. 15, 8 PROSP. epigr. 30, 8. al., victoria PLIN. nat. 10, 47 SIL. 7, 456 IVV. 8, 58 FIRM. math. 8, 7, 5 AVSON. 366, 10 p. 107 P. al. locutione 'hoc mihi -a est' sim.: PROP. 2, 9, 40 PLIN. nat. 31, 41 AVSON. 12, 2 p. 323 P. CE 906, 10 PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 9 p. 613. 1, 13 p. 623 CLAVD. 15, 238 CIL XII 949. al., cum inf. '-a mihi est hoc facere' sim.: OV. am. 3, 14, 47 CYPR. zel. 15, 16 HIER. epist. 22, 23, 3. al.

a proprie et imagine perspicua (quae saepius discerni non possunt, e. g. l. 82 sqq.): α in certaminibus, ludis sim. (v. Steier l. c. p. 401, 17 sqq.): ① ludis scaenicis: PLAVT. Amph. 69 (versu non sano) sive qui ambissent -am histrionibus sive cuiquam artificii eqs. (Poen. 37 ne -a detur quoquam a. iniuria). TER. Phorm. 17 in medio omnibus -am esse positam, qui artem tractent musicam

(SCHOL. p. 127, 17 victoriam laudis). CIC. Phil. 1, 36 nisi forte Accio tum plaudire et sexagesimo post anno -am dari, non Bruto putabatis. Att. 4, 15, 6 -am tulit *Antipho actor*. HOR. epist. 2, 1, 181 valeat res ludicra, si me -a negata macrum, donata reducit opimum. OV. fast. 5, 189 clamata . . . -a theatri. trist. 2, 506 plauditur et magno -a favore datur. in imag.: PLAVT. Trin. 706 facile -am habes, . . . vicit tua comoedia; hic agit magis ex argumento et versus melioris facit. ② ludis gladiatorii: in imag.: CIC. S. Rosc. 17 plurimarum -arum vetus ac nobilis gladiator habetur *T. Roscius Capito* (item per ironiam: 84 alias quoque suas -as cognoscet [SCHOL. Cic. Gron. p. 311, 16 -as . . . dicimus victorias gladiatorum]). 100 multas esse infames eius -as, hanc primam esse tamen lemniscatam, quae Roma ei deferatur. fortasse huc pertinet: APVL. met. 10, 25, 2 multarum -arum spectatus proeliis medicus). Phil. 11, 11 quinquens absolutus est *Iulius Caesar Strabo*: sexta -a urbana etiam in gladiatore difficilis. proprie: MART. epigr. 29, 9 misit utrique rudes et -as Caesar utrique. SVET. Cal. 32, 2 more victorum cum -a discucurrit *Caligula murmillone caeso*. LAMPFR. Comm. 12, 11 tantum -arum gladiatoriarum confecisse *Commodum* . . . , ut mille contingeret. FIRM. math. 8, 7, 5 post multas -as innumerabilesque victorias. CIL II 1739, 2 opl(omachus) -aru(m) XX (item gen. accedente numero: INSCR. Année Epigr. 1962 n. 49 [Cordubae Hispan.]. v. etiam CIC. S. Rosc. 17 et APVL. supra). ③ curriculis equorum sim. (selecta post OV.): LVCR. 4, 989 quasi de -a summas contendere viris equos somniantes. CIC. Brut. 173 cum -am iam primus acceperit *auriga*. VERG. georg. 1, 59 Eliadum -as Epiros equarum mittit. 3, 49 Olympiacae miratus praemia -ae (SOL. 9, 14 Pythias et O. -as). 3, 102 gloria -ae. HOR. carm. 1, 1, 5. 4, 2, 18 quos Elea domum reducit -a caelestis pugilemve equumve (SEN. Ag. 919 STAT. Theb. 10, 234). PROP. 3, 9, 17 est quibus Eleae concurrit -a quadrigae. OV. met. 7, 543 equus degenerat -as (cf. trist. 4, 8, 19 inhonestet). fast. 4, 392 prima . . . ventosis -a petetur equis. al. SEN. Thy. 410 -am paterno non semel curru tuli. al. PETRON. 70, 13 (in aposiopesi) si prasinus proximis circensibus primam -am. ACT. Arv. a. 87 II 37 magister victores -is et coronis argenteis honoravit. al. MART. 11, 33, 1 saepius ad -am prasinus . . . pervenit. al. SVET. Nero 5, 2 ut . . . in praetura mercede -arum aurigarios fraudaverit *Neronis pater*. 22, 2 -arum numerum ampliari. CIL VI 10047^c, 3 mille -as complevi in factione prasina equis his (10053, 21 sibi). 33946, 4 Gigas agit(ator) factionis prasinae vicit -as in biga (. . .) XXVI, maiores II (10049^a, 3. 10049^b, 4. 10063, 5. TAB. devot. Audolent 272 A 12 [al.]. cf. l. 52). al. in imag.: AMBR. Isaac 8, 65 (respicitur Phil. 3, 14) festinantes equos (i. animas humanas), qui priores perveniant ad bravium Christi, quo prius inponatur -a cervicibus. ④ ludis variis (v. etiam HOR. supra l. 29; selecta inde a SEN.): VERG. Aen. 5, 70 cuncti adsint meritaque expectent praemia -ae. 5, 111 sacri tripodes viridesque coronae et -ae pretium victoribus. 5, 346 subiit -ae *Diores*. al. HOR. epist. 1, 1, 51 cui sit condicio dulcis sine pulvere -ae? LIV. 10, 47, 3 -ae . . . tum primum translato e Graeco more victoribus datae. VITR. 9 praef. 1 uti . . . cum -a et corona ferant laudes *athletae*. VAL. MAX. 8, 15, 4. 9, 12, 9. CIL VI 33950, 4 (a. 35) Fuscus, cursor prasini, . . . una -a rev(ocatus) bis eandem vicit (cf. supra l. 40). SEN. benef. 5, 2, 2 meliorem -a declarat (cf. CASSIOD. var. 2, 28, 1 *athletam* populis -a designat esse victorem). GELL. 3, 6, 3 (citat *Plutarchum*) in certaminibus -am signum esse placuit victoriae, quoniam ingenium ligni eiusmodi est, ut urgentibus opprimentibusque non cedat. al. in imag.: HOR. carm. 3, 20, 12 arbiter pugnae (sc. inter amatores) posuisse nudo sub pede -am fertur. PROP. 2, 9, 40 *Amores*, tela figite certantes atque hanc mihi solvite vitam: sanguis erit vobis maxima -a meus. OV. ars 2, 3 laetus amans donat viridi mea carmina -a (lauro vel myrto var. ll.), praelata Ascreae Maeonioque seni. al. in certo loco *tabulae lusoriae*: INSCR. Année Epigr. 1949 n. 81 (Romae, saec. III/IV) vi(c)tor -a (sc. vox ponitur pro effigie rami locum victoriae significans. cf. monogramma ꝑ INSCR. Ann. Ist. Arch. Rom. 49, 1877, 58 sqq. al., si solvendum p(alma) felicit(er); v. Lamer, RE XIII 2005, 47 sqq.).

β in religione, pompa sim.: ① apud paganos, Iudaeos: ② -a dedicatur deis variis: ab imperatore triumphante: TAB. triumph. Barberin. I (CIL I² p. 77) (M.) Aemilius Lepi(d)us it(e)rum ex Hispania prid. K. Ian. triumphavit, -am de(dit) (*ibid.* 23^{tes}). a variis: TIB. 1, 9, 82 Veneri . . . merenti fixa notet casus aurea -a (parma Scaliger, v. sub illa voce) meos (CIL X 1598, 6 [pertinet ad deam incertam]. cf. p. 145, 3 et 53). INSCR. Afr. Cagnat-M.-Ch. 256, 7 Saturno -a(m) arg(enteam) fecit *Diopanthus* (item Saturno: INSCR. lat. Tun. ed. Merlin 709, 9. *Aesculapio et Pantheo*: 868^b, 3 posuit. cf. INSCR. Dessau 5471^b genio munic(ipi) C. I. Nerto-brigae -am ex argenti (p.)). ③ pertinet ad deam *Victoriam*: VARRO ling. 5, 62 cum corona et -a est *Victoria* (item de deae *imagine* bus: SPART. Sept. Sev. 22, 3 die circensium cum tres *Victoriolae* more solito essent locatae gypseae cum -is [*ibid.* iterum]. CIL VIII 6981 Iovis Victor . . . ferens in manu dextra . . . *Victoria(m)* -am ferentem). MAT. carm. frg. 3 dum dat vincendi praepes *Victoria* -am. MART. 10, 50, 1 frangat *Idumaeas* tristis *Victoria* -as morte *Scorpi aurigae*. CLAVD. 24, 205 -a viridi gaudens *Victoria*. CE 1905, 1 (saec. [Adkin])

IV vel V) ales, homo, nume(n), virtus et gloria pal(mae) (*scd de victore in certamine pedestri cogitat Lommatzsch ad l.*). © *vario usu*: APVL. met. 11, 10, 4 *Isidis antistes* ibat tertius attollens -am auro subtiliter foliatam. 11, 11, 1 Anubis . . . dextera -am virentem quatiens. PAP. Oxyrh. 519 b, 18 (*saec. II; in κομασία παλμών*). ITALA II Macc. 10, 7 (rec. L, *sim. VVLG.; de festiuitate tabernaculorum*) tyrsos et ramos virides et -as habentes deo. 14, 4 (rec. L, *sim. VVLG.*) venit ad regem Demetrium *sacerdos summus Alchimus* . . . offerre ei auream coronam et -am et . . . tallos. EVAGR. vita Anton. 82 pagano- rum opificum praesidia aduersus Christum comparata cum assumptione -arum: quod idololatriae apud Alexandriam insigne est. DRAC. Romul. 7, 58 tot bona proueniant sponsis, quot dextra parentum iungit amoriferas per festa iugalia -as. CORIPP. Ioh. 6, 173 lauros current -asque ferentes huius *ductoris* adventu.

① *apud Christianos*: ① -am tenet martyr *sim.*: ITALA apoc. 7, 9 (cod. g al., *sim. VVLG.*) turba multa, . . . stantes . . . ante agnum, amictos stolas albas, et -ae in manibus eorum (*cf. TERT. scorp. 12 p. 174, 2 albatii et -is victoriae insignes revelantur martyres, scilicet de Antichristo triumphantes*). PRVD. cath. 12, 132 -a et coronis luditis *parvuli ab Herode occisi*. MAX. TAVR. serm. 68, 2 M. per -am dextera martyris honoratur. VEN. FORT. carm. 10, 7, 20 fulget . . . in reliquis (*sc. in senatu caelesti*) -a corona fides. SACR. Greg. 73 (cod. O) in futuro cum -a victorie . . . tibi valeant apparere *Christiani* (*antea*: -arum . . . ramos). PASS. Mar. Iac. 11 in manu dextera -am viridissimam praefereus *puer martyr. in lusu significationis*: POTAM. subst. 14 Migne suppl. 1, 207 -a dicitur *crux e ligno -ae facta*, quam Christus caelos repetens . . . triumphato hoste portaret.

② -am tenent salutantes: PEREGR. Aeth. 31, 2 infantes cum ramis vel -is occurrerunt domino (*ibid.* ramos -arum. *item respicitur Matth. 21, 9*: HIER. epist. 22, 41, 3 -as victoriae sublevantes *parvuli*. MAX. TAVR. serm. 68, 3 M. significans . . . oblati -is ipsum Christum mundi esse victorem [*ibid.* eriguntur . . . tollantur]). ITIN. Anton. Plac. rec. A 40 occurrentes mulieres . . . -as in manibus portantes. *in nomine festiuitatis*: Ps. AMBR. serm. 31, 1 p. 667^c ut . . . eandem festiuitatem -arum sive olivarum vocitemus (*antea*: ramos -arum). SACR. Gelas. 329 M. tit. dominica in -as (*cf. SACR. Greg. 73 tit. die dominico in -as [-is cod. O]*). ISID. eccl. off. 1, 28, 1 dies -arum (orig. 6, 18, 13 d. -arum ideo dicitur *eqs.*).

γ *in rebus variis*: ① -am accipiunt qui bello vicerunt: ① *imperator triumphans* (*cf. p. 144, 68. 145, 18. 26 supra*): *in imag.*: VERG. georg. 3, 12 primus Idumaeas referam tibi, Mantua, -as Aonio vertice rediens. Aen. 7, 655 insignem -a . . . currum victoresque ostentat *Aventinus* equos (CLAVD. DON.: *vehabatur curru cum signo -ae more scilicet triumphantis*). *proprie*: OPT. PORF. carm. 9, 10 (*de Constantino*) Camenae mittite compositas in tempora mitia -as (*v. Polara ad l.; formam -ae imitatur carmen, cf. schol. carm. 9*). 9, 21 *si velit Musa* meritum iustis tot reddere nobile -as. AVSON. 4, 7 p. 323 P. Augusto dabitur . . . proxima -a Valenti. SIDON. carm. 5, 5 post -am palmata venit *Maioriano*. DRAC. Romul. 5, 319 (*inter insignia*) hederiae, lauri, quercus et -a triumphii. *inde in nomine loci* (*v. Scherling, RE s. v. Palma Aurea*): ANON. Vales. 12, 66 ingres- sus urbem venit *Theodericus* ad senatum et ad -am populo adlocutus *eqs.* (*item de Theoderico*: VITA Fulg. p. 55 L. in loco qui -a Aurea dicitur). PASS. Restitut. 4 (BHL 7197) iactaverunt eum *Restitutum decollatum* iuxta arcum triumphii (*sc. Septimii Severi*) ad -am.

② *victores varii*: SEN. Phoen. 638 victor . . . licet fratris spolia deiecti geras: frangenda -a est (*imagine eadem*: CVRT. 9, 2, 29 ne infregeritis in manibus meis -am, qua Herculem Liberumque patrem . . . aequabo). Ps. QVINT. decl. exc. Monac. 4 p. 360, 6 pugnans pro patria vicit *iuuenis* et cum -a receptus est in patriam. IVST. 14, 4, 17 tot bellorum -as laureasque una secum victori tradentes *Alexandri milites*. RVFIN. Orig. in Ios. 8, 7 p. 345, 6 quid . . . aliud est 'sanctificare bellum' nisi . . . pro -a victoriae virtutis merito coronari a Christo. Ps. AVG. serm. ed. Mai 55, 1 si . . . vicerit miles, -is victricibus et honoribus decoratur. *al.*

③ -am accipit *causidicus* (*cf. p. 147, 1*): LAVS Pis. 31 alta . . . victrices intexunt limina (*sc. Pisonis advocati*) -ae. MART. 7, 28, 6 excolat . . . geminas plurima -a fores. IVV. 7, 118 ut tibi lasso figantur virides, *scalarum gloria*, -ae.

β *de rebus incorporeis, sc. magis magisque transit in notiones secundarias* (*imagine certaminis saepius sublucente; metonymias per varias partes distribuimus, e. g. p. 146, 53 sqq. 147, 44 sqq.*): α *fere i. q. praemium vel primus locus, summus gradus sim.* (*de gradibus proximis v. p. 146, 1. 17. 46. 147, 39. 43 et dub. p. 146, 55; opp. secundum ac tertium locum QVINT. inst. 11, 3, 6; gen. obi., ubi accedit, significat vel ea, pro quibus praemium datur [e. g. p. 146, 8. 66 sq. cf. p. 147, 31 sq.], vel ea, in quibus primus locus tenetur [e. g. p. 146, 12. 15 sqq. et 27 sqq.]. paulo aliter de aliquo RVF. FEST. 30 sub γ*):

① *in universum* (*post SEN. pauca selecta*): PLAVT. Most. 32 quo nemo . . . antehac est habitus . . . magis continens, is nunc in aliam partem (*sc. in malam*) -am possidet. TER. Haut. 709 huic . . . consilio -am do (SCHOL. p. 122, 7 victoriam. *item -am accipit res*: VARRO rust. 3, 16, 14 Siculum mel fert -am. PROP. 4, 1, 102 libris est data -a meis. BVC. Eins. 1, 16 huic semper debetur -a labori [*sc. Caesaris*

laudibus]. PLIN. nat. 14, 64 ad tertiam -am varie venere *Albana vina. al.* QVINT. inst. 11, 3, 6 Demosthenes, quid esset in toto dicendi opere primum, interrogatus, pronuntiationi -am dedit eidemque secundum ac tertium locum. *al.*). VOLCAC. carm. frg. 1, 2 multos incertos certare hanc rem vidimus, -am poetae comico cui deferant (*item -am accipiunt poetae vel oratores*: 1, 5 Caecilio -am Statio do. VARRO Men. 399 in argumentis Caecilius poscit -am. CIC. de orat. 2, 227 admiror te . . . non huius rei [*i. facetiarum*] quoque -am ut ceterarum Crasso detulisse. 3, 143 docto oratori -a dandast. SEN. contr. 10 praef. 13 suas. 2, 16 MART. 4, 23, 4 QVINT. inst. 10, 1, 52. IVV. 11, 181 dubiam [*cf. AVSON. 191, 16 p. 49 P. ancipitem. al.*]). VARRO rust. 2, 1, 11 *Scrofae* haec aetas defert rerum rusticarum omnium -am. 3, 6, 2 *pavoni* natura formae e volucris dedit -am (*item -am accipit animal*: LVCAN. 9, 787 Cinyphia inter pestes tibi *sepi* -a nocendi est. PLIN. nat. 32, 59 cum -a mensarum . . . tribuatur *ostreis* [*cf. 32, 153 Helopi -am saporis inter pisces multi dedere. AVSON. 398, 22 p. 227 P. ostrea Burdigalensis* inter cunctas -am meruere priorem. MACR. Sat. 3, 16, 12 Varro pisci Tiberino -am tribuit]. *al.*). SEN. epist. 83, 24 cum penes te -a fuerit (*item in bibendo*: PLIN. nat. 14, 148 M. Antonius avidissime adprehenderat hanc -am). PLIN. nat. 35, 67 in liniis extremis -am adeptus *Parrhasius pictor* (*cf. QVINT. inst. 12, 10, 7 Polyclito a plerisque tribuitur -a*). CIL II 6260, 5 (*sculptum in lapide anuli cum imagine -ae*) -a tua est. *al.*

② *in meritis, virtutibus*: ① *varia*: ITALA Phil. 3, 14 (Tert. resurr. 23. *al.*) persequor ad -am incriminationis (*gr. βραβεϊον*, Ps. Cypr. singul. cler. 11. *al.* -am supernae vocationis, *Vulg. bravium*). OPT. PORF. carm. 9, 1 domino virtutum tradite -am (LVST. 15, 3, 16 -am virtutis inter ceteros tulit *Lysimachus*. VICTRIC. 5 in disparili sorte parilis -a v. est. PROSP. epigr. 23, 5. 60, 6. *al.*). ZENO 2, 45 (1, 33, 3 L.) sponsionis suae -am fortiter retinens *fidelis populus*. GAUDENT. serm. praef. 38 G. ut -am patientiae auferat *diabolus* fortissimo bellatori *sc. Iob*. AMBR. exc. Sat. 1, 24 ut . . . -am efficaciae reportares. in psalm. 118 serm. 16, 14, 1 -am castimoniae . . . usque ad angelorum conversationem . . . evehere. HIER. epist. 39, 7, 2 unam -am castitatis accepimus *Blesilla et Anna*. c. Lucif. 22 nemo potest Christi -am sibi assumere. VVLG. deut. 25, 1 quem iustum esse perspexerint *iudices*, illi iustitiae -am dabunt. RVFIN. Orig. princ. 3, 2, 5 p. 254, 14 ut . . . perfectionis . . . -a vincentem perducatur ad deum. AVG. anim. 2, 10, 14 ut . . . baptizatus ad -am *perducatur*, quae est parata per gratiam. CONC. S II 3, 2 p. 90, 15 Flaviano -am et sanctae vitae et mortis tribuit gloriosae *synodus Chalcedonensis* (*gr. II 1, 3 p. 121, 36 βραβεϊον. al.*). ② *in martyrio*: TERT. spect. 29 p. 28, 4 in his *virtutibus christianis* tibi circenses ludos interpretare . . . ad martyrii -as gloriare (RVFIN. Basil. hom. praef. quamvis . . . beatus Cyprianus primam m. -am felici cruore mercatus sit, haud segnius . . . Basilius secundam -am confessionis indeptus est. SACR. Leon. 1291 VAL. CEM. hom. 15, 5 p. 741^a. *al.*). CYPR. epist. 10, 4 -am quam meruit accepit *Mappalicus*. 39, 3 *martyres* spiritales dei militis . . . -as domini et coronas industri passione meruerunt. Ps. DAMAS. epigr. 79, 9 Gordianus, Christi quem -a coronat. PRVD. perist. 2, 32 dies praedicta -am praestitit *Laurentio*. 5, 539 tu solus, *Vincenti*, . . . bravii duplicis -am tulisti. *al.*

③ *fere metonymice respicitur*: ① *successus, consummatio felix, labor feliciter confectus*: AVSON. 12, 2 p. 323 P. (*loq. statua*) qui signum Pallados . . . fecit, *eius* tertia -a ego sum. RVFIN. Orig. princ. 3, 5, 7 p. 278, 15 subiectio Christi ad patrem . . . suscepti ab eo operis -am declarat. AVG. civ. 22, 8 p. 568, 31 D. -am tanti laboris (COD. Theod. 6, 28, 3 post -am l. emeriti. v. l. 65). LEO M. epist. 111, 3 (Conc. S II 4 p. 64, 9) *deus* vobis praeter regiam coronam etiam sacerdotalem conferat -am. CASSIOD. var. 11, 31 decet -ae praemia consequi, qui sacramentis militaribus videntur esse perfuncti. 11, 35, 2 tales *militis bene meritos* . . . tardare piaculum est, quia post -am nemo dilatus est (*v. COD. Theod. supra*). ② *merces*: RVFIN. hist. 4, 16, 1 victoriae suae -am martyrium percepit a domino *Iustinus*. Orig. in cant. 1 p. 108, 17 quasi laboris sui consecuta *sponsa* iam -am (MAX. TAVR. serm. 73, 4 M. l. quaedam -a sit soporis oblivio. CORIPP. Ioh. 1, 524 o Romana manus . . . nostri -a l. v. l. 57 et *cf. CASSIOD. var. 9, 8, 1* propositi nostri est honestos labores -a remunerationis ornare). CLAVD. 15, 238 Gildonisne salus tanti sit -a furoris? ENNOD. dict. 7, 1 p. 443, 10 ubi orationis -a, si hic in *auditoriis* gratia taciturnitati? CE 708, 4 (*a. 539*) tu *coniunx mortua* . . . cottidiae expectabas videre proxima(m) -a(m), *sc. vitam meliorem*.

β *fere i. q. victoria* (*exempla notabiliora*): ① *in universum*: RHET. Her. 4, 39, 51 inimici . . . sanguinolentum -am crudelissima victoria potiti (*an ad ap? cf. Ov. am. 2, 5, 12 ferreus est . . . cui petitur victa -a cruenta rea*). CATVLL. 62, 11 non facilis nobis, aequalis, -a parata est. PROP. 4, 1, 140 tibi victrices, quascumque labore parasti, eludet -as una puella tuas. *al.* Ov. am. 3, 14, 47 prona tibi vinci cupientem vincere -a est. epist. 15 (16), 140 in dubium Veneris -a futura fuit (*item de iudicio Paridis*: STAT. Ach. 1, 69 sic Phrygiae pensamus gaudia -ae? TIBERIAN. carm. 2, 17). met. 6, 50 stolidae . . . cupidine -ae in sua fata ruit *Arachne*. LIV. 38, 53, 3 ut vos, *Quirites*, de P. Africano -am peteretis (peti feretis *Madvig*). GRAT. 249 haec ultima (*i. summa*) -a tropaei . . . tibi divum concessa

[Adkin]

favore. VAL. MAX. 8, 1 absol. 8 -am non ex alio ferre, sed de se dare merebatur *Valerius Valentinus accusator*. SEN. Thy. 1097 (*Atreus de Thyestis liberis immolatis*) nunc parta vera est -a. IREN. 5, 21, 1 quemadmodum accepit -am mors per hominem (*i. Adam*) adversus nos, sic eqs. QVEROL. p. 61, 19 R. multarum -arum hic *parasitus* est. VEG. mil. 3, 5 (*inter signa vocalia militaria*) sicut in vigiliis vel in proelio pro signo dicitur, ut puta 'victoria', '-a', 'virtus' eqs. HIER. c. Lucif. 19 coeperunt . . . Valens et Vrsacius . . . -as suas iactitare. EPIST. pontif. 391 Conc. S I 2 p. 107, 27 adfuit -ae qui contentioni non defuit *Petrus synodo in spiritu praesidens*. al.

① *in meritis, virtutibus*: A *varia*: CYP. zel. 15 quae iustitiae -a est, quae corona, esse te talem eqs. 16 libidinem subegisse continentiae -a est (*postea: corona patientiae*). PAUL. NOL. carm. 16, 255 nunc aliam confessoris cognoscite -am: vicit avaritiam (*item de Felice*: 23, 314 ingentes cui contulit *deus* olim nobilibus titulis benedicto nomine -as, quas . . . continuat . . . clementia Christi. 27, 203 quia nostra tuae sunt gaudia -ae). AVG. gen. ad litt. 11, 6 p. 339, 16 an quia . . . est -a gloriosior non consensisse temptatum quam non potuisse temptari? CIL XII 949, 3 Hilarius, cui -a obitus et vivere Christus. al.

② *in martyrio*: AVG. civ. 8, 27 p. 366, 22 D. ut . . . nos ad imitationem talium coronarum atque -arum . . . adhortemur. SACR. Leon. 3 quos *dies* insignes confessorum tuorum et martyrum -ae . . . sacraverunt. 107 nos beatorum martyrum -as . . . venerantes. al. PS. EVSEB. GALLIC. hom. 32, 1 G. hodie . . . sacras septem martyrum *Macchabaeorum* -as . . . fides catholica concelebrat (*cf. infra l. 50*). PAUL. PETRIC. Mart. 2, 171 inquit *Martinus* . . . quonam tam clarae stemmata -ae tempore . . . promeruisset *martyr*. CASSIOD. in psalm. 118, 157 inde . . . numerosa -a venit ecclesiae. al.

γ *fere i. q. gloria, fama sim.*: CIC. Cato 19 quam -am utinam di immortales, Scipio, tibi reservent, ut avi reliquias persequere! LIV. 28, 41, 8 egregiam istam -am belli Punici patrati petis? MART. 12, 94, 10 epigrammata fingere coepi: hinc etiam petitur iam mea -a tibi. QVINT. inst. 1, 2, 24 ea nobis *pueris* ingens -a (*sc. in classe declamatoria praecedere*). RVF. FEST. 30 ut ad hanc ingentem de Gothis etiam *Babyloniae* tibi *Valenti* -a pacis accedat. AVSON. 192, 7 p. 50 P. -ae forensis . . . decus *Alcimus*. AMM. 17, 13, 21 *variae* . . . -ae *victoriarum* accessit eorum *Limigantum* quoque supplicatio. VEG. mulom. 3, 6, 4 curibus *Cappadocum* gloriosa nobilitas, *Hispanorum* par vel proxima in circo creditur -a. PAUL. NOL. epist. 5, 5 (*ad Sulpicium Severum*) tu . . . facundi nominis -am tenens. RVT. NAM. 1, 505 plus -ae est illos inter voluisse placere eqs. (*opp. pudor*). SACR. Leon. 1104 ad obscurandam perfectae continentiae -am. VEN. FORT. carm. 1, 15, 10 (*de Leontio*) militiae crevit -a secunda tuae. al.

c *transfertur ad homines (rem corpoream PLIN. nat.): α ad eum qui -am meretur*: VERG. Aen. 5, 339 *tertia* -a *Diores* (*pendent MANIL. 1, 787 SIL. 16, 503. 16, 573*). PLIN. nat. 31, 41 *frigoris salubritatisque* -a *praeconio urbis Marcia aqua* est. CASSIOD. inst. 1, 22 *famosorum* -a *certaminum Augustinus*. VEN. FORT. carm. 4, 3, 1 -a *sacerdotii* . . . *Tetrice* (*item in appellatione*: 5, 16, 3 *meriti pia* -a, *Gregori*). 10, 15, 3 *mater Macchabaeorum* septem -as caelo transmissit ab alvo (*cf. supra l. 25*). carm. app. 1, 270 p. 378 *fulgida* -a *Petrus*. 1, 356 p. 380 (*de beata Maria*). β *ad eum qui vincendus est*: SIL. 4, 390 *ultima* restabat . . . -a . . . *Virbius*.

2 *cetera exempla (vix huc PAP. Mich. 449, 2. 10, v. sub B)*: a *proprie*: α *in funibus, tegetibus sim. fabricandis*: VARRO frg. Non. p. 483, 38 [qui e busso aut] (*Muret, quibus alme codd.*) lino quid faciunt vel -a (*pluma scribendum suspicatur Lindsay. item sing. generali*: rust. 1, 22, 1 quae fiunt de cannabi, lino, iunco, -a, scirpo, ut funes, restes, tegetes). VITAE patr. 5, 4, 5 faciebat . . . plectam de ipsis -is (*gr. Cot. p. 357^A βατων. 5, 7, 1. cf. PALLAD. hist. mon. II 17 plectebat -as [altera versio I 12 torquentem de -is funes. gr. p. 78, 6 B. θαλλούς]*). 5, 6, 18 *modicas* -as habeo quas operor (*gr. Nau 1909 p. 369 n. 263 βαια. 5, 7, 9 infudit [gr. Cot. p. 531^A θαλλία]*). ARATOR act. 1, 741 *sporta solens texti iuncis* -isque vicissim tegmina dat Saulo (*explicatur allegorice 1, 743*): -a *coronis* semper inest). β *in pavimento verrendo*: HOR. sat. 2, 4, 83 *lapides varios lutulenta radere* -a. MART. 14, 82, 1 in pretio scopas testatur -a fuisse. γ *cum respectu formae transfertur ad manipulum, fasciculum (cf. p. 155, 75)*: ZENO 2, 45 (1, 33, 1 L.) *exsultat aestas* . . . in frumenti varias moles *spiceam feliciter contundens* -am (*an respicitur forma spicae ramo -ae similis?*).

B *de fructu arboris (metonymice CATO cum COLVM. et PLIN.; in sing. generali*: VARRO Men. 403 *lvs colleg. eborar. MARCELL. med. 27, 54; de genere et varietatibus agit PLIN. nat. 13, 34. 13, 41 sqq.)*: CATO agr. 113, 1 *suffito testam certa et schoeno et -a, quam habent unguentarii (respici videtur materia ad unguenta faciendā adhibita ex dactylis confecta [sed v. Goujard ad l.]; item fortasse COLVM. 12, 20, 5 adici debent hi odores: . . . nardum gallicum, costum, -a, eqs. PLIN. nat. 14, 107 vinum aromatiten . . . factitatum ex . . . cinnamo, croco, -a, asaro. cf. PERS. 6, 39 infra. potius de parte floris -ae q. d. σπάθη cogitat Steier, loc. cit. 400, 64 sqq.)*. VARRO Men. 403 -a *Aegyptia (describitur PLIN. nat. 12, 103 [inde SOL. 32, 36]. item cum nomine loci vel regionis genus indicante*: PLIN. med. 1, 25, 7 *Thebaicae [MARCELL. med. 20, 25 infra]. CHIRON 841 Suriacas*). CIL I² 2520, 15

polliciarus (*i. pollicearis*) illi *Cerbero* te daturum tres victimas, -as, *caricas, porcum nigrum*. Ov. met. 8, 674 hic mixta est rugosis *carica* -is (*cf. fast. 1, 185 quid volt -a sibi rugosaque carica, dixi*). SCRIB. LARG. 109 ad stomachi dolorem et inflationem: -arum *aliquantum, anethi aliquantum* eqs. 148 -ae *cariotae xxx (inde MARCELL. med. 26, 6. cf. 20, 25 -ae cariotae Thebaicae)*. PERS. 6, 39 postquam sapere urbi cum pipere et -is venit nostrum hoc maris expers (*an spectat ad unguenta? cf. Jahn ad l.*). PLIN. nat. 6, 161 *vinum . . . -is exprimere (MARCELL. med. 27, 9 -ae exprimuntur prelo aut coclea. ut supra in vino faciendo*: PLIN. nat. 14, 102). 13, 34 in Arabia languide dulces traduntur esse -ae. 23, 97 a vitibus oleisque promixa nobilitas -is. al. IVS colleg. eborar. (CIL VI 33885) 9. CIL IV 5380, 22. PAP. Mich. 449, 2 et 10 (*saec. II, contextu manco; vix de ramis*). SOL. 35, 9 pecuniam nesciunt, -is *vicitant Esseni*. EDICT. imp. Diocl. 6, 83 L. {p}almas (*ubi exemplum Strat. palmulas*). CHIRON 398 (*item VEG. mulom. 2, 91, 5. sed cf. Pelagon. 396 palmulas ut 370, ubi resp. VEG. mulom. 3, 28, 30*). al. MARCELL. med. 27, 9 *purgatarum. 27, 28 -ae ex litore. 27, 54 pinguissimam. al.*

C *de arbore ipsa (saepe in sing. generali, e. g. VARRO rust. 1, 41, 5 VERG. georg. 2, 67 COLVM. 3, 1, 2. exempla attulimus post Ov. selecta pauca. de specie, generibus sim. v. André, Lex. des termes de botan. 235 et Steier, RE s. v. Phoenix; de -a, quae fert myrobalanum PLIN. nat. 23, 98 v. vol. VIII 1745, 80, de -a elate PLIN. nat. 1, 23, 53. 12, 134. 23, 99 v. vol. V 2, 323, 45 sqq.; -a fusius describitur PLIN. nat. 13, 26 sqq.)*: LABER. mim. 133 *amor tuus . . . tam quam -a firmiter crescit*. VARRO frg. Serv. Aen. 3, 444 in foliis . . . -arum *Sibyllam* scribere solere (*item inscribuntur: 6, 74, v. etiam vol. VI 1, 1012, 69 sqq.; in funibus, sportis fabricandis*: PLIN. nat. 16, 89. 19, 31 HIER. vita Pauli 16. al. [cf. p. 147, 55 sqq.]. et saepius). rust. 1, 7, 7 *quaedam non possunt vivere nisi . . . in mari, ut scribit Theophrastus -as et squillas (hist. plant. 1, 4, 3. item de -a marina*: PLIN. nat. 13, 138. 28, 255). 1, 41, 5 -a . . . in crescendo tarda. CIC. Verr. II 5, 87 *nautae coacti fame radices -arum agrestium . . . colligebant (item radices cibus sunt*: 5, 99 EVSTATH. Basil. hex. 5, 1, 7. *de genere eodem*: CIC. Verr. II 5, 99 -arum *stirpibus [ibid. 131]. cf. COLVM. 3, 1, 2 campestris*). leg. 1, 2 *Vlixes Deli se proceram et teneram -am vidisse dixit (AVIEN. orb. terr. 1203 p. fluctu . . . -arum. al.; sim. de altitudine*: VERG. georg. 2, 67 *ardua [cf. APVL. mund. 36 -arum ardua]*. VAL. MAX. 1, 8, 2 *excelsae altitudinis [cf. PLIN. nat. 8, 29 excelsiores]*. PLIN. nat. 16, 125 in longitudinem excrescunt -a *sim.* LACT. Phoen. 69 *aerio sublimem vertice -am. al.*). CAES. civ. 3, 105, 6 *Trallibus in templo Victoriae . . . -a . . . exstitisse ostendebatur (de eadem*: VAL. MAX. 1, 6, 12 PLIN. nat. 17, 244. *item est omen sim.*: Ov. fast. 3, 31. LIV. 24, 10, 6 *viridem arsisse. 43, 13, 5. 43, 13, 6. PLIN. nat. 17, 244 Romae in Capitolio in ara Iovis . . . enata -a victoriam triumphosque portendit*. QVINT. inst. 6, 3, 77. SVET. Aug. 94, 11 *arborem -ae reperitam conservari ut omen victoriae iussit Caesar*). VERG. georg. 4, 20 -a . . . *vestibulum alvarii . . . inumbret*. Ov. met. 6, 335. 10, 102 *lentae, victoris praemia, -ae (item de flexibilitate*: PLIN. nat. 16, 223 GELL. 3, 6, 2). 15, 396 *tremulae . . . in cacumine -ae phoenix nidum construit*. PLIN. nat. 13, 111 -arum *magnitudine et suavitate (cf. MAX. TAVR. serm. 68, 2 M. suavis ad cibum). 16, 223 -ae arbor (eadem iunctura*: SVET. supra l. 46. HIL. myst. 1, 33, 2 *arbores -arum. Ps. AMBR. epist. 2, 7 [aliter rec. altera Pass. Gerv. Protas. infra]. al., per appositionem*: ITIN. Alex. 21 -is *arboribus. Pass. Gerv. Protas. [BHL 3514] 19. ambigue*: GELL. 2, 26, 9. 3, 6 tit. 3, 6, 2). 17, 60 *arboribus quibusdam natura . . . omnino non degenerandi . . . ut . . . -ae (similiter*: MAX. TAVR. serm. 68, 2 M. non marcescit). 17, 65 *rami . . . -arum (28, 118. in religione, festivitate sim. [cf. p. 144, 67 sqq.]*: ITALA lev. 23, 40 [Ps. Philo antiq. 13, 7. VVLG. spatulas]. VVLG. Ioh. 12, 13 CORIPP. Iust. 4, 79. al.; in comparatione: VVLG. Sirach 50, 14 [gr. στελέχη φοινίκων]. et passim apud eundem. al.

III *transfertur ad res alias (de planta pedum anserum et de cornibus animalium v. p. 143, 27 sqq., de manipulo p. 147, 68)*: A *de vitis flagello, palmite*: VARRO rust. 1, 8, 6 ne vindemia facta denique discat *uva* pendere in -a aut funiculo aut vinctu. 1, 31, 3 *sarmentum vitis non ex se potest eicere vitem, quam vocant minorem flagellum, maiorem et iam unde uvae nascuntur -am. 1, 31, 4 v. p. 141, 46. COLVM. 3, 17, 4 quicquid residui fuit ex vetere -a . . . raserunt. 4, 15, 3 bima . . . praeciditur vitis proxime -am, quae ex arcu summissa est (4, 24, 11 s. novis -is. 4, 24, 12). 4, 21, 3 novellis -is semper vitis renovetur (cf. supra 4, 24, 11 novis). 4, 27, 1 si -is incientibus progemmantibusque fossorem immiseris. 4, 27, 4 siquidem evenit, ut quidam oculi trigeminis -is egerminent (antea: palmites). al. apud eundem.*

B *de rebus variis*: 1 *de parte lata et plana remi*: CATVLL. 64, 7 *caerula verrentes abiignis aequora -is*. VITR. 10, 3, 6 *remi . . . extremis progredientibus a centro -is (Rose c. ed. pr., parmis trad.) . . . impulsu vehementi protrudunt porrectam navem. 2 de parte arboris trunci, qua rami in digitorum modum oriuntur*: LIV. 33, 5, 10 ita *densos obfigunt implicantque ramis vallos, ut neque (quis cuiusque -ae stipes, neque) quae cuiusque stipitis -a sit, pervideri possit*. PLIN. nat. 14, 12 *puro . . . perductae vites dracone in -am eius arboris rumpotini, inde sub rectos ramorum digitos flagella dispergunt*. [Adkin]

17, 202 (*de ulmis*) meridianum solem spectare -ae debent, rami a projectu digitorum modo subrigi. 3 *de figura impressa in cauterizando*: CHIRON 187. 311 (*de empletico*) ures eum in cervice, -as dabis. 342 (*de paralytico*) -am dabis usque ad verticem auriculae (*ibid.* semisse, stellam, virgulam. *inde*: VEG. mulom. 2, 105, 3 de cauterere accipiet -am *iumentum eqs.*). 604 in ipsos nervos -a (*i.* -am) ustionem urito.

deriv.: palmalis et palmaris (*nisi a palmis*); palmarius, palmatianus, palmaticius, palmatim, palmatoria, palmatus (palmo), palmenis, palmesco (?), palmetum, palmeus, palmicius, palmidae, palmosus, palmula, palmusculus; *cf.* palmes, palmus.

compos.: de-, expalmo; palmifer, -ger, 1. palmipes.

v. Onom. (Palma. Ad palmam. *cf.* p. 145, 50).

palmālis, -e. a palma vel palmus, *cf.* palmaris. *i. q.* palmae (-i) mensuram exhibens: MAR. VICTORIN. gramm. VI 51, 9 metrum cubitale, pedale, -e.

palmāris, -e. a palma vel palmus. GLOSS. I Ansil. PA 195 -is: magna, pr(a)ecipua (*spectatne ad l. 35?*).

i. q. ad palmam (-um) pertinens: I spectat ad palmam arborem vel eius partem: A ad ramum arboris (ut signum victoriae): 1 -is est, qui (quod) est palma dignus, praestans, eximius: a -es sunt res: CIC. nat. deor. 1, 20 illa -is sententia est (*v. Pease ad l.*; *item per ironiam*: Phil. 6, 15 illa statua -is est, de qua . . . non possem sine risu dicere). AMBROSIAS. in II Tim. 2, 18 hoc . . . negabant, quod -e (-rium pars *codd.*) est Christianorum, ut credant se . . . a mortuis resurgere (*item pro subst.*: AVG. cons. euang. 1, 7, 10 hoc . . . solent quasi -e [palmam *codd. aliquot*] suae vanitatis obicere, quod ipsi euangelistae inter se ipsos dissentiant). FAVST. Aug. c. Faust. 7, 1 multae . . . sunt causae non credendi in genealogiam Iesu, sed -is illa, quia *eqs.* (*inde* AVG. *ibid.* 7, 2). MARCELL. med. 16, 53 -e remedium ad tussem sic *eqs.* (36, 53). ARNOB. confl. 2, 1 p. 273^A quaestionem -em (*cf.* FVLG. RVSP. ad Monim. 2, 2, 1 quasi -em interrogationem). FVLG. RVSP. ad Monim. 2, 2, 2 ea sibi quasi -ia et invicta videntur proponere haeretici. CONC. Rom. a. 501 p. 426, 5 tit. quarta synodus habita Romae -is (*v. quae disputat Mommsen p. 417*).

b -es sunt homines: CASSIOD. var. 6, 19, 2 causarum periti -es habentur, cum *eqs.* (*postea*: gloriosius). CIL VI 10140 Pothus psilothar(ista) -is. 2 -is dea est Victoria palmam signum habens: APVL. met. 2, 4, 2 statuas, -is deae facies. 3 -es sunt ludi, quibus victori datur palma (*an quodlibet praemium?*): CIL IX 1666, 2 ludos -es . . . exhibuit.

B ad ipsam arborem: AMM. 24, 4, 7 iumenta . . . , quae in lucis -bus vescebantur.

II *i. q.* mensuram palmi exhibens (*v. etiam palmalis*): VARRO rust. 1, 35, 1 con(c)iditur rosa radicatus in virgulas -es (*Geopon. 11, 18, 2 παλαιστιαία*). VITR. 10, 16, 5 si . . . voluerimus -e facere foramen (*antea*: digitale, *postea*: semipedale). COLVM. 8, 3, 9 per spatia -ia modicis forantur cavis canales (11, 3, 21). ARNOB. nat. 6, 18 videmus ab artificibus haec signa *deorum* . . . -em in minutem contrahi. PALLAD. 3, 24, 1 -bus scrobibus obrui particulas rubi virgae ([*Geopon. 5, 44, 4 παλαιστιαίων*]. 4, 10, 11. 5, 4, 1). LIB. geneal. chron. I p. 188, 503 Aoth cultellum -em accepit (*respicitur iud. 3, 16, ubi gr. σπιθαμῆς τὸ μῆκος, Vulg.* longitudinis palmae manus).

palmārius, -a, -um. a palma. NOT. Tir. 107, 93 -us. *de notione*: PRISC. gramm. II 75, 9 -um, quod in palma est, hoc est in laude. [*dub. interpr.* VEG. mulom. 3, 3 duo nervi in cervice -ii (*v. app. crit.*.)]

I *i. q.* palma dignus, praestans, eximius: TER. Eun. 930 id vero est quod ego mihi puto -um, me repperisse *eqs.* (DON.: -um: palma dignum. EVGRAPH.: quod ego arbitror mihi esse gloriosum, ibi palmam debere summam [rec. a idem est -um quod palma]. SCHOL. Ter. p. 111, 1 -um est quod in palma meretur, sicut corollarium, quod in corona meretur. SCHOL. Ter. Bemb. -um: summum). CASSIOD. var. 8, 19, 5 is -ii (-marum vel -mari var. l.) Eugeneticus linguae ubertate suffecit (*ibid.* primarios, . . . singulares). INSCR. Hispania Antiqua Epigr. 4-5, 1953-54 n. 670 uxor pia viro -o posu(it) (*cf.* 664 incomparabili). 2 *pro subst. i. quod pro palma datur, praemium, merces*: VLP. dig. 50, 13, 1, 12 si . . . post causam actam cauta est honoraria summa, peti poterit usque ad probabilem quantitatem, etsi nomine -ii cautum sit (*i. mercedis causidico victuro promissae*). GEST. Liber. 3 praesul sancte . . . et fortis in -um Christi.

cf. Onom.

palmātianus, -a, -um. a palma (*sed v. l. 75*). scribitur -mac- ALEX. TRALL. 2, 53 (*bis*). 1 nomen vini palmensis (*sunt, qui a nomine loci derivent, e. g. Puschmann ad Alex. Trall. II p. 325, cf. André ad Plin. nat. 14, 67*): CASSIOD. var. 12, 12, 3 vinum . . . , quod laudare cupiens -um nominavit antiquitas . . . ; ita redolet . . . , ut merito illi a palma nomen videatur impositum (*fortasse neutr. pro subst. ut certe*: ALEX. TRALL. 2, 53 [*in diaeta cholericae passionis*] panis bonus cum vino . . . aut cum onfaco melle aut -o aut serapino. *ibid.*: in vino dabis aut de -o aut tyro aut serapino [*gr. II p. 325 et 327 P. Παλματιανόν*]). 2 *fem. -a pro subst., sc. vestis, quae est palmae ramis intexta ('uva' supplendum putant alii, v. Ewald-Hartmann ad l.)*: GREG. M. epist. 1, 64 quoniam non delectamur

exeniis, -as, quas tua direxit fraternitas, . . . suscepimus, sed eas . . . digno fecimus pretio venundari.

palmatiās, -ae *m.*, παλματίας. genus terrae motus: APVL. mund. 18 -ae (-mit- *codd. omnes praeter B*) . . . appellantur motus, quorum pavitatione illa, quae trepidant, sine inclinationis periculo nutabunt *eqs.* (*gr. 396 a 10 παλματίας*).

palmāticus, -a, -um. a palma, palmatus, *cf.* granaticus. nomen vini palmensis: ALEX. TRALL. 2, 74 (*contra δυσκρασίαν frigidam*) panis calidus . . . infusus in vino aut tyrio aut birechio aut serapino aut -o aut cinodino (2, 53 *in serie simili palmatiano. gr. II p. 407 P. non resp.*).

palmātīm adv. a palma. *i. q.* signo palmae (*t. t. in cauterizando, cf. p. 149, 2 sqq.*): CHIRON 391 alii . . . urent eos orthocolos decontra in articulis -m (-ati *trad.*; *inde* VEG. mulom. 2, 54, 5 [*paulatim trad.*]). 624 curabis nervos -m (*paulatim trad.*) urere deretro. 640 (*bis*).

tegestra: **palmatio** GLOSS. II 595, 2 (*obscurum*; Goetz *in indice s. v.* segestrum confert Paul. Fest. p. 70 pelles nauticas).

ferula palmātōria vola(to)ria GLOSS. V 599, 42. a palma, palmatus (*cf. Heraeus, Kl. Schr. 86, 1*).

***palmātus**, -a, -um et inde palmo, -ātum, -āre (*infra p. 151, 27*).

a palma. *de origine et notione*: FEST. p. 209 tunica . . . -a a latitudine clavorum dicebatur, quae nunc a genere picturae appellatur. SERV. Aen. 11, 334 -a dicitur toga, quam merebantur hi qui reportassent de hostibus palmam (*inde* ISID. orig. 19, 24, 5 [*additur*: ipsa vocabatur et toga picta, eo quod victorias cum palmis intextas haberet]). GLOSS. laureatus vel coronatus. toga -a: quae palmas habet. legitur -tus *inde* a LIV., FESTO, VAL. MAX., PLIN. nat., aliae formae *inde* a COLVM.

i. q. palma instructus, praeditus *sim.*: I spectat ad arboris ramum: A *i. q.* ramis palmae ornatus: I de vestimentis (*sc. effigie palmae ornatis*): a adi.: α de vestimentis ipsis:

① tunica -a (*fere iuxta toga picta*): LIV. 10, 7, 9 cui . . . indignum videri potest . . . eos viros, quos vos sellis curulibus, toga praetexta, t. -a et toga picta et corona triumphali laureaue honoraritis, . . . pontificalia atque auguralia insignia adicere? 30, 15, 11 Masinissam . . . toga picta et -a t. donat Scipio (*datur eidem*: 31, 11, 11 dona ampla data a senatu . . . , toga purpurea et -a t. . . et toga praetexta *eqs.*). FLOR. epit. 1, 5, 6 ex Tuscis quod aureo curru quattuor equis triumphatur, togae pictae t. que -ae. CAPITOL. Gord. 4, 4 -am t. et togam pictam primus Romanorum privatus suam propriam habuit Gordianus *eqs.* TREB. Gall. 8, 5 imperator Gallienus medius cum picta toga et t. -a inter patres. VOPISC. Aurelian. 13, 3 cape . . . tibi ut consul . . . togam praetextam, t. -am, togam pictam *eqs.* ② toga -a: MART. 7, 2, 8 (*de Caesaris lorica*) -ae . . . ducem, sed cito, redde t. APVL. apol. 22, 6 exprobrares . . . triumphantibus quadrigas albas et t. -am? ACT. lud. saec. Sept. Sev. 5a, 78 Pighi (*a. 204*) (Severus et Anton) in (us togis p)almatis sump(t)is *eqs.* TERT. coron. 13 l. 5 coronas insignes ad deducendas tensas cum -is t. sumunt magistratus. SCHOL. Iuv. 10, 37 'tunicam Iovis' t. -am dixit Tyria purpura confectam.

③ alia nomina: VAL. MAX. 9, 1, 5 cum -a veste convivia celebrabat Metellus Pius (SVET. Claud. 17, 3 M. Crassus Frugi iterum triumphans. TERT. apol. 50, 3 [*de martyrio*] hic est habitus victoriae nostrae, haec -a v., tali curru triumphamus. AVSON. 419, 52 p. 366, 334 P. -ae v. meae ornamenta. CASSIOD. var. 6, 1, 1). PRVD. c. Symm. 1, 555 adiectus fastis, -a insignis abolla. VEN. FORT. carm. 9, 2, 125 (*ad regem*) vestibit genitos tunc (*sc. in resurrectione*) stola pulchra tuos aut -a chlamys rutilo contexta sub auro.

β transfertur: ① ad statuum: TREB. Claud. 3, 5 divo Claudio in rostris posita est columna -a statua superfixa. ② ad homines: de consule: HIER. epist. 23, 3, 1 divitem purpuratum et non -um consulem, sed sacratum (*i. designatum*). de episcopo (*cf. infra l. 67*): CONC. Carth. a. 525 (Corp. Christ. 149) p. 261 l. 259 infulatus sacerdos praesides et primus -us in radias (*sc. Bonifatius*).

b fem. pro subst.: α de ipsa veste: TERT. idol. 18 p. 51, 12 quo more nunc praetextae vel trabeae vel -ae . . . sacerdotum provincialium insignia sunt dignitatis. PANEG. 2, 9, 6 missas cum curulibus suis per rura -as (*sc. tempore prisco, cum triumphales viri rusticarentur; cf. SCHOL. Cic. Gron. D p. 308, 20 factus est consul C. Atilius Serranus, aratorium pulverem -a tersit [palma abs- Landgraf, Stangl]. SIDON. carm. 5, 304 humili dum iuncta camino victoris fumum biberet -a bubulci). VOPISC. Prob. 7, 4 te . . . manet pro virtutibus tuis Capitolina -a (*cf. 7, 5 ubi explicatur*: in hanc sententiam omnibus semper consulibus scribebatur). AVSON. 419, 53 p. 366, 341 P. (*verba Gratiani ad consulem*) -am . . . tibi misi. SYMM. epist. 6, 40, 1 -a amictus et consulari insignis ornatu. SERV. ecl. 10, 27 triumphantibus habent omnia Iovis insignia, sceptrum, -am. AMBR. in psalm. 1, 46, 2 quid iuvant consulares praetextae aut nitentes auro triumphales -ae (palmae var. l.)? PAVL. NOL. carm. 10, 253 caesareas. al. β fere pro dignitate ipsa (*est fere consulatus*): FIRM. math. 1, 7, 37 post triumphales purpuras, post pictas aureasque -as (4, 21, 5). SIDON. carm. 5, 5 post palmam -a venit Maioriano. 7, 155 -a cucurrit per proavos Aviti. epist. 8, 8, 2 quid . . . dissimulas optare*

-am? ENNOD. epist. 5, 2, 3 p. 125, 17. 8, 1, 5 p. 200, 13 opusc. 1, 15 p. 265, 21 CASSIOD. var. 6, 1, 5. 8, 1, 3.

2 *cetera exempla*: a *corporaliter*: de lapidibus (sc. effigie palmarum ornatis): PLIN. nat. 36, 134 lapides -i circa Mundam in Hispania . . . reperiuntur idque quotiens freris (inde 1, 36, 29). de domo quadam (fere est nomen): CASSIOD. var. 4, 30, 2 Curvae porticus iuxta domum -am posita. b *incorporaliter fere i. q. victoriosus, gloriosus*: POTAM. subst. 14 Migne suppl. 1, 207 (de cruce Christi ex palma fabricata) inde regia, quod caelestis, inde -a, quod vicerit. PS. HIER. epist. 5, 6 p. 68^c apud nos infirmitas . . . mater pro certo -ae virtutis est. m. *pro subst. de martyribus*: AVG. c. Cresc. 3, 67, 77 p. 482, 12 ecclesia parit multitudinem candidatorum et -orum (respicit ad apoc. 7, 9 palmarum in manibus eorum).

B *i. q. ramis palmarum similis (fortasse etiam l. 22)*: 1 *de ipsis foliis*: POTAM. subst. 14 Migne suppl. 1, 207 tanto celsior fit materies palmarum arboris, quanto -ae frondes adtolluntur in comam. 2 *per comparationem de fustibus incisus*: VICT. VIT. 1, 33 iubet rex in modum serrarum fustes robustos veluti -os cum stirpibus fieri.

II *per comparationem palmarum manus i. q. re palmarum simili instructus*: A *de cervis eorumque cornibus*: CAPITOL. Gord. 3, 7 in qua pictura . . . continentur cervi -i ducenti. DRAC. laud. dei 1, 275 cervus in arva fugax -is cornibus errat (1, 640, sed antea: frontibus arboreis. fortasse uterque locus ad ramosa cornua Vergiliana spectat, cf. vol. IV 965, 43 sqq.). B *de navibus, quae remis ad speciem palmarum instructae sunt (nisi ramis ut signis victoriae, ut ad IA pertineat)*: DRAC. Orest. 111 praeda venit -is puppibus.

inde **palmō**, -ātum, -āre. 1 *i. q. palmas vitis adligare*: COLVM. 11, 2, 96 -are, id est materias adligare, hoc tempore non expedit.

2 *spectat ad palmam manus*: a *de vestigio palmarum imprimendo*: obi. est paries cruentandus: PS. QVINT. decl. 1, 11 (inde 1 tit.) -tus sanguine paries inventus sic est: totam manum explicuit, omnes digitos diligenter expressit (antea: vestigio manus cruentatus). 1, 12 hinc est paries -tus et illinc? (ibid. bis). obi. est *vestigium imprimendum*: PS. QVINT. decl. 1, 12 cum manus ex parte, qua -are vestigium potest, plicetur in capulo. b *de alapa infigenda (cf. expalmo)*: ANON. proph. p. 19, 406 ille Michias qui -tus est ante Achab filium Emath (sec. III reg. 22, 24, ubi Vulg. percussit).

deriv.: cf. palmaticius, palmatoria.

v. Onom. (Palmatus).

palmēnsis, -e. a palma. nomen vini: PLIN. nat. 14, 67 vina laudantur quae a palma una forte enata -ia appellavere (v. André ad l.).

v. Onom.

***palmes**, -itis m. [cum palma coniungendum videtur; formationis haud plane perspicuae. Sch.] de origine: PAUL. FEST. p. 220 -es vitium sarmenta appellantur, quod in modum palmarum humanarum virgulas quasi digitos edunt (item a palma derivant SCHOL. Verg. Veron. georg. 2, 299. ISID. orig. 17, 5, 95 -s . . . diminutivum nomen est . . . quod a palma derivetur). nom. sing. -is: ENNOD. carm. 1, 3, 5. 1, 9, 165. GREG. M. epist. 9, 101 (bis). GLOSS.^L Corp. p. 135. de genere: masc. testantur EXC. Bob. gramm. I 552, 31 DVB. NOM. gramm. V 588, 16 GLOSS.^L I Ansil. PA 201; fem.: GLOSS.^L I Ansil. PA 203 ut -(s) (-a cod. L) fecunda; non agnoscenda putamus: CVRT. 4, 3, 10 (quae sc. arbores). COLVM. 5, 6, 34 (praecipitata sc. materia). CARM. de mens. 2, 37 (ipsa -e codd. praeter E). REGVLA Tarnat. 8, 14 (cum Hier. epist. 46, 12, 3 leg. curva sc. falce). de notione: EXC. Bob. gramm. I 552, 31 -s βλάστημα. SERV. georg. 2, 367 'stirpibus' solidioribus -bus, id est truncis. SCHOL. Verg. Veron. georg. 2, 299 ante bimatam (flagella), postea -es dicuntur vitium sine fructibus summitates. SCHOL. Hor. epod. 16, 45 termes dicitur extremus olivae ramus, sicut vitium -s. ISID. orig. 17, 5, 9 -s vitis materia mollis, qui per novella brachia emissus fructum adfert: nam ideo rustici partem vitis -em dicunt. GLOSS. -s: κλήμα τὸ τοῦς βότρνας ἔχον συνεκκοπέντας. ὄσχος. pars vitis est ubi uva nascitur, quasi palma. in vitibus velut principia flagellorum. -s letus: vitis brachiolum quo uvae sunt. -es: ἔρνη. sarmenta. legitur inde a VERG., CVLICE, OV., PAULI FESTO, SEN. philos., CVRT., COLVM., LVCANO, PLIN. nat. ['spica': francog. vet. et var. dial. sept. et or. cf. M.-L. 6172. Wartburg VII 516 sq. St.] [confunditur in codd. cum palma COLVM. 4, 17, 5.]

i. q. flagellum, sarmentum: I in vite (saepe sing. collect., maxime in poesi, ubi plur. non existat nisi COLVM. 10, 14 PETRON. frg. 27, 9; de varietatibus: COLVM. 5, 6, 29 PLIN. nat. 17, 181, cf. André, Lex. des termes de botan. s. v.; vitem silvestrem significare videtur COLVM. 10, 14). syn. vel iuxta pos. brachium COLVM. 4, 21, 1. 4, 21, 2. al. IREN. 5, 33, 3 AVIEN. orb. terr. 1189 PRVD. cath. 3, 54 c. Symm. 1 praef. 16 ENNOD. carm. 1, 3, 5 dict. 1, 8 p. 425, 8; flagellum COLVM. 3, 6, 3. 3, 10, 1. 3, 10, 22. al. PLIN. nat. 17, 208 IREN. 5, 33, 3 AVIEN. orb. terr. 500 SCHOL. Verg. Veron. georg. 2, 299 DRAC. laud. dei 1, 172; palma COLVM. 4, 26, 3. 4, 27, 4; pampinus OV. met. 4, 397 COLVM. 3, 6, 2. 4, 17, 4. al. PLIN. nat. 17, 153. 17, 175. al. AVSON. Mos. 191 SIDON. carm. 22, 46 DRAC. laud. dei 2, 235

Romul. 3, 8 ENNOD. carm. 1, 3, 5, cf. quae praefanda erunt s. v. pampinus; sarmentum COLVM. 3, 6, 2. 3, 6, 3. 3, 10, 1. al. PLIN. nat. 17, 174 AVG. serm. Rev. Bénéd. 30, 1913 p. 406, 316.

A *proprie*: 1 *strictius de vitis brachio (sc. eo, quod uvae fert vel ferre potest)*: a *exempla varia*: VERG. ecl. 7, 48 iam lento (laeto pars codd.) turgent in -e gemmae. georg. 2, 364 dum se laetus ad auras -s agit (ecl. 7, 48 supra, in var. l. CYPR. GALL. iud. 543. v. SIL. 12, 160 sub 2a). CVLICE 74 viridi cum -e lucens Tmolia . . . coma. OV. met. 4, 397 Minyadum pars abijt in vites et, quae modo fila fuerunt, -e mutantur. 8, 294 gravidi longo cum -e fetus. fast. 1, 152 nova de gravido -e gemma tumet. al. SEN. epist. 41, 7 vitem laudamus, si fructu -es onerat. PETRON. frg. 27, 9 error iussit inanis . . . -bus plenis Bacchum vincire (item est ornamentum vel signum Bacchi: SIL. 7, 198 vitis, thyrsos delapsa virenti Bacchi, festas Nysaeo redimivit -e mensas. STAT. Theb. 7, 570 -e maturo ornantur tigres [cf. NEMES. ecl. 3, 19]. TERT. coron. 7 l. 31 Argi signum Iunonis -e redimitum . . . insultantem ostentat novercam de exuviis . . . privigni. FIRM. math. 1, 2, 9 tu . . . frustra devoves vitium -es Libero tuo [item dedicatur: SIDON. carm. 23, 47 BOETH. arithm. 1 praef. p. 5, 20]. al.). STAT. silv. 2, 2, 102 -e maturo rorantia lumina tersit Nereis. 5, 1, 48 qualiter aequaervo sociatam -e vitem ulmus amat (cf. infra l. 67 et CE 1559, 10 [saec. III/IV] vitis . . . quattuor amplexat ulmos de -e dulci). MART. 6, 49, 9 si vel minimos . . . hoc de -e laeseris racemos. 12, 31, 2 haec textilis umbra supini -is. Ivv. 8, 78 stratus humi -s viduas desideret ulmos. AVR. Fronto p. 61, 10 v. d. H. decem partibus tuas litteras legere malim quam omnes Marsicos aut Gauranos -es: nam Signini quidem isti nimis raucidos racemos et acidos acinos habent. GELL. 19, 12, 9 uberrimos . . . vitium -es decidit homo agriculturae imperitus. ITALIA gen. 49, 11 (Ambr. Ioseph 3, 13. al.) alligans ad vitem pullum et ad -em pullum asinae suae (gr. ἔλικι, Vulg. vitem, Rufin. patr. 1, 2S. -em vitis; ibid. explicatur: ἔλικα . . . dicunt Graeci non tam -em, quomodo habent exemplaria nostra, quam illos quasi uncinulos . . . -is eqs.). al.

b *apud rerum rusticarum scriptores (sc. apud COLVM. et PLIN. nat.; apud PALLAD. pauca exempla e COLVM. mutuata invenimus)*: COLVM. 3, 2, 17 frondibus et -um pare(s) facie apianae vites. 3, 3, 6 vites ita multis -bus onerant plerique, ut posteritati non consulant. 3, 6, 3 malleolus . . . novellus est -s, innatus prioris anni flagello (3, 13, 5. 4, 21, 3 PLIN. nat. 17, 181. cf. COLVM. 5, 6, 26 novi [PLIN. nat. 17, 193]). 3, 10, 14 -em quamvis frugifera parte enatum, si fructum non adtulerit, ne vim quidem fecunditatis habere (3, 10, 21. 5, 6, 26. al.). 4, 15, 4 vere, . . . quo gemmare -es incipiunt. 4, 16, 4 -s . . . paucorum oculorum. 4, 21, 2 ut una vitis octo serviat -bus. 4, 24, 5 pampinarius -s (5, 6, 31. subst. subaudiendo: 5, 6, 29 -um duo genera sunt: alterum, quod ex duro provenit, quod, quia primo anno plerumque frondem sine fructu adfert, pampinarium vocant, alterum, quod ex anniculo -e procreatur, quod quia protinus, fructuarium appellant [sim. describitur genus PLIN. nat. 17, 181]. 5, 6, 31. 35). 4, 24, 10 focaneus -s (5, 6, 35). 4, 27, 4 nec orbos tantum detrahare -es verum etiam frugiferos (cf. 4, 24, 18 fructuosos [5, 5, 13]. v. l. 47. opp. 4, 27, 6 steriles). 4, 29, 11 autumnus . . . falcem maturis -bus admovet (v. vol. VIII 499, 5 sqq. et PRISCILL. sub B2). 5, 6, 23 quo robustiores -es agat materia (PLIN. nat. 17, 175 infra). 5, 6, 26 ut veteres -es, quibus proximi anni fructus pependit, omnes reciduntur (PLIN. nat. 17, 182). 5, 6, 33 praecipites -es dicuntur, qui de annotinis virgis enati in duro adligantur; hi plurimum fructus adferunt (5, 6, 35). al. PLIN. nat. 14, 10 vis earum vitium omnis evocatur in -es aut deprimitur in propagines. 15, 63 quidam sic cum -e ipso condunt uvae, capitibus eius scillae infixis utrimque. 17, 175 tertius vineae annus -em velocem robustumque emittit et quem faciat aetas vitem. 17, 241 invenimus . . . vitem et malum punicam stirpe fructum tulisse, non -e aut ramis. 18, 316 vindemiare incipito, cum ad -em pampinus procumbere coeperit. al. apud eundem.

2 *laxius potius cum respectu*: a *totius plantae (fortasse etiam hic illic sub Ia, e. g. VERG.)*: VERG. georg. 2, 90 non eadem arboribus pendet vindemia nostris, quam Methymnaeo carpit de -e Lesbos. OV. met. 14, 663 si staret . . . caelebs sine -e truncus ulmi (antea: socia . . . cum vite). 15, 710 Surrentino generosos -e colles. fast. 1, 354 -e debueras abstinuisse, caper (postea: vite). COLVM. 10, 14 -bus . . . feris laetatur terra. SIL. 12, 160 frondentia laeto -e . . . Nysaea cacumina Gauri. STAT. silv. 3, 1, 147 Icario nemorosus -e Gaurus. 4, 2, 36 vitifero (uvifero Krohn) sub -e nudos umbravit colles . . . Lyaeus. MART. 1, 88, 5 opacas -is umbras. 8, 40, 1 non horti neque -is beati . . . Priape, custos. AVIEN. ora 501 caespitis fecunditatem, qua pecus, qua -em . . . educat solum. orb. terr. 500 coma largi -is illic in Piceni culminibus tenditur. AVSON. Mos. 191 -e consitus amnis videtur. AMM. 14, 8, 1 Isauria . . . uberi -e viret. 23, 6, 41 Persis . . . antiqua minutis frugibus dives et -e. 23, 6, 45 Arabes -e . . . sunt locupletes. CLAUD. 20, 171 Nysaeo -e felix Hermus. al. b *uvae*: OV. fast. 4, 894 Iuppiter, e Latio -e musta feres. VAL. FL. 3, 5 -e Bacchum Bithyno Phrygiove satum. ARNOB. nat. 1, 21 ex nostris vinetis exprimi unum prohibeant dei -is (-es trad.) rorem. PRVD. c. Symm. 2, 219 purpureum . . . gravi fundit deus de -e sucum. CLAUD. 22, 263 -e largo vina fluens Oenotria. PS. AVG. serm. Wien. Stud. 50, 1932 [Adkin]

p. 136, 33 quis alius nisi Christus per occultas venarum fibras stillatos (stell. codd. plerique) -es liquat (laqueat trad.; item de aqua in vinum mutanda [in lusu verborum]: VEN. FORT. vita Marcell. 6, 22 unde tam nova miracula, ut . . . nasceretur illi -s in palma?). SIDON. carm. 17, 16 vina mihi non sunt, . . . quae . . . Sarapiano -e missa bibas.

B in comparatione, in imag. et translate: 1 loci sacrae scripturae et huc relati (cf. EVCHER. form. 3 p. 16, 13 -es: apostoli vel sancti [affert Ioh. 15, 5] . . .; et in malam partem [affert deut. 32, 32]): ITALA deut. 32, 32 (Rufin. Orig. in cant. 3 p. 186, 4) ex vinea Sodomorum vitis eorum hostium, et -s eorum ex Gomorra (gr. κληματίς, Verec. in cant. 2, 33 D. propago, Vulg. uva. inde IULIAN. in Os. 10, 1-3 -em Sodomorum). psalm. 79, 12 (Sangerm., sim. VVLG. et PSALT. Rom.) vineam ex Aegypto transtulisti . . .; extendit -es suos usque ad mare et usque ad flumen propagines eius (gr. κλήματα. huc spectat RVFIN. Orig. in exod. 6, 10 p. 202, 8. 12 symb. 21). Ioh. 15, 2 (cod. b, sim. VVLG.) omnem -em in me Christo non ferentem fructum tollit eum pater (gr. κλήμα, cod. q sarmentum ut: 15, 5 [cod. b, sim. VVLG.] ego sum vitis, vos -es estis. huc spectant: OPTAT. 2, 9 p. 45, 3 intellegite . . . vos esse abscisos -es a vite. HIER. hom. Orig. in Ezech. 5, 5 p. 377, 26 ut fiamus in vera vite Christo Iesu fructiferi -es. RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 185, 16 vinum, quod attulerunt illi -es, qui in Iesu permanserunt. 4 p. 225, 10 cuius vitis in anima humana -es purgat pater caelestis. PAVL. NOL. epist. 24, 10 NICET. appell. 1 p. 3, 4. al.). 2 exempla varia: PRISCILL. tract. 7, 117 (respicitur apoc. 14, 18) ut . . . virentis intellectus -es proferatis maturos. AVSON. 400, 3 p. 231, 16 P. (de opusculis publicandis) iam dudum ego ut -s audacior in hibernas adhuc auras improbum germen egissem. PRVD. c. Symm. 1 praef. 70 dum virgas steriles . . . de fidei -e concremant (Ps. AVG. serm. ed. Mai 118, 2 mater Christi se noverat de -e f. magnum produxisse botrum). PAVL. NOL. carm. 24, 697 hunc . . . vestra vite fustum -em (sc. liberos). AVG. conf. 1, 17, 27 laudes tuae . . . suspenderent -em cordis mei. ENNOD. dict. 8, 10 p. 448, 21 adstringe . . . artioribus vinculis . . . erratici -is lapsus (item de oratore iuvene: 9, 11 p. 453, 11. 22, 1 p. 493, 9 nec erumpentem in lucem laudis -em . . . truncamus). al.

II in arbore qualibet: CVRT. 4, 3, 10 falcebus -es (palmas Mützell) arborum eminentium ad se trahentes; quae ubi secutae erant, eqs. LVCAN. 4, 317 Pompeiani sitientes rore madentis destringunt ramos et si quos -e crudo arboris aut tenera sucos pressere medulla. PLIN. nat. 13, 30 suis inter ramos -bus racemosum est palmae pomum, utraque natura uvae atque pomi (item in palma: 13, 31 mas -e [in -e codd. plerique] floret [ibidem iterum]). AMBR. hex. 3, 13, 55 cultores praeiaciunt ramis eius palmae feminae dactulorum vel -um semina masculorum). TERT. coron. 7 l. 51 ut . . . nullum caespitem aut -em non alicuius dei capiti invenias consecratum. EVSTATH. Basil. hex. 5, 8, 6 in -es ramosque formatur umor (gr. p. 113^A ἀκρόμονας καὶ κλάδους).

deriv.: palmito; cf. palmesco. v. Onom.

palmēscō DIOM. gramm. I 344, 5 (inter incohativa quae primam positionem non habent). a palma, palmes derivandum videtur (cf. frondesco sim.).

palmētum, -ī n. a palma. scribitur -ent- GLOSS. II 472, 39. 472, 42. 500, 60; -it- in var. l. SOL. 56, 18 IUVENC. 3, 638 ITIN. Anton. Plac. rec. A 9. 34. de notione: SCHOL. Hor. epist. 2, 2, 184 -um, ubi palmae crescunt, sicut olivetum, ubi olivae. HIER. in Ezech. 47, 18 φοινικῶνος, id est -i. GLOSS. φοινικῶν.

i. q. locus palmis consitus: 1 plur.: HOR. epist. 2, 2, 184 cur alter fratrum cessare . . . praeferat Herodis -is pinguibus (PORPH.: per cuius -a magnas divitias significat). PLIN. nat. 5, 13 circa Atlantem montem fama exstare . . . vinearum -orumque reliquias. 5, 70 Hiericuntem -is consitam. 5, 73. 6, 131. 6, 161. 6, 205 -is caryotas ferentibus (inde SOL. 56, 18). STAT. silv. 5, 2, 138 an Solymum cinerem -aque capta subibis? TAC. hist. 5, 6, 1 in Iudaea -is proceritas et decor. IUVENC. 3, 638 (respicitur Matth. 21, 8) proxima . . . spoliant -a virore. HIER. in Ezech. 48, 23. Ps. AVG. serm. 170, 1 (nisi a Vignier confictus) depictus est ille resurrectionis hortus . . . pinetis cum -is. CASSIOD. Ios. antiq. 18, 31 plurimis consitae fuere -is Phaselis et Archelais (gr. φοινικῶν πλείστη φύτευσις). ITIN. Anton. Plac. rec. A 9 oliveta et -a. 34. 2 sing.: IVST. 36, 3, 3 -o et opobalsameto distinguitur vallis quaedam. Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 13 p. 626 erat in Hierichunte -um in quo balsamum gignitur (gr. I, 361 φοινικῶνα).

v. Onom.

palmēus, -a, -um. a palma, palmus (in mensura sub 2a). 1 spectat ad palmam arborem, i. q. confectus: a e ligno palmae: VITR. 10, 14, 3 capreoli tegantur . . . tabulis maxime -is (primis trad.; emendatur sec. Athen. mechan. p. 17, 14 φοινικίνους). VITAE patr. 6, 3, 17 surgens . . . mane senex accepit virgam suam -am. b e foliis: PAVL. FEST. p. 50 cumerae fiunt -ae vel sparteae ad usum popularem. COLVM. 5, 5, 15 -is tegetibus vineas adumbrabat (PLIN. nat. 12, 58). 12, 32 tomice -a aut iuncea ligato fasciculos. APVL. met. 2, 28, 2 iuvenem . . . pedes . . . -is baxeis inductum. PALLAD. 3, 27 -a sporta colabis vinum (11, 15. cf. 4, 10, 10 fiscella. APIC. 1, 3[4], 2 sportella). ORIGO Rom. chron. I p. 146, 4 thallos de

scopa -a (item p. 147, 22). c e fructu: PLIN. nat. 12, 79 perfusam vino -o accedentes stobrum arborem (24, 163. 164. 165. 166. 37, 185. omissa voce vinum: 23, 52 [cf. Diosc. gr. 5, 31, 1 φοινικίτης]).

2 spectat ad palmam manus: a in mensura i. q. longitudinem palmae habens: PLIN. nat. 26, 95 orchis herba sive serapias . . . caule -o (cf. Diosc. 3, 126, 1 W. κανλὸν σπιθαμῆς τὸ μῆκος). b de verberibus palma datis (respicitur Matth. 26, 67, cf. infra l. 35): ORIENT. carm. app. 3, 48 -a quem Christum caeco violarunt verbera pulsu.

10 **palmicius**, -a -um. a palma. scribitur in var. l. -it- SVLP. SEV. dial. 1, 11, 4. 1, 14, 2, -ac- DIOSC. 5, 53 p. 188, 10, -cum ibid. [sard. centr. palmitu. cf. Wagner II 208. St.] i. q. e palmae arboris parte confectus: 1 e foliis: SVLP. SEV. dial. 1, 11, 4 -am sportam (DIOSC. 1, 35 p. 23, 21 M. cf. PLIN. VAL. 3, 14 sportellam). 15 1, 14, 2 casu contigua . . . -a fiscella pendebat. 2 e fructu: DIOSC. 5, 53 p. 188, 10 de bino -u: vinu -u conficis sic eqs. (gr. 5, 31, 1 φοινικίτης. fortasse pro subst.: 5, 54 p. 189, 2).

ai ἀδελφίδες: palmidae GLOSS. III 256, 12 (cf. 185, 9 adelfides palmae). a palma (genus caryotarum).

20 **palmifer**, -a, -um. a palma et ferre. i. q. palmam ferens: 1 proprie: a palmas arbores (de terra sim., de populo Ov. met.): PROP. 4, 5, 25 -ae . . . Thebae. Ov. am. 2, 13, 8 Pharon. met. 10, 478 -os Arabas. ELEG. in Maecen. 1, 134 -is balsama missa iugis (sc. Iudaeae). SIL. 3, 600 Idymen. MART. CAP. 6, 702 insulae Fortunatae avibus plenae, nemorosae, -ae. b palmae ramos: 25 LVX. anth. 320, 13 dum -is (-geris Baehrens) post proelia tanta quadrigis . . . victores turba resolvit equos.

2 translate fere i. q. gloriosus, victoriosus (an etiam LVX. supra?): a -ae sunt res: ZENO 2, 18, 1 (1, 39, 1 L.) illustris martyrii -am trophaeis coronam competentis. Ps. HIER. epist. 5, 1 p. 61^C victoriae -um culmen. Ps. AVG. serm. 48, 3 cum -a castitate Iudith ad cives . . . festinat. serm. ed. Caillau 2, 85, 1 p. 141 -am contemplant in caelo salutem Stephanus. VICT. VIT. 3, 24 cursum -um consummavit Maioricus martyr. DRAC. Romul. 5, 274 -is . . . telis. b -r est 35 Christus (per ambiguum luditur cum palma manus sec. Matth. 26, 67): Ps. AVG. serm. ed. Caillau 1 app. 3, 1 post palmas in faciem quas excepit dominus Christus re vera -r.

40 **palmiger**, -a, -um. a palma et gerere. i. q. ramum palmae gerens: PLIN. nat. 35, 27 (in pictura) Nemean sedentem supra leonem, -am ipsam. SVLP. SEV. epist. app. 6, 1 -os biiuges ubi e circo recesserint, quietissime stabulari.

palmipedālis, -e. a palmus et pes, cf. sesquipedalis. palmo ped- habent codd. omnes VITR. 10, 14, 2, nonnulli 10, 15, 5. i. q. mensuram palmi et pedis habens: VARRO rust. 2, 4, 14 in haris ostium esse oportet et limen inferius altum -e. VITR. 10, 14, 2 postes . . . crassitudine quoquoersus -es. 10, 15, 2 tigno singulo . . . crassitudine -i, latitudine sesquipedali (cf. Athen. mechan. p. 21, 6 τὸ δὲ πάχος ἔ παλαιστῆς). 10, 15, 5 (de ariete) latitudine in imo -i, crassitudine (bi)pedali (cf. Athen. mechan. p. 23, 12 ἔ παλαιστῶν). 10, 15, 6 funes . . . habentes inter se -ia spatia. COLVM. 3, 19, 1 in clivosis . . . potest -is deponi malleolus.

deriv.: 2. palmipes.

55 **1. palmipēs**, -pedis adi. a palma et pes. i. q. pedes ad speciem palmae (sc. remi?) habens: PLIN. nat. 10, 29 (inde 1, 10, 32) aut . . . aduncos unguis habent volucres aut digitos, aut -um in genere sunt, uti anseres et aquaticae fere aves (cf. Arist. hist. anim. 504 a 7 στεγανόποδα). 11, 256 avium aliae digitatae, aliae -es, aliae inter utrumque, divisis digitis adiecta latitudine.

60 **2. palmipēs**, -pedis (-mop- v. VITR.). retrograde a palmipedalis. 1 subst. i. q. mensura palmi et pedis: VITR. 5, 6, 3 spectaculorum gradus ne minus alti sint -e (palmo pede var. l.). 2 adi. i. q. mensuram palmi et pedis habens: PLIN. nat. 17, 143 populus alba seritur bipedaneo pastinato, talea sesquipedali biduo siccata, -i intervallo.

65 **[palmiprimum olim falso PLIN. nat. 14, 102 pro pharnuprium.]** **palmito**, -āre. a palmes. i. q. germinare: LEX Sal. Merov. 34, 4 si quis per messem alienam iam -antem (sic cod. A1, expalm- sim. ceteri) . . . transversaverit.

palmo, -ātum, -āre v. sub. palmatus.

70 **palmop-** v. palmip-. **palmos** m., παλμός. i. q. palpitiatio: Ps. SORAN. quaest. med. 151 quid est -os? allevatio corporis ex musculis ab spiritu effecta, non ex arteriis, quae semper agitantur pulsibus, nec semper pulsans, sed temporibus aliquibus. GLOSS. med. ed. Heiberg p. 51, 5 -on Greci vocant saltum ventris ex parte palpitantis.

75 **palmōsus**, -a, -um. a palma. 1 i. q. palmis arboribus abundans: VERG. Aen. 3, 705 -a Selinus (SERV.: abundans palmis et apio. CLAUD. DON.: quod palmas copiosissime generet. cf. Sil. 14, 200 palmā . . . arbusta Selinus). 2 i. q. palmis victoriae ornatus (ex alia interpr. loci Vergiliani): SERV. auct. Aen. 3, 705 (post SERV. supra cit.) an -a ab equis nobilibus? (unde GLOSS. victoriosus).

***palmula**, -ae f. (-a n. plur. p. 155, 44, nisi audacius sing. -a cum plur. pruna iungitur). a palma deminutive. scribitur -mol- [Adkin]

GLOSS. III 88, 10 V 509, 16, in var. l. SVLP. SEV. dial. 1, 13, 8 IORD. Get. 149 GLOSS. IV 266, 36. NOT. Tir. 107, 94 palmola. GLOSS. πλάτη ἐν ἧ διαπλέομεν. φοῖνιξ, δρόξ. τὸ θέναρ, τὸ πλατὸ μέρος τῆς κώπης. extrema pars re(mo)rurum. extrema pars navis. GLOSS. I Ansil. PA 206 gubernaculi pars ima. legitur inde a LABER. infra l. 63, VARRONE, CATULLO, VERG., EPIST. imp. Aug., CELSO. [*species hordei*]: prov. vet. palmola et var. prov. vasc.; 'secale': lig. occ. parmura. cf. M.-L. 6173 (et Faré, Postille). Wartburg VII 517. St.] [confunditur in codd. cum palma e. g. CELS. 6, 6, 5 (etiam in exemplaribus EDICT. imp. Diocl. 6, 83L.), restituitur LABER. mim. 53.]

i. q. palma parva: I de palma manus: A de tota manu: VARRO Men. 355 valet et me -is producite (sc. applaudentes). APVL. met. 2, 7, 3 cibarium vasculum floridis -is rotabat in circulum Photis. 2, 17, 2 rosea -a. 3, 1, 2 -is in alternas digitorum vicissitudines super genua conexas. 3, 24, 4 in extimis -is. 8, 9, 2. FVLG. myth. 1 praef. p. 8, 10 Calliope ludibundo -ae tactu meum vaporans pectusculum. al. de corporis parte simili animalium: PLIN. nat. 9, 94 tranquillo . . . vectorem nauplium demissis (dim-trad.) -is ferire mare ut remis. APVL. flor. 12, 1 color psittaco viridis et intimis plumulis et extimis -is. B de parte lata et plana manus: APVL. met. 3, 21, 4 unguedine diu . . . -is suis adfricta . . . sese totam . . . perlinit Pamphile. 5, 20, 2 novaculam praecutam adpulsu etiam -ae lenientis exasperatam. 11, 10, 5 sacerdos quartus aequitatis ostendebat indicium, deformatam manum sinistram perfecta -a. TERT. apol. 9, 10 sanguis de femore proscisso [in -am] (-a rec. prima) exceptus.

II spectat ad palmam arborem vel eius partem: A de fructu palmae arboris (sing. q. d. generali: VARRO rust. 1, 67 [bis; addas capp. 1 p. 6, 23]. EXPOS. mundi 31 bis): VARRO rust. 1, 67 nucem iuglandem et -am et ficum Sabinam quanto citius promas, iucundiore utare, quod vetustate . . . -a cariosior fit. EPIST. imp. Aug. Suet. Aug. 76, 1 -as gustavimus. CELS. 1, 2, 9 -as pomaque et similia melius primo cibo adsumit stomacho parum valens. 6, 6, 5 nucleos -arum (MARCELL. med. 8, 122 -arum ossa vel n. [cf. SVET. Claud. 8 ossibus]). al. PELAGON. 370 in potione hiemali conficienda adiungis etiam -as tot (Hippiatr. gr. I p. 398, 6 φοῖνικας. Veg. mulom. 3, 28, 30 palmas). al. EXPOS. mundi 31 Nicolaum . . . -am in Palaestina regione, . . . similiter et Damascenam et alteram -am minorem . . . habent civitates praedictae (CASS. FEL. 48 p. 125, 21 -arum Nicolaorum carniurum. sed distinguitur Nicolaus sc. dactylus a -is: EDICT. imp. Diocl. 6, 83L. ISID. orig. 17, 7, 1). MARCELL. med. 20, 26 -is Thebaicis (SORAN. p. 69, 16 CAEL. AVR. acut. 2, 18, 109. 2, 37, 200. al.; distinguitur ISID. orig. 17, 7, 1). 22, 38 -as dactylos (distinguitur APIC. 7, 13 [11], 1 -as vel d.; -ae enumerantur inter genera dactylorum ISID. orig. 17, 7, 1). med. carm. 41 -a nec desint Edymes nec pruna Damasci. SORAN. p. 52, 15 -ae pingues (CAEL. AVR. acut. 1, 11, 90). DIOSC. 1, 118 p. 60, 23 M. mirobalanus a siccis -is stiptior est (cf. CAEL. AVR. chron. 2, 7, 105 aridis). CAEL. AVR. acut. 2, 18, 108 -as quas patetos vocant (2, 37, 203 chron. 4, 8, 126 CASS. FEL. 33 p. 70, 2). 2, 37, 200 -ae nucleas, quas cariotas appellant (distinguitur ISID. orig. 17, 7, 1). al., maxime apud script. rer. med. B de ipsa arbore: VARRO rust. 2, 1, 27 non scitis -as careotas Syrias (syriam trad.) parere in Iudaea, in Italia non posse? C de foliis vel ramis: PETRON. 40, 3 sportellae . . . duae -is textae, altera caryotis, altera Thebaicis repleta. VITAE patr. 5, 7, 27 inveniens paucas -as scidit eas monachus (ibid. sensu eodem palmae [gr. Nau 1908 p. 277 n. 195 θαλλία, sim. locis seq.]. item in plectis sim. faciendis: 5, 11, 51 infundebat -as suas. ibid. extendo -as istas. 5, 15, 26).

III transfertur ad alias res: A de parte lata et plana remi (fere per synecdochen pro ipso remo): explicationes (v. etiam GLOSS.): PAVL. FEST. p. 220 -ae appellantur remi a similitudine manus humanae. SERV. Aen. 5, 163 extrema pars remi in modum palmae protenta. ISID. orig. 19, 2, 7 -a est extrema latitudo remi, a palma dicta, qua mare impellitur. exempla: LABER. mim. 53 nec -arum (palmarum trad.) pulsus nec portisculi. CATVLL. 4, 4 sive -is opus foret volare sive linteo. 4, 17 tuo imbuisse -as in aequore dicit phasellus. VERG. Aen. 5, 163 laeva stringat, sine, -a cautes (item sing. q. d. generali: COMMENT. Lucan. 3, 609 si . . . dimittunt remos nautae, obliqua -a natant. PRVD. perist. 5, 462 rorante praepes -a. IORD. Get. 149 dehinc Dalmatiam . . . radens -a navigat). MIN. FEL. 29, 8 cum expansis -is labitur navis. HIER. epist. 100, 14, 1 -as dilatant gubernatores. SIDON. epist. 9, 16, 3 vers. 6 -am ponit manus. B de figura impressa cauterizando: VEG. mulom. 1, 28, 4 interdum . . . puncta infiguntur, . . . aliquando velut -ae fiunt. C de fasciculo, manipulo palma capto: MISC. Tir. p. 54, 20 ad dolorem intestinorum rosmarinum tritum cum aqua et -as duas rut(a)e et suco bibat (i. liquorem eius mixturae bibat; Fischer in plagulis rute cum suco iungendum suspicatur, -as ad II A referens).

deriv.: palmularis, palmularium.

palmulāris, -e. a palmula. i. q. ad palmam manus pertinens: MART. CAP. 8, 805 vers. 6 frictu . . . -i madidata tergit ora Silenus.

φοῖνικιον: palmulārium GLOSS. II 472, 38 (φοῖνικίων legendum putat Quicherat, Add. lex. lat. s. v.). a palmula.

palmulārius v. parmularius.

palmulum, -i n. (plur.) v. p. 155, 44. [falso legebatur olim pro pullum APIC. 6, 9 (8), 15.]

*palmus, -i m. [cf. sub palma. Sch.] inter genera mensurarum: VITR. 3, 1, 5 BALB. grom. p. 94, 14L. al. de notione: VITR. 3, 1, 8 -us . . . habet quattuor digitos (item: BALB. grom. p. 94, 18L. al.; aliter HIER. in Is. et ISID. infra). AMBR. in psalm. 38, 21, 1 σπιθαμῆ . . . -us est. ibid. palma . . . vel -us portio manus est metientis et aliquid comprehendens. HIER. in Ezech. 40, 5 l. 300 sqq. (cf. 43, 13 l. 785) -o qui rectius graece dicitur palaestes (v. supra 2. palaestes) et est sexta pars cubiti; alioquin -us' σπιθαμῆ sonat, quam nonnulli pro distinctione 'palma', porro 'palaesten' -um' appellare consuerunt. in Is. 40, 12 σπιθαμῆ . . . , hoc est -us (-a cod. unus), extentam significat manum a pollice usque ad extremum digitum (cf. ISID. diff. app. 159 est . . . haec mensura (sc. -us) a primo pollice usque ad minimum digitum). a voce q. e. palma distinguitur (v. etiam AMBR. et HIER. supra): CAPER gramm. VII 110, 18 -us in mensura, palma in manu (item ISID. diff. app. 159). GLOSS. -us: παλάμη. παλαιστής. παλαιστής χειρός. σπιθαμῆ. δοχμή. -um: ψημόθιν (σπιθαμῆν coni. Vulc., nisi legendum est plumbum). legitur inde a CATONE, VARRONE, VITR., COLVM., PLIN. nat., sc. in prosa oratione praeter ANTH. 209, 2. [confunditur in codd. cum palma PLIN. nat. 20, 245. HIER. in Is. 40, 12 restituitur: PLIN. nat. 17, 63. 21, 175), psalmus PLIN. nat. 35, 171, restituitur pro paulum PLIN. nat. 25, 68; deletur VITR. 3, 1, 5.]

i. q. pars lata et plana manus: 1 in mensura (metonymice de homine ANTH. 209, 2; ad rem v. supra l. 5 sqq. et RE XVIII 3, 262, 16 sqq.): a exempla strictius ad altitudinem, longitudinem, latitudinem spectantia: CATO agr. 43, 1 infimum sulcum latum p(edem) i et -um oportet esse (item acc. mensurae: 135, 6 PLIN. nat. 17, 81. cf. de latitudine: VITR. 7, 4, 2 ut ne plus pateant -um tegulae. PLIN. nat. 9, 44 tynni caudae latitudinem duo cubita et -um invenimus [Arist. hist. anim. 607b 34 σπιθαμῆς]. v. etiam infra l. 49). VARRO rust. 3, 5, 15 tabula . . . sit . . . in altitudinem -um. PLIN. nat. 12, 48 frutice . . . -i altitudine (item ad gen. mensurae accedit abl.: 12, 89. 24, 153 [Diosc. 4, 124 W. παλαιστιαῖος]). 12, 91 praecipua bonitas virgultorum tenuissimis partibus ad longitudinem -i (Theophr. hist. plant. 9, 5, 1 σπιθαμιαῖον, item Diosc. 3, 9, 1 W., unde Ps. APVL. herb. 110 l. 23 longitudine . . . -orum IV). 15, 25 frutice . . . non altiore -o (item abl. compar.: 21, 44. 25, 144. al.; acc. mensurae: 20, 117 (-um) alto [alio trad.] frutice recto [suppletum e Diosc. 3, 65 W. σπιθαμιαῖος]. 23, 131. 25, 68 [paulum vel parum trad.]. al.). 19, 121 pervenit ad -um altitudinis ocimum (Theophr. hist. plant. 7, 2, 1 σπιθαμιαῖον). 20, 245 ad -um altitudine increscit serpyllum. 22, 53 genera anthemidis -um non excedentia (24, 133 altitudine). 25, 48 caule -i (Diosc. 4, 148, 1 W. παλαιστιαῖον, palmeo vel -i altitudine coni. Mayhoff. item gen. mensurae nudo: 26, 108 binum -orum geranion [Diosc. 3, 116 W. διοσπίθαμα]. al.). 27, 121 polygala -um (-o trad.) altitudine inplet. al. ITALA exod. 28, 16 (Lugd.) quadratum erit rationale, . . . -um longitudinem et -um latitudinem (gr. σπιθαμῆς τὸ μήκος καὶ σπιθαμῆς τὸ εὖρος. VVLG. mensuram -i habebit tam in longitudine quam in latitudine [inde: EPIPHAN. Avell. p. 745, 16 habens . . . -um unum]). iud. 3, 16 (Lugd.) gladium . . . -um longitudinem (gr. σπιθαμῆς, Vulg. palmae). al. de liquore: COLVM. 12, 34 mustum decoquis ad -um, id est ad quartas. AVG. epist. 167, 12 utrum aquam stadiis multis super se habeat homo praefocandus altam an unum -um vel digitum. de homine: PLIN. nat. 7, 75 Augusto praeside minimus homo duos pedes et -um Conopas nomine in deliciis Iuliae neptis eius fuit. ANTH. 209, 2 (per ironiam metonymice de ipso homine brevi) regius est Abcar servus . . . rana nanus strobilus -us zeloceca cylindrus. VVLG. I reg. 17, 4 Goliath . . . altitudinis sex cubitorum et -o.

b cetera exempla: CATO agr. 135, 6 orbis medios . . . crassos pedem et -um. VITR. 2, 3, 3 quod est quoquo versus quinque -orum, pentadoron dicitur (de eadem re PLIN. nat. 35, 171). 3, 1, 7 cubitum . . . ex sex -is constare digitisque XXIII. ibid. iterum. 3, 1, 8 e cubito . . . cum dempti sunt -i duo, relinquatur pes quattuor -orum. COLVM. 1, 6, 17 infra mensuram -i non nascitur curculio. 5, 10, 13 nux a nuce minime -o absit (item arb. 22, 2). PLIN. nat. 17, 63 -o inter se distantes amygdalas. ITALA II par. 4, 5 (Complut. al.) vastitudo eius maris figurati -o (gr. παλαιστής, VVLG. vastitas eius habebat mensuram -i). PALLAD. 12, 7, 10 nec . . . plus quam -o debet abscondi semen. al. CHIRON 690 -um vel tres digitos. HIER. epist. 64, 16, 1 pannus . . . habens magnitudinem -i per quadrum. al.

2 vario usu: VITR. 1, 2, 4 uti in hominis corpore e cubito, pede, -o, digito ceterisque particulis symmetros est eurythmiae qualitates eqs. 2, 3, 3 δώρον . . . Graeci appellant -um (sim. PLIN. nat. 35, 171); . . . id semper geritur per manus -um. 3, 1, 5 si . . . in utrisque -is ex articulis ab natura decem sunt perfecti digiti (vix ad palma trahendum, cf. antea: digitum, -um, pedem, cubitum). ITALA Is. 40, 12 (Aug. epist. 120, 14. al.) caelum mensus est deus -o et terram pugillo (gr. σπιθαμῆ, VVLG. caelos -o ponderavit. inde: TERT. adv. Hermog. 45, 1. HIER. epist. 21, 7, 1 tenet [59, 5, 2. Ps. VIGIL. THAPS. trin. 5, 57 rec. II -o dei teneatur. ibid. continetur]. AVG. serm. 53, 13, 14 an ipse deus tantus est in sedendo quantus in -o? . . . nos enim -um angustio- [Adkin]

rem valde habemus quam partem corporis, qua sedemus; ille autem si tam latus est in -o suo eqs.).

deriv.: palmalis et palmaris (nisi a palma). cf. palmeus; ad pal-musculus v. l. 6.

compos.: bipalmis (-us), palmipedalis (palmo-).

palmusculus, -ī m. a palma sec. ramusculus formatum (si recte trad.). i. q. ramus palmarum arboris: PALLAD. hist. mon. I 20 virginem mortuam cum olearum ramusculis -isque navicula transfre-tantes (gr. p. 96, 12 B. βαῖων).

1. **pālo**, -āvi, -āre v. palor.

2. **pālo**, -ātum, -āre. a 1. palus. non nisi passivum vel ge-rundivum. i. q. palis fixis instruere: 1 in cultura vi-tium: COLVM. 4, 30, 2 castanieti iugerum sufficere posse totidem -andis iugeribus vineae. 11, 2, 11 vineae, quae sunt -tae et ligatae (PALLAD. 3, 20, 1. cf. COLVM. 11, 2, 16 partes vinearum). 11, 2, 95 ut vitis -etur (PALLAD. 4, 7, 2. addas 3 capp. 20. 4 capp. 7).

2 in architectura (soli firmandi causa): PALLAD. 12, 15, 2 alnus fabricae inutilis, sed necessaria, si umidus locus ad accipienda funda-menta -andus est (cf. Vitr. 2, 9, 10 palationibus).

deriv.: palatio. compos.: 2. depalo.

? 3. **pālo**, -āre. a 1. pala. i. q. pala vertere: PLIN. nat. 19, 60 octo iugerum operis -ari (par- var. l.) iustum est (cf. Colum. 10, 45 versetur robore palae dulcis humus).

4. **palo**, -āre. retrograde fictum videtur e propalare, cf. 1. de-palare. i. q. propalare: PROVERB. Graec. B 5 (Migne suppl. 4, 1268) de tribus regalibus moribus ... Graeci in proverbiiis -ant: eqs. Adkin.

[palolucupinula. nomen herbae corruptum: Ps. Diosc. Vind. 4, 43 p. 202, 15 φοῖνιξ· οἱ δὲ ῥοῦν, οἱ δὲ ἀγγύωπα, οἱ δὲ φοινικόπτερος, ... Ῥωμαῖοι παλολουκουπιουλα (var. l. -πιουμ). πάβουλουμ μουρί-νουμ Wellmann fort. reete, cf. supra vol. VIII 1674, 5 sqq.; nomen e palmula et pin(n)ula sec. gr. φοινικόπτερος compositum latere putat Stadler in schedis nostris syllabam κοῦν ut dittographiam expungens.]

[pālopedica falso legitur pro paloridica, q. v.] Gatti.

***pālor**, -ātus sum, -ārī et pālo, -āvi, -āre. [orig. inc. Sch.] scribitur -ll- e. g. PETRON. 46, 2 (loco non certo). AVIEN. orb. terr. 282. 1319. de formarum usu: part. praes. passim inde a PLAVTO Bacch. 1136, part. perf. (plerumque sine copula) LIV. 1, 11, 1. 2, 50, 6 al. apud eundem; formae finitae non nisi (praeter gramm. et GLOSS.) LIV. 5, 44, 5. 27, 47, 9. PETRON. 46, 2 (loco non certo). TAC. hist. 3, 17, 2. 4, 18, 3. 4, 70, 4 ann. 4, 48, 3. ITALIA num. 32, 13 (Lugd.). AMM. 14, 1, 9. 14, 4, 5. 19, 11, 5. 23, 5, 3. corripitur syllaba prima CYPR. GALL. iud. 353. de notione: PAUL. FEST. p. 220 -are id est errare. CHAR. gramm. p. 465, 24 B. -or ῥέμβομαι -tus sum. p. 468, 23 -o πλανῶμαι. GLOSS. -antes: sparsi, per diversa fugientes. vagantes, dispersi. errantes. al.; obscurum: GLOSS. III Abstr. PA 18 -antes: gaudentes (ubi -antes: vagantes proponit Thomson, bacchantes vel balantes: g. Heraeus apud Goetz in indice; ad ballare refert Land-graf, Arch. Lat. Lex. 9, 1896, 364). legitur inde a PLAVTO, LVCR., SALL., frequentat LIV., deest CIC., CAES. [confunditur in codd. cum pallere VERG. Aen. 10, 674 Ov. met. 15, 150. STAT. Theb. 11, 21 (legendum videtur pallentes, v. Venini ad l.). al., restituitur CORIPP. Ioh. 2, 418; item restituitur pro balare PLAVT. Bacch. 1136 PHAEDR. 3, 15, 1, pro parare (v. sub II); dub. in lacuna CE 417, 11; falsa var. l. PLIN. paneg. 30, 3.]

I i. q. huc illuc errare, fere cum notione dissipationis (de pluribus praeter PHAEDR. 3, 15, 1 AMM. 14, 1, 9): A verbum deponens: 1 -antur bestiae: a domesticae: PLAVT. Bacch. 1136 non vides, ut -antes (bal- trad., sed cf. 1138 a balant) [solae liberae] grassentur oves? (1] secl. Ernout, Questa). LIV. 22, 17, 4 quosdam boves -tos a suis gregibus (cf. Plutarch. Fab. 7, 1 σποράδες). PHAEDR. 3, 15, 1 inter capellas agno -anti (bal- trad.) canis: 'stulte', inquit, 'erras eqs.' AVR. Fronto p. 34, 5 v.d.H. oves consternatae disperguntur; aliae alibi -antes balantesque oberrant. b aliae: PLIN. nat. 9, 111 ducibus examinum captis facile ceteras conchas -antes retibus includi. VAL. FL. 4, 506 oculis -antia monstra (i. Har-pyias fugatas) secuntur Haemonidae. CE 417, 11 (saec. I) ut forte lucus(tae pal)a(ant)es (sic Bormann, sed post a esse f aut e ait Mommsen) timidae neque(u)nt defendere ses(e) (opp. agminibus iunctis).

2 -antur homines (per enallagen terga VERG. Aen. 12, 738):

a proprie: α vario usu: LVCR. 4, 575 -antes comites ... montis inter opacos quaerimus (cf. 576 dispersos). 5, 973 nec plangore diem magno solemque per agros quaerebant pavidi -antes noctis in umbris homines inculti. HOR. sat. 2, 3, 49 velut silvis, ubi passim -antes error certo de tramite pellit. APVL. met. 8, 29, 1 ad istum mo-dum -antes sacerdotes mendici omnem illam depraedabantur regionem. AVIEN. orb. terr. 1319 multi Indi, qua flumina nimbis auget hiems ... -antes (pall- trad.) obeunt beryllum. AMM. 14, 1, 9 vesperi per tabernas -batur et compita imperator. 23, 5, 3 obtruncatis pluribus civibus, qui pacis more -bantur effusius. 26, 10, 17 licenter per exiguas undarum reliquias -antibus plurimis, ut pisces manibus colligerent. PAUL. PETRIC. Mart. 2, 588 -antia ... agmina (sc. hominum metuen-tium daemonicum; cf. 586 diffugiunt trepidi). pertinet ad gentes sede carentes: SALL. Iug. 18, 2 Gaetuli et Libyes vagi -antes, quas nox

coegerat, sedes habebant (v. Skard, Enn. u. Sall. 44 sq. et cf. FRONTO p. 193, 26 v.d.H. vagi -antes, nullo itineris destinato fine). ITIN. Alex. 20 multis circa -antibus vicinisve gentibus. AVIEN. orb. terr. 282 Massylii ... populi per aperta locorum -antes (pall- trad.) agitant (cf. Prisc. periheg. 178 vagantes). AMM. 14, 4, 5 late (de Saracenis; cf. 4 vita est illis semper in fuga). 22, 8, 42 -antes per solitudines vastas Scythas. 31, 2, 15 -ari ... per diversa.

β spectat ad ordines solutos militum: ① populantium, frumentantium sim.: SALL. Iug. 44, 5 lixae permixti cum militi-bus ... vagabantur, et -antes agros vastare eqs. LIV. 2, 50, 6 cum ... -ti ... passim vaga ... raperent pecora. 3, 5, 10 -tos praedam agen-tes. 4, 58, 3 -ti ad praedandum hostes. 7, 17, 8 multos populatores agrorum vagos -antes oppressit (23, 42, 12. 43, 23, 4). 10, 2, 10 prosperum ... in -tos praedatores proelium fuerat (10, 20, 5 in agris -antes). 22, 24, 2 ut impetus ... in frumentatores -tos ... fieret (31, 38, 6 -tos per agros. cf. AMM. 24, 5, 5 pabulatoribus paucis licenter -antibus). al. ② fugientium, cedentium sim.:

VERG. Aen. 5, 265 Demoleos cursu -antis Troas agebat (11, 734. SIL. 4, 571 dispersis ... signis. 13, 228). 9, 780. 10, 674. 12, 615. 12, 738 terga dabant -antia Teucris (cf. SIL. 5, 445 -antum ... terga. 7, 680 -antis ac versos terga). LIV. 5, 28, 11 ut ... -ti fugerent (cf. 21, 61, 9 diffugere. 22, 52, 4 perfugissent [TAC. hist. 1, 68, 1]). 5, 46, 4 Romanis ... convenientibus ex agris, qui aut proelio adverso aut clade captae urbis -ti fuerant. 7, 8, 6 agmen ... fugientium ab Signinis ... fuscum ac per agros trepida fuga -tum est (23, 40, 5 per agros silvasque. SIL. 2, 162 TAC. hist. 3, 17, 2. cf. LIV. 8, 24, 10 con-trahens ... suos ex f. -tos [40, 33, 8]. VVLG. iud. 20, 45 in illa ... f. -antes et in diversa tendentes. v. PRVD. sub 3a). al. VAL. MAX. 3, 7, 4 Gallos ac Ligures ex acie sine ducibus et signis sparsos ac -antes.

SIL. 4, 401 toto -antis aequore turmas. 5, 469. 15, 480 -antia ... agmina. STAT. Theb. 7, 724. TAC. Agr. 38, 1 Britannii -antes ... trahere vulneratos eqs. hist. 4, 18, 3 legionarius miles ... arma ordi-nesque retinebat; Vbiorum ... auxilia foeda fuga dispersa totis campis -antur. 4, 60, 2 pugnacissimus quisque in vestigio, multi -antes occubuere. 4, 70, 4. 4, 77, 2 ann. 3, 39, 2. al. inde in imag.: CLAVD. MAM. anim. praef. p. 20, 9 tertius liber aliquantum in sui primordio argumentatur, post saucios ex adversa acie -antes insequitur (sc. auctores dissidentes).

③ exempla varia vel ambigua: SALL. Iug. 54, 9 ignoratus Iugurtha Romanos -antis repente adgreditur. 66, 3 milites -antis inermos, quippe in tali die ac sine imperio, adgrediuntur Numidae. LIV. 1, 11, 1 raptim et ad hos Antemnates Romana legio ducta -tos in agris oppressit. 5, 44, 5 ob-sidionis taedio victi abscedunt vagique per agros -antur. al. CVRT. 5, 13, 11 (ibid. exercitum ... inconpositum inordinatumque proce-dere). TAC. ann. 1, 30, 3 pars extra castra -antes seditiosi (cf. 4, 48, 3 cum pars munitionibus adiacerent, plures extra -rentur). 1, 51, 1 sine vulnere milites, qui semisomnos, inermos aut -antis ceciderant. FLOR. epit. 1, 17, 5 inconditis atque -antis. PANEG. 12, 6, 2 nec ... temere ac passim vagis hostibus, ut facile -antes caederentur, sed acie in cunei modum structa. al.

b translate (spectat ad condicionem animi): α imagine erroris praevalente: LVCR. 2, 10 sapientum templa, despiciere unde queas alios passimque videre errare atque viam -antes quaerere vitae (cf. Ov. met. 15, 150 -antes ... homines passim et rationis egentes despectare). PETR. CHRYS. serm. 6, 1 ut vagos populos, -antes (var. ll. pall-, bal-) plebes, dispersas longe lateque gentes velut errantes oves in unum pastor misericors (i. Christus) congregaret. β imagine dissipationis praevalente (fere i. q. discordare): SOL. 1, 61 Iolaus Sardiniam ingressus, -antes incolarum animos ad concordiam eblan-ditus, Olbiam ... extruxit.

3 -antur res inanimae: a stellae: LVCR. 2, 1031 -antia sidera passim. VERG. Aen. 9, 21 -antis ... polo stellas (SERV.: bene '-antes', quasi in alienum tempus errore venientes. SERV. auct.: epitheton stellarum perpetuum. inde CORIPP. Ioh. 2, 418 [pallentes trad.]). a via aberrando: PRVD. apoth. 623 Christo nato -antes (pallentes var. l.) Geminis fuga separat. b flammae: AMM. 17, 7, 8 -antes ... flammaram ardores (sc. terrae motu excitati).

B verbum activum (inter verba activa CHAR. gramm. p. 468, 23 B. p. 474, 5): PAUL. FEST. p. 220 Palatium ... mons Romae, appellatus est ... quod -are, id est errare, ibi pecudes solerent. SVLPICIA sat. 43 veluti turbante Camillo ... Galli fugere ... sic nostri -are senes (i. philosophi) dicuntur.

II i. q. errantem facere: ITALIA num. 32, 13 (Lugd.) iratus in furore dominus super Istrahel factus: et -vit (par- trad.) eos in deserto XL annis (gr. κατεργόμυσεν, Vulg. circumduxit). fortasse huc pertinet sensu dissipandi PETRON. 46, 2 belle erit, etiam si omnia hoc anno tempestas dispere pallavit (varia temptant edd.; v. vol. V 1, 1392, 48 et Stefenelli, Volksspr. im Werk d. Petron, 98).

? III i. q. pererrare: AMM. 19, 11, 5 quam ob rem relictis laribus ... -rentur varia Limigantes (per supplent edd. plerique coll. 14, 1, 9. 16, 2, 2. 27, 9, 7. al.).

syntactica notabiliora: accedit praepos.: per: LIV. 4, 46, 7. 5, 44, 5. 7, 1, 3. et saepius. in cum abl.: LIV. 1, 11, 1. 4, 55, 4. 10, 20, 5 ITALIA num. 32, 13 (Lugd.). a suis gregibus LIV. 22, 17, 4.

[Adkin]

inter capellas PHAEDR. 3, 15, 1. *cum abl. loci*: VERG. Aen. 9, 21 SIL. 4, 401 TAC. hist. 4, 18, 3. *accedit saepe passim* (LVCR. 2, 1031 HOR. sat. 2, 3, 49 Ov. met. 15, 150 LIV. 2, 50, 6. *al.*) *vel vagi* (SALL. Iug. 18, 2 LIV. 5, 44, 5. 7, 17, 8. *al.*).

part. praes. et perf. pro adi. v. supra; pro subst.: part. praes.: HOR. sat. 2, 3, 49 LIV. 23, 26, 7 SIL. 5, 469. *al. part. perf.*: LIV. 22, 32, 2. 28, 30, 2. 32, 12, 8. *al.*

part. praes. adv. palanter. GLOSS. ed. Thomas, Sitz.-Ber. Münch. Ak. 1868 II 401 -r: incomposite, disperse (cf. GLOSS. I Ansil. PA 108-9 *explicatione omissa; cod. Monac. lat. 14429* [-llent-trad.] indigeste, inconstanter, incomposite, disperse [*inspexit Gatti*]).

deriv.: palabundus, palitor.

compos.: dispalor, impalo, propalor.

Adkin.

paloridica, -ae f. a 1. palus et ridica. -red- lapis. *genus pali significari videtur*: EDICT. imp. Diocl. 12, 27sq. -a sine ferro . . . cum ferro (*in capite de materiis. de textu et interpret. v. Crawford-Reynolds, Zeitschr. Pap. Epigr. 26, 1977, 145, qui conferunt 14, 1a rediges sive pali et CIL X 114, 38 palum ridicam . . . sufficiens pedaturae vineae*).

[**palosticaria** ut cognomen Iunonis perperam legi videtur CIL I² 2439, v. INSCR. lib. rei p. Degrassi 167 cum adn.] Gatti.

***palpabilis**, -e. a palpare. inde ab ITALA, IREN., non nisi apud ecclesiasticos.

20 *testimonia*: DON. gramm. IV 374, 13 nomina alia verbis similia, ut comedo, -o (CLEDON. gramm. V 37, 22 sic et . . . hic -o, huius -onis. CONSENT. gramm. V 341, 2 GRAMM. suppl. 76, 7. 12 -o, -inis). EXPLAN. in DON. gramm. IV 538, 18 comedo, -o: sic vocitati sunt quidam. PRISC. gramm. II 121, 18 in o masculina . . . derivativa, ut . . . a palpando -o (EVTYCH. gramm. V 454, 23). EVTYCH. gramm. V 459, 34 palpo . . . et indago . . . verba habent adhaerentia sibi nomina . . . -o, indago *eqs.* GLOSS. V 509, 11 -em: adolatorem (574, 56). 607, 62 -es: qui ducunt caecos (*ex Osbernio, cf. Loewe, Prodromus 51*).

palpor v. 1. palpo.

30 palpus, -i m. (*an palpum, -i n. ? exstat abl. -o praeter PLAVT. Pseud. 945*). [*eiusdem stirpis videtur ac palpebra, q. v. Sch.*] *i. q. palma blande contrectans, palpans (vergit in sensum translatum blanditiarum)*: PLAVT. Amph. 526 (*cf. 507 palpabitur*) timidam *Alcmenam* -o percutit *Iuppiter* (Merc. 152 [*servus domino*] -o percutis [*percutit Non., v. l. 16; cf. 169 palpatur; nullust . . . blandior*]). Pseud. 945 (*loquitur Simia sycophanta*) mihi oprudere non potes -um (*pulpam Corbett, Eranos 59, 1961, 86 sqq.*). PERS. 5, 176 ius habet ille sui, -o quem ducit hiantem cretata ambitio (*sic distinxit Bücheler, Rhein. Mus. 42, 1887, 472; ille . . . palpo intellegebant ed. priores. cf. ITIN. Alex. 41 arcere hominem Alexandrum et deducere -o temptabat Callisthenes*).

cf. palpo(r).

Adkin.

palteum in GLOSS. pro balteum.

palūda v. 1. paludus.

45 palūdamentum, -i n. [*sensus artius cohaeret cum paludatus; sed de origine nihil constat nec liquet, qua ratione hae duae voces cum 1. paludus (paluda?), cuius notio parum intellegitur, iungi possint. Sch.*] *de origine*: VARRO ling. 7, 37 propter quod conspiciuntur, qui ea habent, ac fiunt palam, -a dicta (*sim.* ISID. orig. 19, 24, 9 -um . . . dictum aliquibus videtur, quod eo indutus palam faceret imperator bellum futurum). GELL. 7, 12, 3 (*negat compositum esse*).

50 NOT. Tir. 114, 38. *de notione*: VARRO ling. 7, 37 paluda a -is; haec insignia atque ornamenta militaria (FEST. p. 253 omnia . . . m. o. -a dici. cf. GLOSS. V Abba PA 7 -a: ornamenta militum. v. et l. 61). NON. p. 538, 32 -um vestis, quae nunc clamis dicitur (*inde GLOSS. III Abol. PA 34*). ISID. orig. 19, 24, 9 -um erat insigne pallium imperatorum cocco purpuraque et auro distinctum (*affert SALL. p. 169, 6*) . . . ; erat . . . pallium bellicum. GLOSS. -um: φοινικίς. χλαμύδα τὸ μαρτίον. vestimentum militare. vestimentum belli ut toga pacis (v. p. 169, 8). genus vestimenti bellici, id est haecilae (*anglosax.*). GLOSS. I Ansil. PA 228 insigne ducum et imperatorum e cocco aut purpura. V Abba PA 6 (*cf. Aa P 64*) ornamentum militiae; id est vestis superior sicut toga aut clamis, pessum seu mantum; unde hi, qui in provincia(m) proficiscuntur, paludati vocantur. Aa PA 41 ducatoris (*cf. GLOSS. V 509, 13 ducator; vix per metonymiam*). LYD. mag. 2, 4 παλουδαμέντοις· αἱ δὲ εἰσι διπλακες ἀπὸ κόκκων κτλ. legitur inde a VARRONE (*in prosa tantum oratione; non apud CIC., qui, quamquam adi. paludatus ei non alienum est, voce q. e. sagum uti solet, fere in Phil.*).

70 *i. q. sagum militare, maxime illud insigne ducis exercitus (Romanorum fere; ex Etruria ortum testatur FLOR. epit. 1, 5, 6; sensus, quem exhibent interpretes veteres l. 51 sqq., apud auctores nusquam manifestus invenitur; vix de homine l. 64)*: 1 *quorumlibet* (*fere militum*): SALL. hist. frg. 3, 106 -a ostentari (*Kritz, ostari sim. trad.; contextu parum dilucido*). LIV. 1, 26, 2 cognito . . . -o sponsi (*sc. inter spolia, quae Horatii de Curiatii tulerant; eadem narrantur VIR. ill. 4, 8*). AMM. 14, 11, 20 ablatis regiis indumentis Caesarem *Constantium* tunica texit et -o communi. HIER. epist. 79, 2, 4 nihil nocuit militanti -um et balteus et apparitorum catervae (*de centurione religioso sec. act. 10, 1 sq.*). 145, 1 quis . . . non diligit eum, qui sub -o et habitu militari agat opera prophetarum . . . ? *inde de veste nobili (cf. p. 169, 5; fortasse per lusum verborum cum palliolo, v. l. 56 et Løyen ad l.)*: SIDON. epist. 4, 9, 3 novo genere vivendi monachum complet non sub palliolo, sed sub -o *vir illustris inter vitam cultiorem sacrarum script. studiosus*.

[Hodges]

2 *imperatorum* (inde etiam *lictoris*, v. sub c; de colore v. e. g. VAL. MAX. 1, 6, 11. 1, 8, 8 PLIN. nat. 22, 3; cf. Ps. AVG. serm. Migne suppl. 1, 295 non nobis textile -um aut vario stamine picta vestis pendet ex humeris. VICTRIC. 26 si quis saecularium principum nostram nunc viseret civitatem, . . . -i flammam ac Tyrium myricem miraretur): a *ducis exercitus*: SALL. hist. frg. 1, 87 togam -o mutavit (cf. PLIN. paneg. 56, 4 -o mutare praetextam. ISID. orig. 19, 24, 4 toga . . . Romani in pace utebantur, belli autem tempore -is). LIV. 9, 5, 13 a consulibus abire lictores iussi -aque detracta *victis*. 25, 16, 21 -o circa laevum brachium intorto . . . in hostis impetum fecit *Gracchus*. VAL. MAX. 1, 6, 11 pullum ei *Crasso* traditum est -um, cum in proelium exeuntibus album aut purpureum dari solet. 1, 8, 8 *Cassius Caesarem mortuum* vidit humano habitu augustiorem, purpureo -o amictum . . . in se impetum facientem. 5, 1, 11 quo . . . honoratius cremaretur, inici ei *Bruto* suum -um iussit *Antonius*. PLIN. nat. 22, 3 coccum imperatoris dicatum -is. SVET. Iul. 64 nando . . . evasit ad proximam navem . . . -um mordicus trahens, ne spolio poteretur hostis. Aug. 10, 4 *Octavianum* sine -o equoque . . . apparuisse post fugam. FLOR. epit. 2, 13, 59 relicto a *Caesare* . . . -o. APVL. apol. 22, 7 hoc *Diogeni* et *Antistheni* pera et baculum, quod regibus diadema, quod imperatoribus -um eqs. (vix ad b). OROS. hist. 6, 18, 32 *Lepidus* . . . deposito -o assumptaque veste pulla supplex *Caesari* factus eqs. transfertur ad habitum *graecum* (de *Dioscoris* in pugna visis v. Pease ad Cic. nat. deor. 2, 6): IVST. 20, 3, 8 duo iuvenes diverso a ceteris armorum habitu, eximia magnitudine et albis equis et coccineis -is (chlamydis -is var. l., -is del. Rühl ut gloss.) pugnare visi sunt. b *principis* (eius uxoris PLIN., filii TAC. hist.): PLIN. nat. 33, 63 *Agrippinam* *Claudi* principis . . . indutam -o aureo textili sine alia materia (sed cf. TAC. ann. 12, 56, 3 ipse *Claudius* insigni -o neque procul *Agrippina* chlamyde aurata praesidere). TAC. hist. 2, 59, 3 *filium Vitellii infantem* -o opertum. Ps. AVR. VICT. epit. 3, 9 phalerato equo insignisque aenea corona, quasi triumphans indutus aureo -o, curru biugo decucurrit *Caligula*. AMM. 21, 5, 12 supplicem imperator *Iulianus* -o protexit. 23, 3, 2 *Iulianum* -um purpureum propinquo suo tradidisse *Procopio*. 26, 6, 15 *Procopius* nusquam reperto -o tunica auro distincta, ut regius minister, indutus. c *lictoris* (de lictoribus paludatis cf. p. 170, 1): HIER. epist. 1, 7, 3 furens et anhelus lictor, -o in cervicem retorto, dum totas expedit vires, fibulam, quae chlamydis mordebat oras, in humum excussit.

cf. paludatus et 1. paludus.

palūdātus, -a, -um. [v. sub paludamentum. Sch.] de origine et formatione: PRISC. gramm. II 441, 25 a paludamento -us. 562, 15 (nomen, non participium esse contendit). NOT. Tir. 114, 37. de notione: VARRO ling. 7, 37 ad bellum cum exit imperator ac lictores (cf. p. 170, 1) mutarunt vestem et signa incinuerunt, -us dicitur proficisci. FEST. p. 253 -i in libris auguralibus significat, ut ait *Veranius*, armati, ornati. GLOSS. -us: clamidatus (ad IVV. 6, 400 v. sub IBI). mantuatus. -i: blavati (clavati suspicatur *Heraeus*). -is: mantuatis. legitur in sermone augurali (v. FEST. supra et SCHOL. Verg. infra) et inde a LVCIL.

i. q. paludamento indutus (de Romanis praeter AMPEL.):

I de hominibus: A de variis militibus (et usu inde derivato): SCHOL. Verg. Veron. Aen. 10, 241 (verba auspiciantis e *Sabidio* citantur) equites et pedites nomenque *Lati*(num, contubernales, cincti, armati, -i. LVCIL. 393 pone -us stabat rorarius velox (veles *Lachmann*; sunt qui -us in -um vel -os mutant, ut potius trahatur ad p. 170, 16).

transfertur ad virgines *Salias*: FEST. p. 329 *Salias* virgines *Cincius* ait esse conducticias, quae ad *Salios* adhibeantur, cum apicibus -as; quas *Aelius Stilo* scripsit sacrificium facere in *Regia* cum pontifice -as cum apicibus in modum *Saliorum*.

B de imperatoribus (eorumque lictoribus): 1 vario usu: VARRO ling. 7, 37 v. supra l. 45. LIV. 2, 49, 3 consul -us egrediens in vestibulo gentem omnem suam instructo agmine videt. IVV. 6, 400 cum . . . -is ducibus (SCHOL.: euntibus ad militiam, chlamydati scilicet). AMPEL. 16,5 *Pseudophilippus* in arce regni -us ius dicit.

2 in libera re publica, de magistratu vel promagistratu ex urbe in provinciam proficiscente (lictoribus eius p. 170, 1, cf. l. 46; usus fere technicus voci q.e. paludamentum insolitus praeter p. 168, 63): a in iunctura -um exire: CIC. Verr. II 5, 34 cum -us exisset votaque pro imperio suo . . . nuncupasset. Sest. 71 malis omnibus atque execrationibus. CAEL. Cic. fam. 8, 10, 2 (verba senatus consulti). CASS. Cic. fam. 15, 19, 2 *Pansam* nostrum . . . -um ex urbe exisse. CAES. civ. 1, 6, 6 votis nuncupatis (LIV. 41, 10, 11). FAST. cos. Capitol. a. 44 a. Chr. (Inscr. Ital. XIII 1 p. 59). LIV. 40, 26, 6.

b in iunctura -um proficisci: CIC. prov. 37 proficiscetur -us? Pis. 31 in provincias (LIV. 41, 5, 8). Phil. 5, 24 neque sacrificiis sollempnibus factis neque votis nuncupatis non profectus est, sed profugit -us (LIV. 42, 49, 1. cf. p. 170, 16). Att. 4, 13, 2 *Crassum* . . . aiunt profectum -um. fam. 15, 17, 3. LIV. 37, 4, 2 omnibus . . . paratis. 42, 27, 8 praetor. c alia: CIC. Phil. 13, 19 egressus est non viis, sed tramitibus -us (LIV. 36, 3, 14. VAL. MAX. 5, 6, 3 portam). fam. 13, 6, 1 cum te *proconsulem* prosequeretur -um. epist. frg. IV 25 *W. Antonius* demens ante lucem -us. LIV. 21, 63, 9 ne . . . -us . . . cum lictoribus in

provinciam iret. 31, 14, 1 -is lictoribus profectus ab urbe (41, 10, 5 non -is [pabul- trad., corr. ed. pr.] l. eqs. 41, 10, 7. 13. 45, 39, 11 consul proficiscens praetorve -is l. in provinciam). 41, 17, 6 loco lacunoso. MACR. Sat. 1, 6, 2 nullis hodie officiis publicis occupari fas esset; togatus certe vel trabeatus -usve seu praetextatus hac die videtur nullus.

3 sub principatu, de principe: TAC. hist. 2, 89, 1 *Vitellius Romam ingressurus* -us accinctusque (postea: sumpta praetexta; eadem paulo aliter refert SVET. Vit. 11, 1 urbem . . . introiit -us ferroque succinctus eqs.). SVET. Claud. 21, 6 praesedit . . . -us (cf. p. 169, 34). Galba 11 deposita legati suscepit *Caesaris* appellationem, iterque ingressus est -us. CAPITOL. Aur. 14, 1 profecti . . . sunt -i ambo imperatores.

II transfertur ad aulam (sc. principis): CLAUD. 28, 596 ducibus circumstipata togatis iure -ae iam curia militat aulae.

masc. pro subst. (cf. p. 169, 57): CIC. Phil. 3, 24 iter -i (sc. *Antonii proconsulis*; de eadem re v. p. 169, 78). SEN. epist. 95, 31 quae clam commissa capite luerentur (luerent, tum codd.), quia -i fecere, laudamus. SIDON. epist. 5, 7, 3 invident tunicatis otia, stipendia -is.

cf. paludamentum et 1. paludus.

palūdēnsis, -e. a 2. palus. i. q. paluster: INSCR. Année Epigr. 1934 n. 40, 10 (aet. *Commodi*, *Thamugadi*) opus aquae -is conquirendae concludendaeq(ue) inchoari fieriq(ue) curavit. cf. Onom.

palūdester, -stris, -stre. a 2. palus, iuxta paluster (v. *Morland*, Die lat. Oribasiusübers. 1932, 128). padulestr- GLOSS. med. ed. Heiberg p. 80, 18, cf. padulustr- HIPPOCR. aer. 1 (palustr- var. l.; sc. per confusionem inter -r et paluster). nom. sing. fem. -ia per heteroclisin HIPPOCR. aer. 18 (-is corr. *Kühlewein*). GLOSS. I Ansil. PA 237 palustri: -i (similiter per corr. PL 212). inde ab HIPPOCR. aer.

i. q. paluster: 1 de rebus: a de aquis sim.: HIPPOCR. aer. 1 utrum -bus (padulustr- cum var. l. palustr-) utantur aquis an eqs. ([gr. ἐλώδεσι]. 7 stagnosae et -es [gr. λιμναῖαι]. 8 [gr. ἰτέμ]. 10 -bus et stagnosis [gr. ἐλείωσι]. 24 loco stabiles . . . et -es [gr. ἐλώδεα]. PHILAGR. med. 4 p. 175, 21. ORIBAS. eup. 1, 14, 12 [gr. ἰλωδῶν]). CAEL. AVR. salut. praec. 39 lavacra . . . fontana vel imbrilia, fluminalia vel -ia (sic cod. Aug., palustr- cod. Lond.). CASSIOD. var. 2, 32, 2 mare. 2, 32, 4 quantum spatii restagnatis incursibus -is illuvies occupavit. b de locis sim.: HIPPOCR. aer. 15 regio (gr. ἐλώδης. 24 gr. λιμακώδεα). 18 desertio . . . campestris et -ia (gr. λιμακώδεα). ORIBAS. syn. 4, 1, 1 Aa humidis aut -bus locis ([cf. gr. τέλασσην, La paludibus]. 6, 24, 3 Ab gr. ἐλώδους. 7, 13, 6 Aa aquis et -bus l. [gr. ἐλείων, cf. La paludibus]. GLOSS. med. ed. Heiberg p. 80, 18). n. plur. pro subst.: HIPPOCR. aer. 13 naturae montibus similes . . . aliae vero stagnosis et -bus (gr. ἐλώδεσσην). addas fortasse HIPPOCR. aer. 15 (syntaxi turbata) victus . . . sunt hominibus -bus (cf. gr. ἐν τοῖς ἔλεσσην. est h. -is emendat *Kühlewein*).

2 de animalibus: PHILVM. med. 3 p. 142, 3 de avibus . . . ea danda sunt, quae non sunt saginata, praeter -ia (-es var. l.). PHILAGR. med. 3 p. 171, 17 pisces pelagici et -es (4 p. 175, 21 p. -es omnes et pelagicos. RVF. podagr. 10).

3 dea -is: GLOSS. V Aa T 438 *Tritonia*: dea -is dicitur (cf. Serv. auct. Aen. 2, 171 a *Tritonide* palude *Africae*, iuxta quam nata dicitur).

palūdētum, -i n. a 2. palus. GLOSS. II 588, 63 -um: paluster locus. i. q. regio palustris: SCHOL. Hor. epod. 5, 58 quod subustione -a illic siccata sint, *Subura* dicitur.

palūdicola, -ae c. a 2. palus et colere, cf. limicola. i. q. paludum incola (de civitate l. 63): CARM. de mens. 2, 6 -am prendere . . . avem. SIDON. epist. 4, 1, 4 ad -as *Sygambros*. 7, 17, 2 vers. 19 rura -ae . . . populosa *Ravennae* (cf. Sil. 8, 601 sub paludosus).

[palūdifer ex ANTH. 762, 42 affertur vol. II 2260, 18; sed est medii aevi.]

palūdigenus, -a, -um. a 2. palus et gignere, cf. amni-, limigenus (*Auson.*); inter exempla vocum per -gena formatarum affert *André*, Rev. Phil. 47, 1973, 12 coll. gr. ἐλειογενής, ignorans *EPIGR.* Bob. (neutr.). i. q. in palude genitus: *EPIGR.* Bob. 48, 3 -is perlucida *Virgo* (aqua) fluentis (cf. *Frontin. aq. 10, 5* concipitur *Virgo* . . . palustribus locis). ANTH. 94, 1 ('de cereo') lenta -am vestivit cera papyrum.

palūdivagus, -a, -um. a 2. palus et vagari. i. qui per paludes vagatur: AVIEN. orb. terr. 312 *Italidum* vi maesta -os *Germania* flevit alumnos.

palūdo, (-inis) f. [si genuinum, a 2. palus, cf. incudo, -inis iuxta incus. Sch.] GLOSS. II 295, 39 ἔλος: hic palus, haec -o. 498, 57 -o: ἔλος. 589, 7 -o: palus.

palūdōsus, -a, -um. a 2. palus. [fort. val. pāduros 'silvosus'; tusc. paduloso; francog. med. palueux; prov. vet. paludos. cf. M.-L. 6179. Wartburg VII 531. St.] i. q. paludibus abundans, paluster: 1 de incolis: PROP. 4, 6, 77 ille poeta -os memoret servire *Sygambros*. 2 de terra, regione sim.: OV. met. 15, 268 e . . . -a humo siccis humus aret harenis. SIL. 8, 601 qui lenta [Hodges]

-ae proscindunt stagna Ravennae. STAT. silv. 3, 2, 108 -i fecunda licentia Nili.

? 1. **palūdus**, -a, -um. [v. sub paludamentum. Sch.] i. q. *paludatus* (nisi subst. [nom. propr.?] paluda, incertae notionis et originis; epitheton Discordiae; de variis interpretationibus v. e. g. Tiffou, Rev. Et. Lat. 45, 1967, 242 sqq. et Oostenbroek, Eris-Discordia, 1977, 80 sqq.): ENN. ann. 521 corpore tartarino prognata -a virago (sic affert VARRO ling. 7, 37 explicans -a a paludamentis; palude exhibet Prob. Verg. ecl. 6, 31 assentientibus nonnullis recentioribus).

? 2. **palūds**, -a, -um. a 2. palus. i. q. *paluster*: PS. APVL. herb. 59 l. 21 herba confirma nascitur locis -is (vix gen. vocis q. e. 2. palus; potius per corruptelam, e. g. pro paludosis).

pālum, -i n. v. 1. palus.

palumba v. palumbes.

palumbācius, -a, -um. a palumbus, sc. more vulgari pro -aceus. i. q. *similis palumbi*, sc. eius colore praeditus: GROM. p. 351, 24 L. (l. 22 colores terminorum orientalium) alii marmorei termini virides, alii -i, alii prasini.

palumbāris, -e. a palumbus. i. q. *ad palumbes perti-nens*: in nomine herbae: PS. Diosc. Vind. 4, 59 p. 213, 10 περιστερεών (-στεριον in rec. orig.) ὀρθός . . . οἱ δὲ ἔρβα παλουμβάρις (quae columbina vocatur Ps. Apul. herb. 66 l. 8; cf. Plin. nat. 25, 126 peristereos . . . columbis admodum familiaris, unde et nomen. cf. p. 174, 19). ?m. vel f. pro subst. de ipso palumbe vel de columba (v. André, Les noms d'oiseaux, 1967, 116): ORIBAS. syn. 4, 1, 7 La p. 3 (de cibus extenuantibus) -is per turres commorantes meliores sunt de domesticis (gr. τῶν περιστερεῶν αἱ ἐκ τῶν πύργων, quod rectius vertit Aa columbi de turribus; sed fortasse ex antecedenti-bus subintellegas aves, ita ut -is ad turres spectet, cum interpretes iam antea a graeco longius abscedere videatur).

[palumbārius ex glossa recenti affert e. g. Forcellini s. v.]

***palumbēs** (palumbis), -is m., f., ***palumbus**, -ī m., palumba, -ae f. [de ratione declinationum parum liquet; formatio partis terminantis confertur cum columba, pars radicem servans cum gr. πέλεια et pruss. vet. poalis, quae eiusdem fere notionis sunt. Sch.] de origine: ISID. orig. 12, 7, 62 (interpol. ad p. 173, 20; om. codd. BCK) -es eo quod sint farsae, a pabulo. NOT. Tir. 111, 39 -es (antecedit columba). legitur inde a PLAVTO (v. sub IIBI), CATONE, LVCILIO (v. sub IIA2). [a formis -us, -a val. porumb; it. palombo, -a; sard. centr. palumbu, -a; var. dial. francog.; prov. vet. paloma et var. prov. vasc.; cat. paloma; hisp. palomo, -a; port. pombo. cf. M.-L. 6181. Battisti-Alessio IV 2736. Wagner II 209. Wartburg VII 523sq. Corominas III 627sq. Machado² III 1849. St.] [confunditur in codd. maxime cum columba FIRM. math. 8, 14, 3 (falsa var. l. HOR. carm. 1, 2, 10 CELS. 6, 6, 39^B PERS. 3, 16. al.); vix recte trad. VARRO rust. 3, 9, 1 (v. Keil ad l.); de CE 50 lec-tionis et explicationis ambiguae v. vol. VII 2, 1807, 81sqq. et Tjäder, Gnomon 45, 1973, 453.]

I de formis et genere: A doctrinae gramm.: QVINT. inst. 1, 6, 2 (vox -es fem. genere usurpata VERG. ecl. 3, 69 exemplum est auctoritatis, qua summorum in eloquentia virorum iudicium pro ratione est; cf. PRISC. infra). NON. p. 219, 3 -es (ed. princ.; -i codd.; an restituas -is?) feminino Vergilius (affert ecl. 1, 57); masculino Lucilius (453. addit PLAVT. Bacch. 51 POMPON. Atell. 41. sim. CHAR. gramm. p. 136, 10 B., qui pergit Varro autem in Scauro 'i' dicit, quod consuetudo quoque usurpavit). PROB. app. gramm. IV 198, 15 -es, non [-us] (trad. in serie verborum in is exeuntium; tamen vix restituas -is, v. Foerster, Wien. Stud. 14, 1892, 293). CHAR. gramm. p. 177, 21 B. (e Romano) -es a quo nominativo veniat quaeri solet. p. 452, 28 (quae apud Latinos masculina, apud Graecos feminina sunt) -us φάσσα (inde GLOSS.). SERV. ecl. 1, 57 (sim. PHILARG. rec. I ad l.) -es . . . non dicuntur latine (immo -i), sed multorum auctoritas latinum facit (affert CIC. carm. frg. 3). MARTYR. gramm. VII 191, 8 (utrum 'vus' an 'bus' scribendum) -us promiscue, licet Vergilius feminino genere extulit (affert ecl. 1, 57 -es, pro quo -ae posuit CASSIOD. ibid.). PRISC. gramm. II 169, 16 (exemplis e Capro et Probo sumptis monstrat veteres confudisse genera nulla significationis differentia . . . , sed sola auctori-tate coactos) hic et haec -es. DVB. NOM. gramm. V 586, 20 -is generis feminini (affert VERG. ecl. 3, 69). GRAMM. suppl. 116, 30 feminina. . . : caedes, strages, . . . -es.

B usus auctorum: 1 enumerantur formae declinationis: a tertiae (infra non indicavimus medicos a PLIN. nat. pendentes, qui passim substituerunt formas decl. secundae; contra PLIN. p. 172, 7sq.): α nom. sing.: -es: CIC. carm. frg. 3 (si vere sing., v. sub IIA1). ISID. orig. 12, 7, 62 (rec. orig.; plur. -es in codd. interpol.). GLOSS. II 470, 23 φάσσα: -us, -es. V 382, 56 GLOSS.^L Corp. p. 136 NOT. Tir. 111, 39. adde PROB. app., PRISC., GRAMM. suppl. sub A et cf. falsam var. l. PLIN. nat. 1, 10, 35 et 10, 158. -is: PLIN. nat. 1, 10, 35 (codd. potiores; -es d, -us T). 10, 158 (bis; priore loco cum var. l. -es, -us). 30, 60 (-us dett.). 30, 144 (R; -us cett., sed antecedit abl. -e). GLOSS.^L II Philox. PA 49 (-es sec. VERG. suspicatur ed.). adde DVB. NOM. sub A et cf. NON. ibid., PLIN. nat. 30, 61 sub b. β casus ceteri: PLAVT. Bacch. 51 -em (Poen. 676 POMPON. Atell. 41 PLIN. nat. 10, 106, 18, 267 [-um var. l.]. SCHOL. Hor. carm. 4, 12, 6). LVCIL. 453 -es

(Non. p. 219, 6; -os perperam codd. Char. gramm. p. 136, 15 B. contra contextum. item nom. vel acc. plur.: VERG. ecl. 1, 57, 3, 69. HOR. sat. 2, 8, 91 [sed -is edidit e. g. Klingner sine nota in app.]. carm. 3, 4, 12 CALP. ecl. 3, 76 PLIN. nat. 8, 101, 10, 72, 106, 11, 200 NEMES. ecl. 2, 67. SPART. Geta 5, 5 [sed cf. l. 19]. ARNOB. nat. 4, 24 p. 229, 12 M. al.). PLIN. nat. 1, 29, 39 p. 99, 10 M. -e (1, 30, 8-53 p. 102, 36 M. 30, 144 [-o d]). 10, 26 -ium (10, 78, 18, 267 [-bum E]). 29, 126 [sed CELS. p. 173, 52 -i]. 30, 67 [bis]). 16, 247 -is (gen. ut 30, 58, 94).

b secundae (vix huc LVCIL. 453, v. sub aß; cf. falsas var. l. -is pro columbis HOR. carm. 1, 2, 10, -o pro columbo PERS. 3, 16): CATO agr. 90 -um. agr. capp. 99 VARRO frg. (81 F.) Char. gramm. p. 136, 16 B. rust. 3, 9, 1 (sed recte delevisse vid. Keil). 3, 9, 21 CELS. 2, 30, 2, 5, 5, 1, 5, 8 (-ae J). 6, 6, 39^{AB}. COLVM. 8, 8, 1 (-es recc. pauci). 8, 9, 2, 11 capp. 8 -is (vix ad c). SCRIB. LARG. 16 (bis). PETRON. 70, 2. PLIN. nat. 10, 147 -i (codd. et edd., fortasse parum considerate, cum formae tertiae decl. apud eum tradantur fere vicies; cf. 30, 61 -us codd., Saint-Denis, -is Mayhoff). MART. 2, 37, 6, 3, 58, 19, 13, 67 tit. et 1. PORPH. HOR. carm. 1, 2, 9 SER. SAMM. 599 EDICT. imp. Diocl. 4, 28 L. LAMPR. Diad. 4, 6. Alex. 41, 7 (sed cf. l. 5). FIRM. math. 8, 14, 3. PLIN. med. 2, 18, 4 -orum (inde MARCELL. med. 26, 12 -i, sed PLIN. nat. 30, 67 -ium). et saepius.

c primae (vix huc spectat l. 13 nec IUVENC. 1, 196 -as [C et edd. rec., -es fere cett.; scribam potius sec. I, 188 columbas errasse putaverim quam poetum formam vocis Vergilianam neglexisse]. cf. falsum var. l. -ae l. 13. p. 171, 65 et CELS. 6, 39^B pro columbae): PELAGON. 123 -am (v. sub IIA2d; gen. masc. -i exhibet 132). ANON. med. ed. Piechotta 170 -a. INSCR. christ. Ferrua 9762. Diehl 1561A DIFF. ed. Beck p. 46, 33 GLOSS. III 257, 60, 435, 42 V 318, 44 GLOSS.^L Corp. p. 103.

2 illustratur genus: a accedunt adi., part., pron.: α masc.: ad formas decl. tertiae: PLAVT. Bacch. 51 unum (POM-PON. Atell. 41). Poen. 676 illum (nisi intellegas 'hominem'). LVCIL. 453 macros. PLIN. nat. 30, 60 ferus (30, 67. cf. l. 38). 30, 144 ter circumlato . . . -e (circumlata vel -data trad., sed cf. ibid. emissus). GLOSS.^L I Ansil. PA 234 -es, qui. ad formas decl. secundae: CATO agr. 90 ubi prensus erit. CELS. 2, 30, 2 decoctus. COLVM. 8, 8, 1 -os columbosque . . . pinguissimos facere. SCRIB. LARG. 16 masculi. ibid. ferorus (PLIN. nat. 30, 61 [nisi -is restituendum]). SER. SAMM. 599 PLIN. med. 2, 6, 4, 2, 8, 5, 2, 18, 6 MARCELL. med. 27, 60). MART. 13, 67, 1 torquati. LAMPR. Diad. 4, 6 regium parvulum. al. β fem. (vix huc HOR. carm. 3, 4, 12 sub IIA1): VERG. ecl. 1, 57 raucae . . . -es. 3, 69 aeriae . . . -es. PLIN. nat. 10, 106 -es . . . aliquas. ibid. (e Nigidio) nominata(m) -em. NEMES. ecl. 2, 67 geminas . . . -es (geminos . . . -os codd. interpol. pauci). SERV. Aen. 1, 474 -es . . . , quas. AGROEC. gramm. VII 118, 17 ferac. GLOSS. V 128, 36 -es, quae. b apponuntur subst.: PLIN. nat. 10, 158 -is . . . femina . . . , mas. c -is vel -us significat feminam: PLIN. nat. p. 173, 3sq. INSCR. christ. p. 173, 77sqq. (ibid. bis -a de femina).

II de notione: significatur avis generis columbini (sc. maxime 'columba -es' L. vel etiam 'columba oenas' L., sed genus fere domesticum intellegendum videtur p. 173, 3; ad rem v. Steier, RE IVA 2484, 22sqq. et 2486, 34sqq.); distinguuntur columba et turtur passim, variat cum columba p. 173, 12; determinatur species adiecti-vis ferus l. 33, 38, 45, regius infra l. 81; gr. respondere scias φάρτα (φάρσα), nisi alia adnotavimus. testimonia notionis: SERV. ecl. 1, 57 -es columbae, quas vulgus [tetras] vocat ([tetras, stecos var. ll.; t(h)itos loco interpol. ISID. orig. 12, 7, 62). Aen. 5, 213 columbae agrestes -es vocantur (SCHOL. Hor. gloss. I carm. 3, 4, 12). CASS. FEL. 48 p. 122, 21 -us, quem Graeci fassan appellant (GLOSS. φάρσα [distinguitur saepe columba: περιστερά]). AGROEC. gramm. VII 118, 17 'columbae' quae mansuefieri possunt . . . , 'es' ferae saxis silvisque inhabitantes (cf. DIFF. ed. Beck p. 46, 33 inter columbas [-bos trad.] et -as [-os trad.]: columbae sunt, quae mansuefieri possunt, -ae sunt silvestres). GLOSS. -es: cuscotae (vel cuscutan; anglosax.). -us: colu(m)bus maior. -es: quae (vel qui) in arboribus degunt (affertur VERG. ecl. 1, 57 PLAVT. Bacch. 51). V 318, 44 -a: columba silvestris grandis (inde GLOSS.^L Corp. p. 103 -a: columba).

A proprie: 1 in universum (fere de habitu sim.): CIC. carm. frg. 3 iam mare Tyrrhenum longe penitusque -es [reliquit] (fortasse corruptum; de -bus migrantibus cf. l. 84). VARRO frg. (81 F.) Char. gramm. p. 136, 16 B. (sine contextu). VERG. ecl. 1, 57 nec . . . raucae, tua cura, -es, nec gemere . . . cessabit turtur (cf. PLIN. nat. 10, 106 -ium cantus . . . conficitur . . . in clausula gemitu. 18, 267 v. infra. SPART. Geta 5, 5 minurriunt. CASSIOD. var. 8, 31, 2 murmurantes. GLOSS. I p. 92 paucitare [i. rauc-]. v. et p. 173, 29). 3, 69 parta meae Veneri sunt munera; namque notavi ipse locum, aeriae quo congessere -es (sc. in excelso degentes sim.; aliter SERV.: aerii coloris). HOR. carm. 3, 4, 12 me fabulosae . . . nutricis extra limina . . . fronde nova puerum -es texere (sunt qui fabulosae cum -es iungant; vix recte, v. vol. VI 1, 38, 2. item in prodigio: LAMPR. Diad. 4, 6 aquilam ei . . . -um regium parvulum attulisse et posuisse in cunis dormienti [ad avis speciem cf. Capponi, Ornithologia lat., 1979, 375]). PLIN. nat. 8, 101 -es . . . lauri folio annum fastidium purgant. 10, 72 hieme abeunt et -es; quonam . . . incertum (item [Hodges])

respiciuntur -es migrantes: 10, 78 in agrum Volaterranum -ium vis e mari quotannis advolat. *cf.* Cic. *supra*. 10, 106 Nigidius putat, cum ova incubet sub tecto, nominata(m) -em relinquere nidos (*ad rem v. Capponi l. c. 375 et 377*); pariunt . . . post solstitium (10, 147 bis anno. 10, 158 -is et turtur plurimum terna ova . . . p.). 10, 158 -is incubat femina post meridiana in matutinum, cetero mas (*Arist. hist. anim. 564a18 τῶν . . . φαβῶν ἢ μὲν θήλεια*). 18, 267 (*loquitur natura ad agricolam*) -ium . . . exaudi gemitus; transisse solstitium caveto putes, nisi cum incubantem videris -em. *al. apud eundem.* PORPH. Hor. *carm.* 1, 2, 9 (*sec. falsam var. l. Hor. carm. 1, 2, 10 -is pro columbis*). ARNOB. *nat.* 4, 24 p. 229, 12 M. ut -es ex [i]ovis esse progenitos quosdam deos. IVVENC. 1, 196 templo sollemnes ferre -es (188 columbas. *cf. Luc. 2, 24 duos pullos columbarum. lectiones codd. v. p. 172, 22*). SERV. Aen. 1, 474 *ut Troilum caperet*, Achillem . . . -es ei, quibus ille delectabatur, obieciisse. SCHOL. Hor. *carm.* 4, 12, 6 Daulias, quae in -em versa est (*v. Onom. vol. III 63, 11*). LICENT. *carm. ad Aug.* 92 (*ἀδύνατον*) ante sub Aegaeo aptabunt pia tecta -es. ANON. *med. ed. Piechotta* 170 nec -a dentes habet (*v. Heim, Incantamenta magica, Jahrb. class. Phil. Suppl. 19, 1893, 493, 101*). ISID. *orig.* 12, 7, 62 -es . . . avis casta ex moribus appellatur, quod comes sit castitatis *eqs.* (*cf. vol. III 1732, 20sqq.*).

2 -bus utuntur homines (potiora; cf. l. 12. 15) a eos farciunt, nutriunt: CATO *agr.* 90 -um recentem, ubi prensus erit, ei fabam coctam tostam primum dato *eqs.* (*ad acc. praecepto praepositum v. e. g. Svennung, Unters. Pallad., 173*). *agr. capp.* 99 -um recentem sic farcito (VARRO *rust.* 3, 9, 21 ac reddunt pingues. COLVM. 11 *capp.* 8). COLVM. 8, 8, 1 -os columbosque cellares pinguissimos facere. 8, 9, 2. MART. 3, 58, 19 *in villa Faustini* sonant . . . turres plausibus columbarum, gemit hinc -us, inde turtur. LAMPR. *Alex.* 41, 7 aviaria instituerat . . . -orum. FIRM. *math.* 8, 14, 3 aut aves capiet, . . . aut -os (columbas *var. l.*) *studiose* nutriet. **b eos pro cibo habent**: LVCIL. 453 *macro* . . . -es (*si recte huc traximus*). POMPON. *Atell.* 41 quo(i) -em unum ex ore tollit (*Bücheler, de parasito cogitans ut Frassinetti, qui restituit quo -es? unum eqs.; aliter Ribbeck ad l.*). HOR. *sat.* 2, 8, 91 merulas poni et sine clune -es, suavis res. PETRON. 70, 2 *coquus* de vulva faciet piscem, de lardo -um. MART. 2, 37, 6 stillantem . . . alica sua -um. 13, 67, 1 (*tit. -i*) inguina torquati tardant . . . -i; non edat hanc volucrum, qui cupit esse salax. EDICT. *imp. Diocl.* 4, 28 L. (*inter pretia carnis*) -orum par (*gr. φασσῶν, sed in exemplari Megar. οινάδων*). APIC. 6, 2 *tit.* 6, 4 *tit.* in -is, columbis (I in assis. 2 (in) elixis). 6, 4, 4 *ius* mittis super columbum vel -um. e eos amicae dono ferunt (*sec. Theocrit. 5, 96 δασῶ . . . φάσσαν. cf. Ov. met. 13, 833 par . . . columbarum*): VERG. *ecl.* 3, 69 *v. sub I.* CALP. *ecl.* 3, 76 tibi saepe -es, saepe etiam leporem . . . misimus in gremium. NEMES. *ecl.* 2, 67 leporem geminasque -es . . . silvarum praemia misi. **d iis in medicina et diaetetica utuntur**: CELS. 2, 30, 2 *adstringunt alvum* merula, -us, magisque in posca si decoctus est (PLIN. *nat.* 30, 60. 61 PLIN. *med.* 2, 8, 5. *al.*; *cf. PLIN. nat.* 30, 58 *caro -is in aceto decocta . . . coeliacis medetur [inde PLIN. med. 2, 11, 2]. MARCELL. med. 27, 60 -um ferum ex passo concoque eqs.*). 5, 5, 1 purgant aerugo, . . . sanguis columbae et -i (6, 6, 39^A sanguine vel columbae vel -i vel hirundinis inunguere oculum [*in eadem re: 6, 6, 39^B PLIN. nat. 29, 126 PLIN. med. 1, 9]. SCRIB. LARG. 16. MARCELL. med. 36, 37 [Plin. med. 2, 27, 5 columbarum]. 5, 8 adurunt auripigmentum, . . . stercus et . . . columbae et -i (PELAGON. 132 -i stercore(m) serp. IIII [Fischer; palumbini stercoris Ihm *sec. Veg. p. 174, 9]. cf. SER. SAMM. 599 -orum . . . fimus [PLIN. med. 2, 18, 5. sed Plin. nat. 30, 67 fimum . . . palumbinum]. SCRIB. LARG. 16 -i venas . . . incidere ad sanguinem excipiendum. PLIN. nat. 30, 67 lapillos, qui . . . in -ium ventriculo inveniuntur, conteri et potioni inspergi [*inde PLIN. med. 2, 18, 4 MARCELL. med. 26, 12]. ibid. plumarum cinerem -ium ferorum (30, 94 cinis plumarum aut interaneorum -is. quibus ex locis pendent PLIN. med. 2, 18, 6. 3, 23, 3). 30, 144 finitur iumentum verminatio ter circumlato [mediis] -e; . . . -is emissus moritur iumentumque liberatur confestim ([Mayhoff, m(a)edis *codd. praeter R* verendis; *sed cf. PELAGON. 123 -am per ventrem ei et dorsum ter traicito, ita ut eum fasciare videaris; vivum dimittito]. al.****

B tropice de ipsis hominibus: **1 per imaginem aucupii respicitur qui praeda meretricis vel lenonis est** (*cf. Plaut. Asin. 215 noster quaestus aucupi simillimust*): PLAVT. *Bacch.* 51 (*ad meretrices*) viscus merus vostrasti blanditia.: quid iam? quia enim intellego, duae unum expetitis -em *eqs.* Poen. 676 nos tibi, leno, -em ad aream usque adduximus; nunc te illum meliust capere. **2 in blanditiis de parvulis, innocentibus, sanctis sim.** (*cf. palumbulus infra et columba vol. III 1732, 83sqq.*): INSCR. *christ. Diehl* 1563 (*a. 362*) Secund(a)e . . . bene merenti . . . -o sine felle (*masc. -us de femina ut 1563 adn. [a. 484 vel 507/8]. de puerulo: 1562 [= CE 1839]. fem. -a de muliere: 1561. 1561A. ad rem cf. ISID. sub AI nec non vol. III 1731, 82sqq. et VI 1, 422, 59sqq.*). INSCR. *christ. Ferrua* 20179 -us Titus qui bisit annus II. SCHOL. *Pers.* 3, 16 -es (*vel -os sec. falsam var. l. Persii in scholiis, quae ed. Kurz; columbos cett.*) pueros . . . quos . . . blandientes columbos . . . vocant *nutrices*.

deriv.: palumbacius, palumbaris, palumbinus, palumbulus.

cf. Onom.

palumbinus, -a, -um. a palumbes. [*dub. an huc spectet it. palombina, i. genus quoddam vvae; cf. M.-L. 6180. Battisti-Alessio IV 2736. St.*] [*falsa var. l. pro columbinus PLIN. nat. 29, 143; e con. dub. PELAGON. 132, v. p. 173, 56.*]

i. q. ad palumbem pertinens, quod palumbis est: **1 adi.**: PLIN. *nat.* 30, 67 fimum . . . -um in faba sumi contra calculos (MARCELL. *med.* 26, 80. *cf. p. 173, 57 nec non VEG. mulom. 2, 121, 3 -i stercoris [sec. Pelagon. 132 p. 173, 56. PLIN. phys. Bamb. 8, 20]). 30, 110 in contractione nervorum caro -a in cibis prodest (*in eadem re: MARCELL. med. 35, 10 Ps. THEOD. PRISC. add. p. 290, 16, sed Ser. Samm. 978 caro . . . columbae*). LAMPR. *Alex.* 13, 1 (*inter omina imperii*) ovum purpurei coloris . . . -um. MARCELL. *med.* 8, 161 (*sec. p. 173, 52 sq.*) -us ei oculo sanguinolento . . . sanguis, aut . . . columbinus . . . infundatur (GALEN. *alfab.* [*de sanguine*] *cod. Lucc. fol. 102^v = Paris. fol. 23^r*). **2 f. pro subst.**: GLOSS. III 563, 40 *fassion (sc. φάσσιον) i. -a (André, Les noms d'oiseaux, 1967, 117, cogitat sive de carne -a sive de vi deminutiva ut sit i. q. palumbes parvus; sed fortasse intellegas potius herbam quandam coll. vocibus palumbaris supra et columbina vol. III 1734, 73).**

palumbis v. palumbes.

palumbulus, -i m. a palumbus deminutive. **i. q. palumbus parvus, non nisi in blanditiis de amasio vel parvulo**: APVL. *met.* 8, 26, 4 (*loquuntur cinaedi*) nobis quoque tuis -is . . . inpercias asinum. 10, 22, 3 (*matrona ad asinum*) teneo te . . . meum -um, meum passerem. INSCR. *christ. Ferrua* 18552 (*de puerulo*) -us sine fel (*cf. palumbes IIB2*).

palumbus v. palumbes.

1. *pālus, -i m. (*n. v. l. 31*). [*e *pakslo -a radice verborum q. s. pangere, pacisci iuxta paxillus ut taxillus iuxta talus, maxilla iuxta mala sim. Sch.*] *notatur p CIL VI 10184, 4. neutr. -a VARRO Men. 179 (v. NON. p. 219, 19), -um LEX Sal. Merov. 34, 1 cod. A2 et GLOSS. l. 38. de notione: SERV. auct. georg. 1, 264 'vallos': quos aliqui -os, Graeci χάρακας, Homerus σκόλοπας. ISID. orig. 5, 27, 16 fustes sunt, quibus iuvenes pro criminibus feriuntur; appellati, quod praefixi in fossis stent; quos -os rustici vocant (sim. 20, 13, 2). GLOSS. -us: ἤλος. πάσσαλος. πᾶλος. GLOSS. IV 178, 21 (*add. cod. a*) sudes: -um (*cf. GLOSS. L II Abav. sv 41 sudes: -i, titiones [al. v. adnot.]. legitur inde a PLAVTO, CATONE, LVCIL., GRACCHO, CIC., VARRONE, SALL. (ex suppl.), HOR. sat., TIB., OV., LIV. (frequentius inter posteriores apud COLVM., PLIN. nat., PALLAD.); abit in sermonem graecum, v. l. 37 et Liddell-Scott-Jones sub πᾶλος (cf. etiam sub III). [val. par; it. palo; sard. centr. et mer. palu; ræt. or. pal, occ. pel; francog. pieu; prov. vet. pal et var. francoprov., prov., vasc.; cat. pal; hisp. palo; port. pau. cf. M.-L. 6182. Battisti-Alessio IV 2735. Wagner II 209. Wartburg VII 524sqq. Corominas III 626sq. Machado² III 1776. St.] [*in locis dubiis: AFRAN. com. 227 (paulo trad., -o Bothe. COLVM. 5, 9, 3 (talearum edd., -orum trad. def. Pommoell, Textkrit. stud. till Colum. femte bok, 1931, 47sq.). PS. GARG. MART. p. 210, 15 pala lignea in modum remi formata (trad., -o ligneo . . . formato Rose, nescioqua ratione, nisi sec. Geopon. 20, 46, 3 φάβδω).*]**

I proprie i. q. lignum praecutum (-i non acuti CIL IV 6886, -us non ligneus p. 175, 66. 176, 32; in imagine PLAVT. sub A1 et p. 175, 71. 74): A de sudibus, vallis sim. (sc. lignis maioribus, quae in terra figuntur; hic illic sing. collect., e.g. p. 175, 17. 21sqq. 33. 38): 1 usu vario (item non definito): PLAVT. *Rud.* 1290 quasi -o pectus tundat (proverbialiter; vix ad B; de subi. aut indefinito aut suppleto [sc. cor] v. Otto, Sprichw. n. 1331 et Marx ad l.). LVCIL. (?) 1371 prymnesius -us (*explicit PAVL. FEST. p. 224 ad quem funis nauticus religatur, quem alii tosillam dicunt. cf. FEST. p. 356 (ton-sillam ait) esse Verrius -um dolatum (in acumen et) cuspidem praeferatum [suppl. ex Paulo, qui pergit: qui navis religandae causa in litore figitur]. huc fortasse spectat: PLIN. nat. 9, 160 defixos . . . -os in aqua*). SALL. *hist. frg.* 3, 96 B 14 ad vigil(um speciem) . . . (-is ere)xerant fulta . . . ca(davera) (*suppl. sec. FRONTIN. strat. 1, 5, 22 -is . . . erecta cadavera . . . alligavit*). VITR. 2, 9, 11 quod ibi (*i. Ravennae*) omnia opera . . . sub fundamentis . . . habeant -os (*simili ratione: 3, 4, 2 locus paluster -is alneis aut oleaginis . . . configatur . . . carbonibusque expleantur intervalla -orum. 5, 12, 6). 10, 2, 3 -i resupinati defodiantur . . . , quo funes machinam tenentes alligentur (de isdem ter: 10, 2, 4). PAVL. FEST. p. 44 caecum vallum dicitur, in quo praecuti -i terrae adfixi . . . occuluntur (cf. in vallo: p. 59 vallum crebris suris, id est -is, munitum. in aliis modis defensionis: FRONTIN. strat. 2, 3, 17 ut densos numerososque -os firme in terram defigerent [ibid. quadrigae hostium . . . -is implicitae. de eadem ratione: 2, 3, 18]. VEG. mil. 3, 24 p. 116, 13 tribulus . . . est ex quattuor -is confixum propugnaculum eqs.). CIL IV 6886 -os acutos . . . ; qui non acuti eqs. (item usu non definito: 6887. EDICT. *imp. Diocl.* 14, 1a [Zeitschr. Pap. Epigr. 26, 1977, 136] rediges [i. ridicae] sive -i [gr. πᾶλοι]). TERT. *nat.* 1, 12, 3 quanto distinguitur a crucis stipite Pallas Attica et Ceres Pharia, quae sine forma rudi -o et solo staticulo ligni informis repraesentatur? (*sim. apol. 16, 6*). adv. Iud. 10, 7 (*Christus cum tauro comparatur*) cuius cornua essent crucis extima (*sc. eius antennae*)*

[Hodges]

... unicornis autem medio stipite -us (*ad deut. 33, 7; sim. adv. Marc. 3, 18 p. 406, 26. cf. p. 176, 42.*) *al.*

2 usu quodammodo speciali: **a in re rustica** (*cf. p. 174, 36; adhibetur maxime ad vites alligandas*): **α distinguitur ridica** (*cf. p. 174, 80*): CATO agr. 37, 3 r. et -os ... siccos dolato (COLVM. 11, 2, 90). VARRO rust. 1, 8, 4 *pedamentum* robustum, quod ... vocatur r., alterum -us e pertica, *eqs.* COLVM. 4, 12, 1 *primus annus vineae novellae* nondum vehementem -um aut r. desiderat. 4, 26, 1 cui vineae stabiliendae melior est r. -o (*item r. pluris aestimatur*: 4, 33, 4. PLIN. nat. 17, 174 *pedamenta optima* ... aut r. e robore oleaque, si non sint, -i e iunipero, cupresso, laburno, sabuco). 11, 2, 11 r. vel ... -is conficiendis (11, 2, 12. *cf. PALLAD. 2, 22 r. vel -i faciendi* [12, 5 fieri. 13, 2]). 11, 2, 12 -os ... caedere et ... acuere: r. autem *eqs.* PLIN. nat. 18, 233 *praeparare. al.* **β exempla varia selecta:** VARRO Men. 179 in vineis, quod tria -a habeant, tripales dici. rust. 1, 14, 2 *saeps* fit ... -is statutis crebris *eqs.* (*item in saepe*: PLIN. nat. 8, 31. LEX Sal. Merov. 34, 1 cod. A2 [*sing. collect.*]). LEX Burg. lib. const. 27, 1 LEX Visig. 8, 3, 7). 2, 2, 16 -os offigunt et ad eos alligant *agnos* (*cf. CHIRON 583 fige* ... -um, alliges eum, *sc. iumentum*). TIB. 1, 7, 33 -is adiungere vitem. MENOL. Colot. (Inscr. Ital. XIII 2 p. 287) Ian. 11 -us aqitur (Vall. [*ibid.* p. 293] Ian. 12. INSCR. Année Epigr. 1975 n. 20 [*Romae*] -(u)m caedentes, aquentes. *cf. l. 13.*) *ibid.* (p. 289) Aug. 9 -us paratur (Vall. [*ibid.* p. 295] Aug. 11). COLVM. 4, 13, 1 ne in adliganda materia flexum -i, si forte curvus est, sequendum putet *adligator*. 4, 15, 1 ex ordinaria vite in alterum -um mergus est adtrahendus. 4, 16, 2 prope truncum deponitur -us. 4, 17, 2 vacantibus -is propagines adplicandae. 12, 15, 1 -i ... figuntur et perticis iugantur; ... cannae iugis superponuntur (12, 39, 1). *et saepius*. PLIN. nat. 14, 40 *nec indiget arbore aut -is, ipsa se sustinens vitis quaedam*. 17, 57 -o e robore depacto in *fmeto* (*de eadem re Varro rust. 1, 38, 3 robusta* ... materia). 17, 123 cum -i defixi radices cepissent (*cf. Theophr. hist. plant. 2, 1, 2 χάρακος*). 17, 151 sabucus ... firmissima ad -um (*cf. 1, 17, 34 de ceteris ad perticas et -os caeduis*). *al.* PALLAD. 4, 7, 2 -us maioribus vitibus solidus, minoribus ponatur exilis. *al.* **γ apud iuris consultos** (*sc. quaerentes, pertineantne -i ad fundum eiusve instrumentum necne*): ALF. dig. 33, 7, 16, 1 Corneliu[m] respondisse ... -os, perticas, rastros, ligones instrumenti vineae esse. VLP. dig. 7, 1, 9, 7 ager, unde -o in fundum ... solebat pater familias uti (*item sing. collect.*: PAVL. dig. 7, 1, 59, 2 caesae harundinis vel -i compendium). 19, 1, 17, 11 -i, qui vineae causa parati sunt. 33, 7, 12, 11 si caesa sint *salicta*, ... contineri *instrumento fundi* ...; idem et in -is erit dicendum. PAVL. dig. 32, 56 -i et perticae in numero materiae redigendi sunt (*item 50, 16, 168*).

b alligantur puniendi (*de cruce v. supra l. 1; vix recte ad crucem referunt quidam Cic. Verr.*): GRACCH. or. frg. (48 M.) Gell. 10, 3, 3 -us destitutus est in foro eoque adductus ... M. Marius; ... virgis caesus est. Cic. Verr. II 5, 10 producuntur et ad -um alligantur (5, 11, 71). 5, 72 cives Romani ... ad -um atque ad necem rapiantur. LIV. 2, 5, 6 stabant deligati ad -um nobilissimi iuvenes (8, 7, 19 i, lictor, deliga ad -um. 26, 13, 15. 26, 15, 8. 26, 16, 2. 28, 29, 11 VAL. MAX. 3, 8, 1 SVET. Claud. 34, 1. *al.*; *vix etiam Cic. Verr. II 5, 121, ubi ad -um add. codd. rec.*). VAL. MAX. 5, 8, 1 ad -um religatos. ANTH. 415, 25 (*Senecae attributum*) iussus praebere caput -oque ligatus. *al.*

c designantur fines: IVDICIVM Contreb. (Année Epigr. 1979 n. 377; a. 87 a. Chr.) l. 7 intra eos -os (*antea*: qua Salluienses novissime publice depalarunt). SENT. Helvidi Prisci (CIL IX 2827) 20 ut primum -um figeret a quercu pedes circa undecim (*in formula compromissi de finibus regundis facti. cf. ibid.* 22. 27. 29. TAB. cer. Herculan. 78, 5 [Parola del pass. 10, 1955, 452] caesos [79, 4, 3 *ibid.* p. 453]. 79, 1, 3. 4. 5 [*ibid.* p. 454]). AGENN. grom. p. 33, 11 adimi fides saecrificialibus -is in totum non debet (*antea*: terminos sacrificales non in fine ponunt, sed ubi illud sacrificii potius opportunitas suadet]. LIB. col. I p. 218, 5 L. terminos ... ligneos, qui s. -i appellantur. p. 223, 2 ut -i annui s. renovarentur. II p. 252, 17 -is ligneis, siliceis, s. p. 255, 23. 257, 24 GROM. p. 347, 10 L.). SIC. FLACC. grom. p. 102, 18 in quibusdam ... regionibus -os pro terminis observant. HYG. lim. grom. p. 155, 9 actuarios -os (*i. quorum ope limites aguntur*). LIB. col. II p. 222, 17 L. -orum loco postea lapides gregales ... sunt adpositi. GROM. p. 307, 3 L. -os de ilice picitos (p. 346, 9. 349, 15 picatos). *in imagine*: TERT. ieiun. 11 p. 290, 3 -os terminales figitis deo (*i. deum angustis finibus coartatis*).

d exercitantur milites, gladiatores sim. (*usum describit VEG. mil. 1, 11; in imag. SEN.*): SEN. epist. 18, 8 *exercemur ad -um* ([*paululum trad.*; *cf. marg. cod. p. ita* ... milites solebant]. CHAR. gramm. p. 37, 11 B. ad -os [*item Exc. Bob. gramm. I 550, 11 GLOSS. V 574, 47*]). VEG. mil. 1, 11 p. 15, 14. 1, 14 p. 18, 2. 1, 15 p. 18, 11. 2, 23 p. 57, 14. *cf. 1, 11 p. 15, 20 contra illum -um*). IVV. 6, 247 vulnera -i (SCHOL.: de -o pugnantium habitu gladiatorum. *item spectat ad mulieres se gladiatorum more exercentes*: 6, 267 quando ad -um gemat uxor Asyli gladiatoris). VEG. mil. 1, 11 p. 15, 14 -orum ... usus non solum militibus, sed etiam gladiatoribus ... prodest. *al. apud eundem*.

B de clavis, paxillis sim. (*sc. lignis minoribus ad figendum, findendum, fodiendum aptis*): **1 usu vario**: PAVT. Men. 404

navis quasi supellex pellionis: -us -o proximum (*intellegimus de clavis, qui in nave tabulis figendis, apud pellionem pellibus extendendis inseruntur; alii intellegunt sudas, perticas sim.; v. Sedgwick, Mnemosyne 4, 1951, 160*). MIL. 1140 ut figam -um in parietem (VVLG. Sirach 27, 2 in medio compaginis lapidum [*gr. πάσσαλος*]). VARRO rust. 3, 5, 4 *circum ornithonis parietes* multos esse -os, ubi aves adsidere possint (*vix ad A trahendum; in eadem re*: 3, 8, 1 COLVM. 8, 3, 4). OV. fast. 1, 665 rusticus emeritum -o suspendat aratrum (*sc. in clavo, qui posti vel parieti infixus est; ad A referunt vulgo; cf. AVG. serm. 239, 3, 3 illud oleum in -o pendeat* [*de eadem re*: serm. Migne suppl. 2, 795 urceo ... pendenti in -o; ad interpr. v. serm. 11, 2 in clavo]). ITALA iud. 16, 13 (Quodv. prom. 2, 22, 45) si alligati fuerint ... capilli Samsonis ... in -o orsorio (*gr. πασσάλω, Vulg. clavum. item QVODV. l. c. in explic.; de eadem re*: ITALA iud. 16, 14 [Lugd.; *gr. et Vulg. ut supra*]). PALLAD. 2, 15, 18 terebratae radici -um de buxo imprimunt vel cuprinum clavum (12, 7, 5 [*antea*: cuneus]. *cf. 3, 25, 4 radicem terebras et ibi ligneum -um deprimis* [*postea*: cuneum]. 4, 8, 2 oleastri -um vel lapidem vel pini vel querci -os radicibus ... infige [*v. Rodgers ad l.; Geopon. 9, 10, 7 πάσσαλον*]). APIC. 8, 1, 10 per articulum pernae -um mittes, ita ut cutem a carne separet. VICT. VIT. 1, 6 aliis -orum vectibus ora reserantes (*item in vexando*: 2, 9 -is minoribus dentatis).

2 usu speciali: **a de instrumento, quo terra foditur, laxatur sim.**: CATO agr. 45, 2 -o prius locum nefeceris, quo taleam demittas (PALLAD. 3, 25, 28. *cf. PLIN. nat. 17, 123 -is laxato* ... meatu. PALLAD. 3, 18, 1 locum -o ... deprimente). 161, 1 *asparagum serens* -o grana ... demittito et eodem -o cavum terrae operito (*cf. PLIN. nat. 19, 84 -o adacto caverna palea insternatur. ITALA deut. 23, 13 [Lugd.] -us erit tibi* ... et cooperit *excrementa* [*gr. πάσσαλος, Vulg. paxillum*]). MARCELL. med. 25, 14 radix ... eruitur -o acuto (26, 96. *cf. 28, 40 radicem -o ligneo effodito* [PLIN. phys. Bamb. 19, 1]. Ps. APVL. herb. 131 l. 8 de -o eburneo amoves ... terram in mandragora effodienda. ORIBAS. syn. 9, 61 add. Aa p. 396 radices ... colligis cum -o roboreo). **b de paxillis tabernaculi** (*in sacr. script. et usu inde pendente*): ITALA exod. 39, 9 (Lugd.) -os tabernaculi foederis (*gr. πασσάλους, Vulg. 38, 31 paxilli. eodem spectant isdem respondentibus in gr. et Vulg.*: 39, 21 [Lugd., *item num. 3, 7. 4, 32*]). iud. 4, 21 (Lugd., *sim.* Ps. Philo antiq. 31, 7) sumpsit Iael ... -um tabernaculi ... et fixit -um ad tempus eius Sisarae (*gr. bis πάσσαλον, Vulg. bis clavum. huc spectat 4, 22 [Lugd.] -us in tempus eius* [*gr. et Vulg. ut supra; item et 5, 26 ibid.*]). *pendent*: RVFIN. Orig. in iud. 5, 4 p. 495, 5. 5, 5 p. 495, 19 -o ... id est ligni crucis ... acumine [*simili explanatione*: VEREC. in cant. 9, 25 D.]. p. 495, 20 QVODV. prom. 2, 17, 31 CYPR. GALL. iud. 223). Is. 33, 20 (Tycon. reg. 2 p. 10, 8) neque agitantur -i tabernaculi tui (*gr. πασσαλοι, Vulg. clavi, Itala Hier. ad l. paxilli*). 54, 2 (Cypr. testim. 1, 20, *cf. Conc. Carth. a. 411 [Corp. Christ. 149A] 1, 55 l. 57*) dilata tabernaculum tuum et aulaeorum tuorum fige -os; ... et -os confirma (*primo loco gr. et Vulg. aliter; secundo gr. πασσάλους, Vulg. clavos, aliae vers. sim. ac supra, e. g. Ambr. hex. 3, 1, 5. pendet*: PACTAN. epist. 3, 27 p. 98 ecclesiam dei dilatantem tabernacula sua et aulaeorum -os ... figentem). VVLG. Sirach 14, 25 *beatus vir, qui in parietibus illius sapientiae figens -um statuet casulam suam ad manus illius* (*gr. πάσσαλον, spectat ad tabernaculum, quod domui firmae adstruitur*).

II per similitudinem (*significatur membrum virile; aliter imagines sub I, v. p. 174, 54*): HOR. sat. 1, 8, 5 (*loquitur Priapus ligneus*) obscaeno ... ruber porrectus ab inguine -us. *addas fortasse*: VVLG. Sirach 26, 15 *mulier lasciva contra omnem -um sedebit et contra omnem sagittam aperiet pharetram* (*gr. πασσάλου. nisi mera indicatio loci, sc. 'ubicumque est -us', fortasse tabernaculi*).

? III titulus gladiatorum (*gradum vel ordinem significans, referendus aut ad -um exercitandi* [*v. p. 175, 73*] *aut ad gladium ligneum aut ad gregem gladiatorum* [*cf. primus pilus*]; *v. Robert, Les gladiateurs dans l'orient grec, 1940, 28sqq., qui etiam inscriptiones graecas affert, quibus πρώτος [δευτερος sim.] πάλος [an πάλος?] exhibetur*): CIL V 5933, 3 secutori primo -o (VI 10189, 4 s. -o primo. *v. LAMPR. infra*). VI 10184, 4 retia(rio) ... p(alo) prim(o). X 1926, 6 myrmilloni ... primo -o. *adhibetur ut titulus honorificus*: LAMPR. Comm. 15, 8 appellatus est ... inter cetera triumphalia nomina etiam sescenties vicies -us primus secutorum (*cf. Dio Cass. 72, 22, 3 πρώτοπαλος σεκοντώρων*).

deriv.: palaris, 2. palo; *cf. paxillus et gr. παλλίωνες* (Ps. Mauric. strat. 10, 3, 3).

compos.: tripalis (-pall-).

2. *palūs, -ūdis f. [*confertur cum ind. vet. palvala- 'stagnum, limus' sim. Sch.*] *de origine*: VARRO ling. 5, 26 -s paululum aquae in altitudinem et palam latius diffusae. ISID. orig. 15, 13, 18 -es (padul- *var. l.*) dictae a Pale pastorali dea, quod paleam, id est pabula, nutriant iumentorum. *scribitur* padul- PAP. Marini 119, 99. 115. *al.* (*v. Schuchardt, Vocalismus des Vulgärlat. I 29*) *et hic illic in codd., e. g. ITALA Is. 35, 7* (Ps. Aug. spec. 135 p. 684, 9 cod. S, qui tamen 144 p. 699, 9 palud-). VEG. mil. 3, 20 cod. M (*idem 4, 1; accedentibus aliis 3, 18*). VVLG. exod. 7, 19 cod. O. Is. 14, 23 cod. Legion.¹ (*v. indicem p. 265*). DIOSC. 4, 15 p. 16, 13 cod. P. [*Hodges*]

repraesentetur): VERG. georg. 2, 333 nec metuit surgentis -us austros . . . , sed trudit gemmas et frondes explicat omnis. DIRAE 12 non arbusta novas fruges, non -us uvas parturiat. NEMES. ecl. 3, 37 Baccho adulescente primum laetas extendit (ostendit var. l.) -us uvas. AVSON. Mos. 195 (de vitium imagine undis repercussa) tremit absens -us et vitreis vindemia turget in undis. CLAUD. 24, 367 in nave Bacchi transtra ligant hederæ, malum circumflua vestit -us. rapt. Pros. 2, 111 hic hederæ serpunt, hic -us induit ulmos. ARNOB. ad Greg. 20 p. 429, 13 huic, sc. corpori, nemora pomis, huic -a uvis . . . procuramus. CORIPP. Ioh. 3, 324 tunc fecunda erat Ceres, tunc laetus -us uvis. *b* singulariter fortasse de vite silvestri: COLVM. 7, 9, 6 nemora sunt convenientissima, quae vestiuntur . . . pomiferis . . . silvestribus, ut sunt albae spinæ, Graecae siliquæ, iuniperus, lotus, -us eqs. (pinus edd. vet., spinus temptat Schneider).

attributa notabiliora: CATO agr. 33, 4 teneros (COLVM. 4, 14, 1. 4, 29, 11. 11, 2, 38 arb. 15 PLIN. nat. 17, 197. *al.*). LVCIL. 1270 albam. ACC. trag. 257 glauco. PRIAP. 85 (Verg. 2), 8 virente (cf. HOR. carm. 3, 25, 20 viridi [4, 8, 33]). CORN. SEV. carm. frg. 8 thelua (sc. helva). CLAUD. carm. min. 25, 5 opaca. THEOD. PRISC. eup. faen. 76 molles.

*B aliarum plantarum (cautius additur velut PLIN. nat. 27, 93. in similitudine HERM. sim. 8, 1, 17. *al.*): PLIN. nat. 16, 153 similis est hederæ . . . quam vocant smilacem . . . , folio . . . a pediculo emitente -os (cf. Theophr. hist. plant. 3, 18, 11 ἰουλος λεπτός καὶ ἔλικτός). 27, 93 adhaerent his foliis Ideae herbae velut -i, in quibus flos (cf. Diosc. gr. 4, 44 ὡς ἔλικες, lat. 4, 41 p. 25, 21 aste [i. hastae]). 27, 94 isopyron aliqui phaselion vocant, quoniam folium . . . in passeoli -os torquetur (cf. Diosc. gr. 4, 120 ἔλικα, lat. 4, 116 p. 57, 8 capriolu). HERM. vulg. (cf. Pal.) sim. 8, 1, 17 alii afferebant virgas suas virides et -os habentes (de sarmentis salicis, ut 8, 1, 18 ex quibus virgibus excreverant -i earum, qui -i afferebant quendam fructum. et saepius *ibid.*, gr. resp. παραφύας). PLIN. med. 1, 12, 2 rubi, in quo mora nascuntur, teneri -i decoquantur ex vino ([Plin. nat. 24, 118 caules]. 1, 13, 5 ruborum . . . -i [Plin. nat. 24, 119 caulicorum. pendent MARCELL. med. 12, 63 rumericum . . . -i. PLIN. phys. Bamb. 36, 15]).*

II translationes variae, quae fiunt cum respectu: *A formae:* PLIN. nat. 9, 163 polyphi . . . pariunt vere ova tortili vibrata -o (cf. Arist. hist. anim. 544a9 καθάπερ βοστρύχιον. 549b33 ὁμοιον βοστρυχίους οὐδάνθης). *B vilitatis, sc. opposito fructu:* ITALIA iud. 8, 2 (Lugd.; Gideon, vir gentis Abiezer, laudat viros Ephraim) nonne melior -us Efrem quam vindemia Abiezer? (gr. ἐπιφυλλίς, Vulg. racemus). *C ubertatis:* VEN. FORT. vita Marcell. 1, 2 inlustrium oratorum ingenia sermonum flore variante distincta et eloquii vernantibus -is obumbrata (cf. pampinosus sub 2).

deriv.: pampinaceus, pampinariis, 2. pampinatus, pampineus, pampino, pampinosus.

? *compos.:* dipampinum, epipampinum.

Somazzi.

1. pān v. pas. [2. pan v. panaces p. 187, 29.]

1. pana v. 2. panna. 2. pāna v. panus.

panaca, -ae f. genus vasis potorii: MART. 14, 100 -a (var. l. -ga): si non ignota est docti tibi terra Catulli, potasti testa Raetica vina mea. *orig. incertae; gr. πανάκη subesse suspicatur Frei-Korsunsky, Griech. Wörter aus lat. Überlieferung, Diss. 1969, 80; vocem peregrinam putant alii.*

panacē v. panaces.

panacēa, -ae f., πανάκεια. scribitur panecia PHILVM., panacia Ps. DIOSC., ORIBAS. syn. 9, 1 add. Aa p. 268, panalea Misc. Tir. (? v. infra l. 78), punacia GLOSS. V 545, 6. acc. gr. -an restituit Marx LVCIL. 1367. de notione: SERV. Aen. 12, 419 -am genus herbae; sciendum tamen Lucretium (trad., Lucilium corr. Pius) -am ubique salem dicere; unde possumus et hoc loco salem intellegere, nam omnem pellit dolorem; sed melius herbam, quia ait 'odoriferam'. add. auct. alii -am medicamentum dicunt ex conpluribus herbis compositum, quod ad omne vulnus facit. GLOSS. I Ansil. PA 249 radix salutaris herbae. GLOSS. V 545, 6 salutaris. legitur inde a ? LVCIL., VERG., LVCANO, PLIN. nat.

? 1 de sale: LVCIL. 1367 cf. l. 59.

2 nomen herbarum: a i. q. panaces: VERG. Aen. 12, 419 Venus spargit . . . salubris ambrosiae sucos et odoriferam -am (panacem cod. P, corr. P¹. cf. SERV. supra). LVCAN. 9, 918 -a potens et Thessala centaurea . . . sonant flammis. LACT. Phoen. 88 addit teneras nardi . . . aristas et sociam myrrae vim, -a, tuam. PELAGON. 400 herbam, quae Heraclea et -a dicitur, teres (Hippiatr. gr. I p. 399, 21 πανάκειαν). MARCELL. med. 1, 80 -ae radix in oleo conteritur et deinde capiti instillatur (Plin. nat. 25, 134 et Plin. med. 1, 1, 4 panacis). med. carm. 52 adde . . . -am. Ps. DIOSC. herb. fem. 64 (63) nomen herba panacia . . . eadem folia cum melle mixta cancri dentium . . . sanat (cf. Diosc. 3, 48, 1 W. πανάκες). Misc. Tir. p. 65, 20 ad gutta frenitica herba panalea et agrimonia (panacea intellexit Moore, Arch. Lat. Lex. 10, 1898, 265). *b i. q. cunila bubula:* PLIN. nat. 20, 169 cunila bubula vescuntur testudines cum serpenti-bus pugnaturae; quidamque in hoc usu -am vocant (cf. Diosc. 3, 29 W.).

3 genus medicamenti (cf. supra l. 62): PHILVM. med. 3 p. 143, 10 qualia emplastra sunt diaiteas (i. διὰ ἰτέας) et panecia et [Gatti]

(H)icesius et . . . Mnaseus. ORIBAS. syn. 9, 1 add. Aa p. 268 *catapotia quoddam* vocatur -a Galenu (*item* eup. 4, 49 Aa p. 568).

cf. Onom.

*panaces, -is, *πάνακες* et *panax, -cis, *πάναξ* (de genere et ceteris formis v. infra). scribitur -nic- ORIBAS. syn. 5, 40, 4 G. GLOSS. III 573, 69. 574, 15. 614, 23. 626, 12. al. de genere: neutr. PLIN. nat. 20, 168. 25, 30. 25, 32. al.; fem. PLIN. nat. 25, 42. 25, 165. 26, 113. al. Ps. APVL. herb. 96 l. 11; masc. CAEL. AVR. acut. 3, 17, 170.

formae notabiliores: tertiae decl. nom. -es CELS. sexies. PLIN. nat. saepe. Ps. APVL. herb. interpol. 123 l. 8. 13 Ps. Diosc. Vind. 3, 51 p. 64, 18 ISID. orig. 17, 9, 28 (cf. -is PLIN. nat. 26, 119 [codd., -es edd. vet.; sim. 26, 152]. GLOSS. III 626, 52. al.), -x COLVM. 11, 3, 29 PLIN. nat. 19, 187 Ps. APVL. herb. 96 l. 11 Diosc. 3, 51 p. 401, 9 GALEN. alfab. ('de panace'). gen. -os (-is passim): GLOSS. III 632, 45 -os rizo (πάνακος ῥίζα subesse videtur). fort. etiam III 541, 53 patanos id est panatu ('-os id est -u?' Goetz). acc. -en PLIN. nat. 12, 127 (-em var. l.; cf. 20, 168). -e Diosc. ter. plur. non nisi LYCR. 4, 124 (-es). primae et secundae decl.: nom. panace (sec. *πανάκη?*): MARCELL. med. 28, 14 Diosc. 3, 50 p. 399, 25 GLOSS. III 552, 38. 39. al.; inde fort. gen. -e (i. -ae) ORIBAS. syn. 3, 17, 1 GLOSS. III 614, 23. 623, 4 (-is Goetz). al., vel -es ORIBAS. syn. 3, 17, 2. nom. panaceus praebent GLOSS., sc. gen. gr. -os pro nom. accipientes, v. l. 75. p. 188, 15, adde III 562, 44 -os. inde etiam abl. -o GLOSS. III 593, 25 opanaculus ius (sc. sucus) de -o (*item* 615, 13. 627, 14). de notione: GALEN. alfab. ('de panace') -x radix est herbae, de qua opananax conficitur; quae et ipsa etiam, etsi infirmius, eadem praestat, quae opananax. ISID. orig. 17, 9, 28 -es (-is var. l.) herba fragrantis odoris, thyrso ferulae similis, ex quo profluit sucus, qui dicitur opananax. GLOSS. III 195, 3 apopanaxion: pan (όποπανάκιον -x dub. Goetz). legitur inde a LYCR., CELSO, COLVM., maxime apud scriptores rerum naturalium.

nomen herbarum variarum, quae ad omnes morbos utiles putantur (cf. PLIN. nat. 25, 30 -es ipso nomine omnium morborum remedia promittit, numerosum et dis inventoribus adscriptum. ad rem v. Gossen, RE XVIII 3, 446 sqq.; André, Lex. des termes de botan. 236. saepe invenitur in compositionibus; gr. fere respondet *πάνακες, πάναξ. ceterum* cf. panacea): 1 usu vario: LYCR. 4, 124 odorem expirant acrem: -es, absinthia taetra habrotonique graves et tristia centaurea. CELS. 3, 21, 7 videntur . . . hanc facultatem habere iris, nardum . . . -es eqs. (-is var. l.). 5, 4 aperiant tamquam ora in corporibus . . . -es, iuncus quadratus, eqs. 5, 18, 11 cerae . . . sextans, -is selibra eqs. 5, 19, 3 -is denarium (opop- Linden, *item* 5, 19, 15). 5, 25, 3^B -is radicis (COLVM. 6, 5, 2 -is et erungii radices [inde PALLAD. vet. med. 5, 3 PELAGON. 21 VEG. mulom. 1, 17, 14, Hippiatr. gr. I p. 38, 2 *πανακείας*]. SCRIB. LARG. 117 -is r. 236 PLIN. nat. 20, 178. 25, 99 -is omnium generum radix [*item* 25, 134. 26, 107. 139; sed 26, 75 e -e omnium generum radix]. al. PELAGON. 78. et saepius apud medicos et mulom. [cf. Niedermann, Mus. Helv. 1, 1944, 231 sqq., sed v. etiam l. 65]. adde GLOSS.). al. COLVM. 10, 103 medica -em lacrima . . . spargite. 11, 3, 17 licet . . . transferre . . . -em ultima parte Martii mensis. 11, 3, 29 -x utroque tempore levi et subacta terra rarissime disseritur. SCRIB. LARG. 5 ad capitis dolorem . . . bene facit haec compositio: . . . -is denarium (*item* MARCELL. med. 1, 5). 260 -is aliquantum (Marcell. med. 21, 14 opop-). al. PLIN. nat. 12, 127 (1, 12, 57 de -e) -en et unguentis eadem Syria gignit, nascentem et in Psophide Arcadiae circaque Erymanthi fontem et in Africa et in Macedonia, ferula sui generis quinque cubitorum, foliis primo quaternis, mox senis eqs. 19, 187 -x piperis saporem reddit. 23, 16 uvae passae inlinuntur . . . podagris et unguum mobilibus cum -e (Diosc. 5, 3, 3 W. μετὰ όποπανάκος). 26, 137 ruptis convulsisque . . . sucus Vetonicae . . . -es, scordium eqs. (aliter distinxit Mayhoff eumque sequentes Ernout-Pépin, in versione contra Plinii usum -es intelligentes 'medicamentum omnia sanans'). 26, 151 menses ciet -is semen cum absinthio (GLOSS. III 623, 4 dancocretico [sc. δαύκος κρητικός] id est -e [trad., -is Goetz] s.). al. CHIRON 831. 841. 897. VEG. mulom. 4, 3, 6 -em a seplasiariis comparas. MARCELL. med. 7, 19 umorem -is, id est opanacem. 30, 42 vinis . . . factis ex . . . -e (cf. Diosc. 5, 83 sub panacites). al.

2 manifestius indicatur certa species: PLIN. nat. 1, 25, 19 Achillea sideritis sive -es Heraclium (GLOSS. III 552, 63 acillea. cf. Plin. nat. 25, 42). 19, 165 ligusticum silvestre est in Liguria suae montibus: . . . -em aliqui vocant ([cf. Diosc. 3, 53 p. 401, 24 sq. cives -e illum vocant inde, quia radix eius alba est . . . , similis -i, cui et virtus una est cum -e]. 20, 168 aliqui -es vocant [-en var. l.; inde 1, 20, 60 ligustico sive -e]. Ps. Diosc. Vind. 3, 51 *λιγυστικόν. οι δὲ πανάκειαν καλοῦσι, Ῥωμαῖοι πάνακες*. GLOSS. III 632, 45 -os rizo: libertici radicis [in eadem glossa 573, 73 -us rignus. 593, 49 -us regius. sim. al., sc. forma -us pro nom. accepta. addas 548, 39 pancugirius]. 25, 30 (1, 25, 11 -es Asclepion) -es . . . numerosum et dis inventoribus adscriptum: unum quippe Asclepion cognominatur (Ps. APVL. herb. interpol. 123 l. 8 et 13 [de tertia specie origani]. Diosc. 3, 51 p. 401, 9 de -e Asclepii. GLOSS. III 552, 38 A. id est -e). 25, 31 id, sc. -es, quod e Macedonia adfertur, bucolicon vocant. 25, 32 (1, 25, 12 -es Heraclion) alterum genus -is Heraclion vocant et ab Hercule inventum tradunt, alii organum Heraclioticum aut silvestre (25, 42 aliqui et

hanc -em Heracliam, alii sideriten [cf. GLOSS. III 577, 11] . . . vocant. 26, 113 -is, quam Heraclion diximus, radice. Diosc. 3, 30 p. 390, 23 organo agreste aut -e aut heraclia [sim. 3, 51 p. 401, 16]. 3, 50 p. 399, 25 GLOSS. III 552, 39. 562, 44. cf. Diosc. 3, 53 p. 402, 3 radix eius ligustici alba est, similis -i eracleotico [CAEL. AVR. acut. 3, 4, 42 GLOSS. III 565, 22]. v. et p. 187, 69). 25, 32 (1, 25, 13 -es Chironion) tertium -es Chironium cognominatur ab inventore (25, 131 -es, Ch. praecipue. 25, 165 Chironiae [*item* fem.: 26, 139. Ps. APVL. herb. 96 l. 11 *innula campana* a Graecis dicitur -x Chironia, alii centauria -x]. Diosc. 3, 52 p. 401, 17 GLOSS. III 558, 15. 622, 9). 25, 33 (1, 25, 14 -es Centaurion sive Pharnacion) quartum -es, ab eodem Chirone repertum, Centaurion cognominatur, sed et Pharnaceon (GLOSS. III 573, 69. 574, 15). GLOSS. III 577, 12 scoporegia (i. scopa regia) id est -is. 626, 52 meo (i. meum) id est erba -is (cf. 614, 48 meo id est erba -us vel radix levistici).

deriv.: panacinus.

panacia v. panacea.

panacinus, -a, -um. a panaces. ad panacem pertinens, sc. de oleo: CAEL. AVR. chron. 4, 7, 95 incipiunt . . . etiam rutacium aut anethinum aut -um oleum (in serie simili: 4, 7, 100 oleo . . . -o. 4, 7, 104 -i olei).

panacites, acc. -ēn, *πανακίτης*. i. q. panace conditum, sc. de vino: Diosc. 5, 83 p. 197, 3 de bino -en: vinu -en conficitur sic: panacis . . . uncias decem mittis in uno urceo eqs. (gr. 5, 62 *πανακίτης. πάνακος κτλ.*).

? panacosceras Ps. APVL. herb. interpol. 65 p. 121 adn., inter nomina herbae paeoniae; fort. depravatam ex *Πανός κέρατα*, quod praebet Ps. Diosc. Vind. 3, 140 p. 149, 11.

panacus v. sub panaces p. 187, 21.

panagorace v. panagorace.

panalēa v. panacea.

ἀροτοπώλης: ? *pānārārius* GLOSS. III 307, 9 (panarius Goetz in indice). formam a panis derivandam collatis ceteris vocibus in -ararius pro -arius desinentibus (v. Svernung, Kleine Beiträge, 1936, 54 sqq.) agnoscere mallem, nisi in eadem glossa quinquies traderetur panarius (v. *ibid.* sub 2).

panaretos, acc. -on vel -um, adi., *πανάρετος* (cf. GLOSS. I p. 162 -os compositum est pan, graece omne, arethis virtus). scribitur in codd. etiam par-, -ere-, -thos; litteris gr. HIER. praef. Vulg. i. q. omni virtute plenus (sc. epitheton librorum quorundam scripturae sacrae; cf. Lampe, Patristic Gr. Lex. s. v.): HIER. chron. a. Abr. 1785 (inde PROSP. chron. I p. 400, 251) Iesus filius Sirach Sapientiae librum componens, quem vocant -on (sc. ecclesiasticum; de eodem libro: praef. Vulg. Salom. p. 4, 9 -os . . . liber. CASSIOD. inst. 1, 5, 6 quem propter excellentiam virtutum suarum -um [-on var. l.] appellat Hieronymus, id est [virtutum omnium capacem] [inde GLOSS. IV 137, 35, add. in cod. a]). ISID. praef. test. 40 liber sapientiae, qui vocatur -on (sic tradi affirmatur Migne 83, 166^C; respicitur liber sapientiae Salomonis).

cf. Onom.

pānāria v. panarius. panaricium v. paronychium.

pānāriolum, -ī n. a panarius (panarium). i. q. parvum panarium, sportula: MART. 5, 49, 10 tum, cum prandia misit imperator, cum -is tribus redisti.

pānārius, -a, -um. a panis. [notione q. e. 'canistrum, corbis' (v. infra sub 1): a -um: *il. vet. et dial.* panaro; francog. panier; prov. vet. panier, var. francoprov., prov., vasc.; cat. paner; hisp. pancro; a -a: sard. centr. panārdza. M.-L. 6187. Battisti-Alessio IV 2741 sq. Wagner II 212. Wartburg VII 535 sqq. St.]

non nisi pro subst.: 1 i. q. receptaculum panibus et aliis cibariis servandis, portandis aptum (sc. neutr. -um, sed masc. -us CIL IX 2854, 3; fem. -a subiacet l. 58; respicitur genus quoddam canistri, velut sportula sim. [distinguuntur SVET. Dom. 4, 5], sed de genere et de materie parum constat infra CIL IX, PAP.; ad rem v. Hug, RE XVIII 3, 456): a testimonia notione: VARRO ling. 5, 105 hinc (sc. a pane) -um, ubi id (sc. panem) servabant, sicut granarium, ubi granum frumenti condebant. CHAR. gramm. p. 140, 19 B. pomaria . . . ubi servantur poma, ut -a (pena-, penu-trad.). GLOSS. ἀροτόθηρον. ἀροτόφορον. κρεμάστρα. κρεμάθρα. canistrum panum. excipulum. b exempla

cetera: CIL I² 1206, 5 (sepulcrum uxoris pistoris ad similitudinem -i aedificatum) corporis reliquiae quod superant sunt in hoc -o. STAT. silv. 1, 6, 31 -a candidasque mappas subvectant pueri (epulo publico ut: SVET. Cal. 18, 2 -a cum obsonio viritim divisit. Dom. 4, 5 senatui equitque -is, plebei sportellis cum obsonio distributis). PLIN. epist. 1, 6, 3 cum venabere, licebit . . . ut -um et lagunculam sic etiam pugillares feras. ITALIA deut. 26, 2 (Lugd.) primitias inmittis in -um (gr. κάραλλον, Vulg. cartallo ut 26, 4 [ibid.] accipiet sacerdos -um ex manibus tuis). CIL IX 2854, 3 (contextu mutilo) -os fabricandos . . . curaverunt aediles. PAP. Tjäder 8, 2, 12 -o rupto uno (dub. an recte alveum pumi iaciendo adhibitum intellexerit editor). NOT. Tir. 104, 61. abiit in sermonem gr. *πανάριον*, v. Davis, Less. Lat. nel Greco d'Egitto, 1971, et Lampe, Patristic Gr. Lex., s. v.

2 i. qui (quae) panem vendit: fem. -a: MIRAC. Steph. 1, 3 mulier quaedam nomine Hilara . . . civibus nota -a. masc. -us: [Gall]

GLOSS. II 246, 17 ἀροπώλης: -us (item III 459, 2. 487, 7. 489, 40. 509, 2. de III 307, 9 v. panarius). 588, 67 -us: panum venditor.

deriv.: panariolum.

panathēnaicus v. *Onom.* **panatrimon** v. pancration.

[**panatros** id est zura GLOSS. III 541, 52 (corruptum videtur pro paliurus, v. supra p. 118, 70 sq.).]

panatru v. panaces p. 187, 16.

panax v. panaces.

pancarpineus, -a, -um. derivatum lat. a gr. πάγκαρπος iuxta pancarpus formatum potius intellegendum videtur quam vox a gr. muluata. i. q. omnibus fructibus commixtus: VARRO Men. 567 -o cibo coacto (var. l. parc-).

pancarpius, -a, -um. a gr. πάγκαρπος (auctum suffixo lat. -ius compositionibus apto). [restituatur olim vix recte pro cognomine iocoso Iesus Valentinianorum Pancarpipannirapiam TERT. adv. Val. 12 p. 192, 1, v. *Onom.*] PAVL. FEST. p. 220 -ae dicuntur coronae ex vario genere florum factae (inde GLOSS.). intellegasne potius i. q. fruges omnis generis habens?

pancarpus, -a, -um, πάγκαρπος. PROB. app. gramm. IV 197, 32 -us non pancarpus (cf. l. 12 et v. Heraeus, Arch. Lat. Lex. II, 1900, 308). formis graecis: AVG. c. Secundin. 23 p. 941, 5 -ος (editor, -os cod.), -on NOVELL. Iust., Ps. APVL.; cf. l. 31.

1 adi., i. q. fructibus omnis generis plenus: AVG. c. Secundin. 23 p. 941, 5 ubi (sc. infra l. 34) te . . . gratulor congruum posuisse vocabulum: -ος enim omnis est fructus, quod in ecclesia spiritaliter verum est (inde GLOSS. V 525, 18 -us: omnis fructus). ibid. p. 941, 9 deus Manichaeorum non -us sed plane campareus (codd.; compartus ed. princ.) factus est, qui omni feritate discerptus est a gente tenebrarum.

2 neutr. pro subst. (vix masc. sub b; cf. tit. libri gr. GELL. praef. 8 -ov): a genus spectaculi circensis, quo variae bestiae inter se vel cum hominibus pugnantibus edebantur (fere per imaginem lancis fructuum variorum plenae): SECUNDIN. epist. p. 897, 1 (cum ludibrio) an -um in arca Noe conspicere disposueras? AVG. c. Secundin. 23 p. 940, 27 tanta . . . deformitate captivo nomine -i, qui in ludicris muneribus edi solet, propter omnium generum quae inierant bestias exagitas arcam Noe, figuram ecclesiae (quae sequuntur v. sub 1). CASSIAN. conl. 5, 14, 2 qui . . . omnigenis congregari bestiis praemiorum contemplatione consueverunt, quod spectaculi genus vulgo -um nuncupatur (inde GLOSS. I Ansil. PA 254). NOVELL. Iust. 105, 1 multa delectatione complebit populum hoc, quod vocatur -on [Latine silva] (del. vulgo; gr. -ov tantum) conspectum, et cum bestiis pugnantibus homines eqs. (cf. IVLIAN. epit. novell. 98, 1 quod -um vocant, celebrandum est). b nomen herbae: Ps. APVL. herb. interpol. 110 l. 11 (cardus silvaticus) Graeci . . . -on, . . . Latini cardus vari(an)us eqs. (pancratation trad., restituatur sec. Ps. Diosc. Vind. 3, 9 p. 16, 16 χαμαιλέον μέλας: οἱ δὲ πάγκαρπος [-ov var. l.]).

cf. pancarpineus et v. *Onom.*

pance v. panza.

? **panceps**: ἔλκος κτήνους ἐπὶ τραχηλίῳ GLOSS. I Philox. PA 82. compos. a panus et capere agnovit Skutsch, Plautin. und Romanisches, 1892, 41; sed eadem explicatio legitur in eodem glossario PA 157 ad formam plur. patices; rem similem significare videtur pa(n)tex apud Chironem (v. sub pantex). corruptumne igitur paniceps pro pantex? de nom. paniceps a plur. patices formato sec. forceps: forcipes cogitatur apud Walde-Hofmann II 248 sub v. panus.

[**pancharis** v. p. 190, 32.] **panchratium** v. 2. paner-.

panchrēstārius, -i m. a panchrestus. i. q. confector panchrestorum: ARNOB. nat. 2, 38 fullones, lanarios, phrygiones, cocos, -os (-chry- cod., -chri- edd.), muliones. INSCR. Année Epigr. 1957 n. 111 (Carnunti) Vlpus V(it)ialis -us (-cre- lapis).

panchrēstus (-os), -a, -um, πάγκρηστος. scribitur -cri- ANTIDOT. BRUX., ORIBAS., GLOSS. traduntur formae gr. vel ambiguae praeter ANTIDOT.; fem. -os sec. gr. l. 69, 71.

i. q. ad omnia utilis: 1 adi., non nisi de medicamentis:

Cic. Verr. II 3, 152 (ironice) adventu L. Metelli praetoris, cum omnes eius comites iste Verres sibi suo illo -o medicamento, sc. pecunia, amicos reddidisset (PLIN. nat. 36, 146 medicamentis . . . quae -a appellat). PLIN. nat. 23, 136 (cf. 1, 23, 71) -os stomatice. ANTIDOT. BRUX. 4 hygra (ygra cod.) dicitur quasi solum collyrium; nam dicitur -um (cod., -on ed.; cf. ORIBAS. syn. 3, 135 ygra . . . -os, mirabilis [gr. -ος]). loco dubio: GLOSS. III 572, 2 pancrista i. semen rutae (acceptitne glossator pro appellatione quod de utilitate medicamenti dictum erat? cf. e. g. Plin. nat. 20, 131 in praecipuis . . . medicaminibus ruta est). 2 n. plur. -a pro subst. indicat dulcia quaedam: SALV. gub. 6, 92 parvulos contumaces, quos morigeros minae ac ferulae non efficiunt, interdum -a atque blanditiae ad oboedientiam trahunt.

deriv.: panchrestarius.

panchrēstārius v. panchrest-.

panchrōdes m., πάγχρωδης (gr. alibi non legi videtur). nomen gemmae q. e. panchrus: DAMIG. lapid. 37 lapis -es: -es (restit. Abel; utroque loco panchrodo cod., panchrodus Pitra) lapis habet colorem omnem, . . . facit . . . ad victoriam, est enim invictus et sacer.

panchrōma n., πάγχρωμα (gr. alibi non legi videtur). nomen herbae (cf. André, Notes de lexicogr. botan. grecque, 1958, 47): Ps. APVL. herb. 3 l. 49 a Graecis dicitur hierobotane, . . . alii -a (om. rec. a) . . . Itali verbenaca (gr. Ps. Diosc. Vind. 4, 60 p. 214, 11 δίχρωμον). GLOSS. III 573, 61 -a i. verbenaca.

panchrōmaton n., πάγχρωματων (gr. alibi non legi videtur). nomen herbae (cf. André, Notes de lexicogr. botan. grecque, 1958, 47): Ps. APVL. herb. 14 l. 10 (herba dracontea) a Graecis dicitur dracontea, . . . alii -on (rec. β, sanchomaton cett.). GLOSS. III 573, 29 pagromaton ho(c) dragantea.

panchrūs m., πάγχρους. nomen gemmae (cf. panchrodes; sunt qui opalum intellegant): PLIN. nat. 37, 178 (cf. 1, 37, 66) -us fere ex omnibus coloribus constat (-c(h)rum var. l.). ISID. orig. 16, 12, 1 (inde GLOSS. I Ansil. PA 257) -us varius ex omnibus pene coloribus constans; unde et nominatus (scribitur etiam -gr- et -cr-).

panchrūsos (-on), πάγχρουσος. i. q. in omnibus aureus (non nisi epitheton oppidi cuiusdam, a plerisque ut nomen proprium explicatum, v. vol. II 1924, 47): PLIN. nat. 6, 170 Berenicen oppidum . . . quae -os cognominata est.

[**pancelo** v. 1. pando p. 192, 48.]

pancera: rapina GLOSS. (scribitur etiam -chra, -gra, -cras sim.). obscurum; cf. impancro vol. VII 1, 516, 61 sqq.

pancratiārius, -i m. a 1. pancratium. scribitur in GLOSS. etiam prancat-, pacrat- sim. [vix recte coniecit Vallarsi pro pammacharii HIER. tract. in psalm. I p. 241, 24.] i. q. pancratiastes: VITAE patr. 5, 5, 15 sunt enim in saeculo -i, qui cum nimis caesi steterint, et fortes apparuerint, coronas accipiunt (gr. Nau 1908 p. 54 n. 166 παμμαχάριοι). GLOSS. III 372, 6 -i: παγκρατιά(ι)οι. IV 373, 30 -us: pugil (382, 30 V 379, 44 GLOSS. I Corp. P 715, 849). V 383, 16 prancatrius (var. l. prancatarius. sine interpr.). GLOSS. I Ansil. PA 256 -i flagellis aut tormentis subiecti aequo animo tolerantur coronantur. V Aa P 1684 pugil: -us, [pancharis] (παγκρατιαστής Theander dubitanter; an, pancratias? [v. infra]).

pancratiās, -ae m., παγκρατίας (gr. alibi non legi videtur). i. q. pancratiastes (cf. l. 32): GLOSS. III 302, 49 παγκρατίας (immo -ia in serie plur.?): -ae. dubium, an recte tradatur GELL. 13, 28(27), 3 animo prompto semper atque intento, ut sunt athletarum qui -ae vocantur (codd. [scribitur etiam -grat-], tuetur Gronov; pancratiastae ed. Iuntina et edd. rec. coll. 3, 15, 3, v. sub pancratiastes).

pancratiastēs, -ae m., παγκρατιαστής. scribitur in codd. etiam pranca-, -cras- sim. NOT. Tir. 107, 72 -is. de formis: sing. nom. -es ENN., FIRM., PLIN. med. (-is NOT. Tir.), acc. -en QVINT., GELL., HIER., GLOSS., abl. -e PLIN. nat. 34, 59 NON., plur. nom. -ae SEN. contr., GLOSS., acc. -as SEN. contr. exc., PLIN. nat. 34, 57. de notione: GLOSS. -en: luctator. -ae: παγκρατιασταί. οἱ παλαισταί. cf. etiam l. 60.

i. q. athleta pancratio certans (hucine etiam GELL. 13, 28 [27], 3? [v. sub pancratias]): ENN. com. tit. -es (affert Non. p. 506, 2 Ennius . . . -e [-is codd.; restit. -e sec. p. 513, 12. 517, 12]. in titulo controversiae: SEN. contr. exc. 5, 3 fratres -ae). SEN. contr. exc. 5, 3 (thema) quidam duos filios -as instituit. PLIN. nat. 34, 57 Myro fecit . . . -as (item de statua: 34, 59 -e Delphis posito). QVINT. inst. 2, 8, 13 si quis docendum -en susceperit. GELL. 3, 15, 3 Diagoras tris filios . . . habuit, unum pugilem, alterum -en (-em var. l.), tertium luctatorem. FIRM. math. 8, 27, 6 erit -es sine filiis (pancrastes sim. trad.). PLIN. med. 3, 30, 11 -es de nobilissimis. HIER. in Tit. 1, 7 p. 567^B ('episcopum . . . esse . . . non vinolentum, non percussorem') non vetat esse pugilem et -en, quod etiam in . . . gentili, si fuerit, reprehenditur, sed eqs. (Vallarsi in margine ed. 1769² addit -ην id est athletam, non indicans unde).

pancraticē adv. a παγκράτιον more graeco-latino formatum (v. Frei-Korsunsky, Griech. Wörter aus lat. Überlieferung, Diss. 1969, 31). i. q. ut pancratiastes (iocose; v. Fraenkel, Plautinisches im Plaut., 195, 1): PLAVT. Bacch. 248 benene usque valuit?:: -e atque athleticē (cf. Epid. 20 valet pugilice atque athleticē).

1. **pancratium** (-on), -i n., παγκράτιον. scribitur prancati CIL VI 10154, 6; pac(h)ra- PLIN. nat. 20, 74; panatrimon et pantracion GLOSS. sub 2 allatae. NOT. Tir. 107, 71 -um. forma gr. -on traditur in nomine herbae PLIN. nat. (iuxta -um), Ps. APVL. herb., v. sub 2; forma -u(m) etiam pro abl. adhibetur DIOSC. sub 2.

1 genus certaminis, quo lucta cum pugilatu iungebatur (ad rem v. Jüthner, RE XVIII 3, 619sqq.): VARRO Men. 519 (in imag.) in charteo stadio . . . magis delectatus Stoicorum -o quam athletarum. PROP. 3, 14, 8 Spartae femina . . . patitur duro vulnera -o. SEN. benef. 5, 3, 1 Lacedaemonii vetant suos -o[s] aut caestu decernere, ubi inferiorem ostendit victi confessio. PLIN. nat. 34, 79 -i (-ti, -tio, -tis trad.) victorem. 35, 139 qui -o Olympiae citra pu(lv)eris iactum, quod vocant ἀκοντί, vicit. HYG. fab. 273, 5 pammachum, quod nos -um vocamus. VLP. dig. 9, 2, 7, 4 si quis in colluctatione vel in -o, vel pugiles dum inter se exercentur alius, alium occiderit eqs. CIL VI 10154, 6 (a. 367/75; lapis perit) in omni aethetico certamine . . . victorem pammacho, lucta [prancati] cestibus(ue), id est pygme [i] immo -i(o)? displicet gen. -i iungendus cum lucta, quod est aliud [Gatti]

2. *pando, pandi (pandidī), passum (pānsūm), -ere. [cum patere coniungere student viri docti. Sch.] vocem derivant: a panem dare (sc. iis, qui asylum petebant in templo Pandae ad id patente) STILO, quem affert VARRO frg. (201 F.) Non. p. 44, 2, ab aperire quidam apud SERV. auct. 6, 283; cf. -ssum a pati p. 200, 84. scribitur: -ire CE 1356, 4 (Arausione, saec. V exeunte, scriptura deterrima). NOT. Tir. 63, 27 -it. de formis (doctrinas gramm. 1. pando conferentium v. illic): perf. act. pandi testantur: CHAR. gramm. p. 320, 23 B. CONSENT. gramm. V 384, 26 (sed formam exstare negat idem 378, 9). PRISC. gramm. III 504, 16 (qui fusius de coniugatione agit). apud ceteros scriptores non legitur nisi forma aucta pandiderunt CASSIOD. hist. 5, 43, 6 et falsa var. l. pandiderant pro perdiderat LEO M. serm. 74, 1 (formas similes conguessit Rönsch, Itala und Vulg., 288). p. p. -ssus et -nsus: GELL. 15, 15, 1 -ssum veteres dixerunt, non -nsus (formam -nsus plane admittit CHAR. gramm. p. 322, 24 B., eandemque damnant: DIOM. gramm. I 377, 23 SERV. Aen. 1, 480. PRISC. gramm. III 504, 29 [ut a nomine Pansa distingui possit]. al.). usus auctorum: -ssus trad. passim inde a NAEV. trag. 16 PLAVT. Stich. 369, v. maxime p. 194, 35sq. 195, 68sq.; -nsus legitur VITR. 3, 1, 3 (bis, sed span- H altero loco). PLIN. nat. 7, 77 -nsis manibus (-ssis, sparsis var. ll.; sed non nisi pass- trad., ubicumque respiciuntur fruges siccandae 14. 16.41. 18, 35). VOPISC. Aurelian. 5, 3 (span- et exspan- trad.). AMM. 16, 5, 11. 24, 2, 10. 19. 29, 5, 48 (span- cod.). 29, 6, 17 (sed 30, 5, 18 -ssis). RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 2, 3 (span- var. l.). PRVD. cath. 12, 170. AVG. serm. 234, 3 (paucis var. l.). HIL. gen. 40 GILD. Brit. 3 chron. III p. 28, 16. v. etiam p. 200, 37. de notione (cf. etiam p. 195, 69. 200, 26): VARRO frg. (201F.) Non. p. 44, 7 (e Stilone) -ere, quod est aperire. GELL. 15, 15, 3 'capillo . . . -sso' . . . quasi porrecto et expanso, et 'ssis manibus' et 'velis -ssis' . . . , quod significat diductis atque distentis. Non. p. 370, 9sq. (distinguitur passum: perpassum) -ssum dicitur genus liquoris, quod ex uva -ssa cogitur (affertur VERG. georg. 2, 93); -ssum: dispersum, solutum (afferuntur VERG. Aen. 1, 480 crinibus Iliades -ssis. TER. Phorm. 106 capillus -ssus. Caecil. com. 197 flammeum expassum); -ssum: extensum, patens, unde et passus dicimus, quod gressibus mutuis pedes pateant (afferuntur ENN. ann. 349 et 350, v. p. 195, 71, nec non NAEV. trag. 16, v. p. 194, 11). CHAR. gramm. p. 320, 23 B. ἀπλώ (cf. p. 336, 10 ἐξἀπλώ). SYNON. Cic. p. 439, 22 -it: aperit. ostendit. patefacit. extendit. recludit. diducit. reserat (sim. p. 416, 1 aperit eqs.). GLOSS. ἀνοίγω, σαφηνίζω. ἀναπέρω. φανερό. ἀπλώ. expono. -ere: aperire. ostendere. et al.; v. etiam l. 62. legitur in poesi inde a NAEV., PLAVT., ENN., TER. (frequentant VERG., OV., VAL. FL., SIL., STAT.); in oratione prosa inde a CATONE, STILONE supra l. 4, QVADRIG., CIC., VARRONE (frequentant PLIN. nat., AMM., non habent e.g. SALL., SEN. rhet., CELS. [sed v. p. 200, 83], SVET.) per totam latinatē, longe praevaleantibus formis temporis praes. et p. p. p., quod praeter usum p. 200, 23sq. descriptum legitur fere de textis, membris, crinibus, v. p. 194, 10. 35. 195, 67; ceterum occurrit singulis tantum locis inde a PLIN. nat. 18, 127, ceterum v. 194, 76. 195, 18. 42. 43. 196, 18. 21. 197, 38. 59. 198, 5. 80. [var. langob., venet., raet. or. et centr. cf. M.-L. 6189. St.] [confunditur in codd. -ere maxime cum expandere (spandere) e.g. CIC. Tusc. 1, 119 CYPR. unit. eccl. 5 (restituatur VOPISC. Aurelian. 5, 3), pendere LVCAN. 5, 428 IREN. 2, 28, 7 (2, 43. 2 H.). al., tendere LVCAN. 5, 428 PRISC. periheg. 578. al. (falsa var. l. VERG. georg. 2, 296 AETNA 244), pangere e.g. OPT. PORF. carm. 7, 15 (falsa var. l. LVCR. 4, 8 PRVD. perist. 4, 153; e con. vix recta TERT. anim. 30, 3), p. p. p. -ssus cum sparsus CAES. Gall. 7, 48, 3 Ov. am. 3, 2, 45 LIV. 26, 9, 7. et saepe. dub. var. l. MART. 14, 106, 1 p. 203, 55; falsa var. l. pro pexus TER. Haut. 290; e con. dub. COMM. apol. 301 (pro quasso). vix recte trad. PETRON. 102, 15 v. p. 192, 74, DIOSC. 4, 76 p. 44, 9 (pro patitur). coll. p. 195, 70 restituendum vid. -ssis GLOSS. I Ansil. PA 558 parsis: sparsis solutis (sim. 559 parsit: solvit exparsit. III Abol. PA pars: solutus vel sparsus. v. Heraeus, Arch. Lat. Lex. 10, 1898, 516; de verbo quodam vulgari pargere pro spargere posito cogitaverat Landgraf ibid. 9, 1896, 408).]

refertur fere ad ea, quae antea complicata, in unum collecta aut clausa, operta erant, ita ut significet i.g. sive extendendo, diducendo sim. sive reserando, detegendo sim. patefacere.

I transitive (reflexive e.g. p. 194, 77. 195, 16. 198, 14, medio-passive e.g. p. 194, 61. 195, 20. 197, 1 [c. acc. relationis, p. 194, 74. p. 195, 69]). cum obi. effecto p. 194, 27. 195, 46sq. 196, 32. 82sq. et p. 199, 37; ceterum effectus vel etiam modus actionis indicatur abl. Ov. ars 3, 500 curvato . . . sinu (RVT. NAM. 1, 278 obliquo . . . s.). SIL. 2, 548 vasto . . . rictu. AVIEN. orb. terr. 223 tenui . . . oris hiatu (cf. CLAVD. carm. min. 26, 28 immenso . . . ore. aliter PLIN. nat. 3, 4); praepos. in c. acc. p. 194, 67. 75 nec non AVIEN. Arat. 1482 in . . . reclinem . . . habitum; cf. adv. late (v. p. 195, 23). laxius AMM. 24, 2, 10, porrectius AMM. 29, 5, 48; finis actionis indicatur praepos. in c. acc. SIL. 10, 295, ad c. gerund. EVSEB. EMES. serm. 29, 23, dat. STAT. Theb. 3, 534; accedit praedicativum CHALC. p. 195, 32. PAVL. NOL. carm. 16, 87 locum, qui . . . paventi -itur e-fugium. CONC. I 5 p. 278, 14.

A in universum: I praevalente notione extendendi,

explicandi, spargendi sim. (accedit color dilatandi l. 60 et p. 195, 22; ceterum quaedam a 2 haud facile distingui posse vix mireris [cf. p. 196, 34]). indicatur unde quid extendatur praepos. ex LIV. 28, 30, 3 CHALC. comm. 220. al., ab PLIN. nat. 3, 6. 6, 1. al. (cf. etiam VERG. p. 196, 83); adv. unde COLVM. 4, 24, 11, deinde PLIN. nat. 3, 29 sim. al.; quo vel qua directione praepos. ad VERG. georg. 1, 398. 4, 28 PLIN. nat. 3, 6. al. (cf. SEN. p. 197, 9), in c. acc. LIV. 22, 4, 4. PLIN. nat. 6, 25 in laeva (AMM. 23, 6, 27). al., dat. CARM. adv. Marc. 3, 212 simulacro (abl. loci intellegas potius SEN. Med. 318).

a -untur quae tendi, porrigi possunt: α texta, vestes, retia sim.: ① vela: NAEV. trag. 16 (v. app. crit.) -sso velo . . . Aquilo. me . . . (in) portum fer (PLAVT. Stich. 369 [perperam Non. p. 11, 28 ad l.: laxo et rugoso]. PROP. 2, 21, 14 PLIN. nat. 19, 5 VAL. FL. 7, 474 FRONTIN. strat. 2, 5, 45. al.; in imagine: CIC. Tusc. 1, 119 in portum mortis v. -ssis pervehi. 4, 9 v. orationis [antea: v. facere]. Ov. ars 3, 500 curvato -ere v. sinu. QVINT. inst. 6, 1, 52 PLIN. epist. 8, 4, 5. FRONTO p. 90, 31 v. d. H. [antea: ad eloquentiam velificaris]. al.). VERG. Aen. 3, 520 velorum . . . alas. SEN. Med. 318 ausus Tiphys -ere vasto carbasa ponto (321 tendere. cetera v. vol. III 429, 8sq.). LVCAN. 5, 428 sipara velorum (pendens, tendens var. ll.). Iv. 1, 150 (in imag.) utere velis, totos -e sinus. AVSON. 394, 28 p. 253 P. lintea veli (RVT. NAM. 1, 278 obliquo . . . sinu. CORIPP. Ioh. 1, 240 flabris. cf. etiam var. l. pro tendant AETNA 244). part. praes. -ens fere pro subst. masc.: SEN. dial. 9, 9, 3 (in imagine) ut non multum procellarum fortunae inruat magna armamenta -entibus. ② quaelibet: PLIN. nat. 9, 29 locum . . . -endis (-entis trad.) retibus habilem. 29, 87 telas muscis in parietibus latissime -it aranea. VOPISC. Aurelian. 5, 3 pallium purpureum, quod in honore eius -nsus fuerat (spansum, expansum trad.). LACT. Phoen. 128 cum -it vestes Flora rubente solo. AMM. 16, 5, 11 -nsa chlamyde aurum accipere. 16, 12, 39 purpureum signum draconis summitati hastae longioris aptatum velut senectutis -entis (pend- var. l.) exuvias. 24, 2, 10 (per) propugnacula cilicis undique laxius -nsis, quae telorum impetus cohibent. 29, 5, 48 sago puniceo porrectius -nso.

β membra corporis (saepē p. p. fere pro adi.): palmas: ENN. ann. 350 (v. p. 195, 71) -ssis late palmis ([NON. p. 370, 23: patentibus et extensis]. gestus fere supplicantis; item p. p. p.: CIC. nat. deor. 2, 111 CAES. civ. 3, 98, 2. VERG. Aen. 3, 263 [SERV.: solutis. auct.: apertis]. GERM. 68 ad numina [Arat. 68 ἀείδονται]). LVCR. 5, 1200 -ere palmas ante deum delubra (inf. ut CARM. adv. Marc. 3, 212 simulacro). manus: CIC. Sest. 117 manibus -ssis gratias agentes (item p. p. p.: CAES. Gall. 1, 51, 3 [ad supplicandum ut: 2, 13, 3. 7, 47, 5]. VITR. 3, 1, 3 et pedibus. ibid. iterum. PLIN. nat. 7, 77 [sparsis var. l.] al.). ITALIA psalm. 43, 21 (cod. 136 Cas.) ad deum alienum (aliae vers. expandimus, gr. διεπετάσαμεν). RVFIN. long. in gen. 3, 6 p. 47, 24 ad sola dei opera -endae sunt. PASS. Andr. long. 5 in cruce (var. l. pend-, tenderet; postea: extensis). alia: VERG. georg. 1, 398 ad solem pinnas in litore -unt alcyones (Ov. am. 3, 2, 45 -ssis . . . p. [sparsis var. l.]. Ps. QVINT. decl. 13, 4 [pendet e loco seq.]. cf. VERG. georg. 4, 28 alas -ere ad . . . solem apes [PLIN. nat. 6, 122. al.; cf. l. 18]). MANIL. 5, 550 per duras -untur bracchia Andromedae cautes (GERM. 205 districta . . . -it b. [fusius gr.]. PLIN. nat. 11, 88. al.). PLIN. nat. 9, 94 a nauplio pandi . . . buccarum sinus aurae tamquam vela. STAT. Theb. 6, 754 Capaneus tanta . . . -it membrorum spatia quanta Tityus. al. part. praes. -ens fere pro subst. masc.: DRAC. laud. dei 2, 756 suppliciter . . . suas -entis flentibus ulnas exaudit deus.

γ loca, regiones, aquae sim. (gentes pro regione AMM. 22, 8, 29; cf. regnum p. 195, 27; sive mero respectu situs, ut e.g. VERG., STAT., sive accedente notione dilatandi, ut l. 65. 68. 76. al.): ① medio-passive: VERG. georg. 1, 34 qua locus Erigonen inter chelasque . . . -itur. LIV. 28, 30, 3 Carteia in ora Oceani sita est, ubi primum e faucibus angustis -itur mare. 32, 4, 4 fauces transeunti . . . repente velut maris vasti sic universa -itur planities (vergit ad B1aß). CVRT. 7, 11, 3 specus os artum . . . est; paulatim deinde ulteriora -untur. PLIN. nat. 3, 4 tam modico ore (sc. freta Gaditano) tam immensa acquorum vastitas -itur. 6, 1 a Bosporo quoque in aliam vastitatem -itur mare (cf. in latitudinem: PLIN. nat. 6, 38 -i mare. APVL. mund. 6 p. 299 [gr. 393a20 ἐπιπλατωνόμενος ἀναχέεται]). AMM. 22, 8, 29 -untur in l. Sauromatae. al.). VAL. FL. 4, 99 proxima Bebrycii -untur navigantibus litora regni (vergit ad B1aß). STAT. Theb. 10, 5 -itur immenso deformis sanguine campus (aliter SCHOL.: abscessu militum patefactus est). SOL. 11, 1 qua Aegaeus sinus -itur. AVIEN. ora 152 Ophiussa . . . tanta -itur latus, quantam iacere Pelopis audis insulam. 679 amnis -itur in decem flexus (vexis trad.; lacunam statuerunt alii). AMM. 29, 6, 17 Tiberis . . . supra amnis speciem -nsus omnia paene contexit. al. ② transitive (et reflexive): PLIN. nat. 3, 6 Tarraconensis . . . ad Gallicum oceanum Hiberico a mari transversa se -ens (sim. AVIEN. orb. terr. 631 Ausoniam se -it in oram tellus Trinacria et patulo distenditur agro [Dionys. periheg. 468 ἐπέταται, Prisc. 478 distenditur]). 3, 29 Hispania citerior paulatim deinde se -ens, qua contingit ulteriorem Hispaniam. 6, 25 Armenia maior transversis iugis inclusa latitudinem in laeva -it ad Cyrum amnem . . . , longitudinem vero ad minorem usque Armeniam [Kruse]

victoria -it. Ov. fast. 4, 449 -itur . . . Diti via. LIV. 4, 15, 5 ad dominationem. 10, 5, 11. 10, 41, 9 -untur inter ordines v. (antea: ut viam . . . patefaciant). GRAT. 360. LVCAN. 3, 467 lancea . . . -ens perque arma v. perque ossa (sim. PRVD. ham. 602 lacerata per ilia viperae). VAL. FL. 2, 612 (navibus ut: TAC. hist. 2, 4, 1. cf. l. 11. p. 196, 13). FLOR. epit. 2, 2, 3. al. iter: SEN. Herc. f. 667 vorago faucibus vastis patet latumque -it omnibus populis i. (item ad inferos: SIL. 12, 127 Acherontis ad undas. 14, 240 ad manis. cf. l. 1). Herc. O. 1988 i. ad superos gloria -et. LAVS Pis. 224 si famae mihi -is i. VAL. FL. 4, 197 SIL. 2, 356. 5, 393 ferro . . . latum -it i. *Flaminius* (CLAVD. 28, 478 ense. cf. p. 196, 77). MART. 12, 98, 4 navigerum per freta -it i. *Neptunus*. al. varia: SEN. Tro. 9 septena Tanain ora -entem (cf. VAL. FL. 8, 187 *Hister* septem exit aquis, septem ostia -it). LACT. ira 7, 10 sunt animalia, quae latibulis suis diversos . . . exitus -ant, ut . . . fuga pateat obsessis. IVVENC. 1, 669 (Matth. 7, 7 pulsate et aperietur vobis) pulsanti . . . aditus foribus -etur apertis (HIL. psalm. instr. 24 psalmi a. propria . . . clave -amus [antea: aperire]. trin. 10, 51 impiissimae intellegentiae. PAVL. NOL. carm. 28, 38 ad basilicas. COD. Theod. 1, 2, 5 a. supplicandi. al.). RVFIN. hist. mon. praef. p. 387/8 virtutis iter agere volentibus . . . tramitem -at doctrina. CE 1918, 1 (sacc. IV/V) -itur introitus, sacrata limina Cr(isto) (SACR. Gelas. 489 M. ad caeleste regnum [sim. 525. al.]. BOETH. categ. 3 p. 252^B liber in altiora philosophiae i. -it). ARATOR act. 1, 525 carcer clausus apostolicis vestigia -it aperta gressibus (aliter p. 198, 59). al.

δ varia: ① *vigente respectu aperiendi, patefaciendi:* LVCAN. 6, 39 per ardua Caesar ducit opus: -it fossas turritaque . . . disponit castella (ADNOT. aperit, extendit. item cum obi. effecto: AMM. 17, 7, 12 Anaximander ait arescentem . . . terram rimas -ere grandiores). VAL. FL. 1, 397 plenas nectare cellas -it apes dimittens. STAT. silv. 5, 2, 178 (in imag.) si tibi -ret ipse Bellipotens aquilas legionum (cf. 165 aquilas tibi . . . et castra recludit). APVL. mund. 23 p. 341 occidentium numerus nascentibus locum -it. AVSON. Mos. 57 ut . . . almus aperto -itur intuitu . . . aer, nec placidi prohibent oculos per inania venti (1¹dat., v. Tränkle, Mus. Helv. 31, 1974, 159). COD. Iust. 6, 32, 4 (a. 379) testamenta -untur (sim. aperiuntur libri: PRVD. apoth. 594 promite secretos fatus, date, -ite librum. CLAVD. 18, 11 -ite pontifices Cumanae carmina vatis. cf. imag.: HIL. gen. 40 primum caeli -nsus liber . . . celso suspenditur orbe). ② *respectu patefaciendi minus perspicuo vergit in notionem q. e. (recludendo) praebere sim.:* STAT. Theb. 4, 849 (841; ad Langiam fontem) fessis . . . hospita -as flumina. PS. ALEX. c. Dind. coll. p. 180, 20 Marti aper caeditur, . . . Mercurio mella -untur (nisi cogites de melle cellis expromendo). IVVENC. 1, 573 sicubi iustitiae -etur (-itur var. l.) pulchra facultas, devitate oculos hominum (SVLP. SEV. chron. 1, 15, 3 ne . . . redeundi . . . f. -retur). AVIEN. orb. terr. 1303 *Arieni* invenere corallo -ere vivendi commercia (gr. *Dionys. perihēg. 1106 βιοτήσιον ὄνον ἔχουσιν*). CLAVD. 24, 107 virtutibus . . . materiam -it Stilicho ('dat materiam exercendi virtutes' *Burman*). COD. Theod. 14, 3, 11 edicimus nulli omnino ad ecclesias ob declinanda pistrina licentiam -i.

b -untur animantes eorumque partes vel sinus sim. (herbae, res personatae; cf. l. 4. p. 196, 45. 58): α *proprie: -ere partes suas:* ENN. ann. 532 -ite . . . genas et corde relinquite somnum (CVLEX 185). VERG. Aen. 6, 421 *Cerberus* tria guttura -ens (SIL. 2, 548 Mors . . . vasto cava -ens g. rictu. al.; sim. SEN. Oed. 165 Mors oris hiatus -it [SIL. 5, 136. 10, 295 tigris moriens -it h. in vanos morsus. TER. MAVR. 1294. BOETH. cons. 2 carm. 2, 14 rapacitas]. LVCAN. 4, 329 -unt ora sitientes [STAT. Theb. 3, 534 caedibus aquilae. al.]. SIL. 13, 560 Mors rictum. al.). NEMES. cyn. 135 lumina -ssa (ARATOR act. 2, 532. cf. oculos: CYPR. epist. 58, 8 [sp. var. lect.]. HIL. in psalm. 52, 20 o. intellegentiae). reflexive et mediopass.: PLIN. nat. 9, 107 conchas -entes se quadam oscitatione impleri roscido conceptu (cf. Sol. 53, 23 hiant. item de conchis: PLIN. nat. 9, 142 -it se pina. EVSTATH. Basil. hex. 7, 3, 8 ostream se . . . sub sole -entem [opp. tegimenta concludere. gr. τὰς πύλας . . . διαπλώσαντα, Ambr. hex. 5, 8, 22 diptychum . . . aperiatur et reseret]). 21, 14 rosa paulatim rubescens dehiscit ac sese -it (sim. CARM. de resurr. 211 rubent, mox ut rosa -itur, arva [pingitur, fronditur var. ll.]). -ere partes alienas: SER. SAMM. 965 -ere quae medicamenta poterunt ulcus patuloque mederi (963 si conclusum servabit tibia vulnus). IVVENC. 3, 394 -antur scissi piscis penetratia ventris (ad Matth. 17, 27). PRVD. perist. 11, 58 altos -ere secessus et lacerare iecur. CLAVD. 5, 414 hic fracti reserat curvamina dorsu *Rufini*; hic iecur, hic cordis fibras, hic -it anhelas pulmonis latebras. β *in imagine et translate:* VERG. Aen. 8, 712 Nilum -entem . . . sinus et tota veste vocantem . . . in gremium . . . victos (SEN. Phaedr. 1190 o mors . . . confugimus ad te: -e placatos s. TAC. hist. 1, 52, 3 -ret modo sinum et venienti fortunae occurreret *Vitellius*. cf. p. 196, 70). SIL. 9, 57 aures -e deo (IVVENC. 2, 547 dictis . . . vitalibus. 2; 812 cordis . . . a. AVIEN. Arat. 292 sacris. CLAVD. 22, 48 rumoribus. APRING. in apoc. 1, 11 p. 8 [seq.: oculi reserantur]. cf. SACR. Leon. 629 -as tuae propitiationis auditum). IVV. 14, 327 si nondum implevi gremium, si -itur ultra (aliter: PRVD. perist. 11, 229 ecclesia maternum -ens g. OROS. hist. 5, 2, 2 ad suscipiendos socios . . . g. -it Africa. PETR. CHRYS. serm.

108, 3 distendit membra, dilatat viscera, pectus porrigit, offert sinum, g. -it *deus*). IVVENC. 2, 212 quis vestrum duram poterit mihi -ero mentem? AVIEN. Arat. 1445 praeeptis . . . sitientia pectora -e (POMER. 3, 8, 1 *superbia diabolo* immunitum pectus . . . -it). AVG. serm. 234, 3 dominus paratus est dare: nos -nsis (paucis var. l.) cordibus optemus accipere (PETR. CHRYS. serm. 79, 4 aperiunt oculos, c. -unt). reflexive: EVSEB. EMES. serm. 29, 23 ut sese -rent ad dandum (cf. 29, 26 de pecuniis dandis erat ei sermo, pigebat autem divites aperiari eqs.). ENNOD. carm. 2, 145, 1 si te, Messala, studiis mihi -ere velles eqs.

e -untur tempora, *initia sim. (sc. vi locali ad tempus translata):* Q. CIC. carm. frg. 4 arida . . . aestatis Gemini primordia -unt (cf. CLAVD. carm. min. 30, 34 nobilitas cunctis exordia -it laudibus). LVCAN. 6, 359 tempora se (ve)ris florentia -unt. NEMES. cyn. 105 cum lanus, temporis auctor, -it inocciduum bis senis mensibus aevum. IVVENC. 2, 292 Christos . . . adventu proprio vitalia saecula -et. MEROB. carm. 4, 1 annus -itur ecce iam secundus.

B *speciatim -untur, quae sensibus vel animo percipienda praebentur (sc. tam explicando, porrigendo sim. quam resevando, aperiendo, sed colores frustra separare temptaveris):* 1 quolibet modo: a strictius -untur quae imprimis oculis subiciuntur:

α *sidera, caelum, lux sim. (cf. p. 195, 4. 197, 38; gr. non respondet verbum notionis similis nisi l. 36):* CIC. Arat. 320 aestifer est -ens ferventia sidera Cancer. 335 quantus terris consectus pellitur orbis (sc. zodiacus), tantundem -ens supera mortalibus edit (gr. 554 τόσσον . . . φέρεται). 380 exoritur -ens industria lumina Virgo (frg. 22. LVCAN. 5, 657 *Matuta* auroram differt et l. -it. cf. OCTAVIA 232 vidimus caelo . . . cometam -ere infestam facem). 406 secum medium *Nixum* -et Nepa (gr. 622 οἱ γὰρ μὴ φορέουσιν). 449 cum cauda . . . omnis iam -itur Hydra (gr. 660 ὄρθανός ἀντιφέροι). 452 *Centaurus* simul cum lumine -it . . . feram. SEN. Herc. O. 1708 nube discussa diem -e, ut decorum voltus ardentem Herculem spectet (STAT. Theb. 4, 486 *Tisiphone*, dux -e diem *Manibus*, ut appareant. APVL. mund. 29 p. 355 sol . . . ortu suo d. -it, occasu noctem reducit. CASSIOD. Ios. antiq. 3, 51 incipiente . . . iam -i die [gr. ἀποφαίνεν]). AVIEN. Arat. 722 celso late se cardine -it *Orion* (gr. 324 ὑπὸ πειπήωτα, Cic. Arat. 105 late dispersum). PRVD. perist. 3, 63 prius . . . , quam plaga -at Eoa polum. CYPR. GALL. Ios. 383 roseus cum primum -itur axis.

β *varia:* CATVLL. 6, 13 non tam latera ecfututa -as, nei tu quid facias ineptiarum (sim. partes corporis: CIL XI 6721, 14 [glans *Perusina*; a. 41/40 a. Chr.] culum pan(dite). PERS. 4, 36 populo marcentis -ere vulvas. HOMER. 831 Apollo mentitos vultus simulati -it Achillis denudatque virum. STAT. silv. 2, 3, 32 niveos ne -ret artus *nympha*. AMM. 27, 10, 15 -bant sequentibus . . . dorsa fugientes). HOR. sat. 2, 2, 26 pietā -at spectacula caudā pavo. VAL. FL. 5, 203 vos etiam, silvae, . . . -ite, dives ubi pellis micet arbore sacra. STAT. Theb. 4, 815(807) a nautis salutatus cum Leucada -it Apollo. 10, 284 luno lunarem quatiens exerta lampada dextra -it iter . . . et corpora monstrat (cf. 12, 266 [verba *Argiae ad Polynicem mortuum*] tu mihi -e vias tuaque ipse ad funera deduc. aliter sub *A2ay*). HIER. in Ezech. 1, 2 ('aperti sunt caeli et vidi visionem dei') quibus reseratis -untur visiones (antea: reserata mysteria). CASS. FEL. 20 p. 30, 14 fistulam ferro nudare et omnem callositatem occultam artificio manus visibus -ere. CASSIOD. hist. 6, 1, 40 philosophantes, qui magis habitu quam magisterio -bantur (Socrat. 3, 1 p. 380^A ἐδείκνυντο). ARATOR act. 2, 1126 velamine noctis aperto -ere visa solum, quod praebuit hospita nautis . . . Melite. al.

b *laxius -untur, quae maxime intellegenda praebentur:* VERG. georg. 2, 258 piceae . . . aut hederae -unt vestigia terrae frigidae (SERV. hederae indicant frigus. aliter p. 195, 47). SIL. 15, 626 lux urget -itque fugam *Poenorum Romanis*. APVL. mund. 26 p. 346 ut nulli temere notitiam oris sui -ret *Xerxes* (gr. 398a14 παντι ἀόρατος). SOL. 1, 84 servi duo gemini viderentur, nisi solus sermo fidem -ret ([*Plin. nat. 7, 56* sermone puerorum detecta fraude]. 53, 1). AMM. 15, 8, 16 *physiognomici libri*, quorum lectio per corporum signa -it animarum interna (cf. ENNOD. epist. 4, 20, 1 p. 113, 7 animorum secreta). RVFIN. Orig. in Ios. 23, 3 p. 443, 11 dei iudicium, quod in occulto est, sors -it in publico (-et var. l.). MACR. Sat. 3, 5, 1 etiam de sacrificiorum usu . . . diligentiam suam -it *Vergilius* (aliter ENNOD. epist. infra). DIONYS. EXIG. Conc. I 5 p. 235, 11 desiderium, quod erga vestram paternitatem . . . gero, quo possum studio -ere non desisto (cf. ENNOD. epist. 3, 14, 2 p. 82, 4 muta . . . diligentia quo teste -atur?). ENNOD. carm. 2, 111, 16 gramina cultorem praenoscent, muta locuntur: . . . monstrat cui creverit arbor: fetibus et genio -itur hic dominus. CORIPP. Ioh. 1, 565 cauti fortesque . . . -ite quisque suas belli in discrimine vires (eadem fere 4, 440). 6, 558 ite per hostes intrepidi . . . : patrias . . . -ite laudes. PASS. Petr. Paul. long. 14 ut *Simonis* iniquitas manifestata omnibus -retur (gr. κατάδηλος γένηται). al. ? neutr. plur. p. p. -ssa pro subst. i. q. aperta, cognita sim.: ARNOB. nat. 2, 4 cum imminetia et nondum -ssa nullis possunt rationibus refutari (sic *Reifferscheid* in indice sec. *Hildebrand*, cui minus placet part. perf. verbi q. e. pati passivum adhibitum; parum considerate *Bulhart, Wien. Stud. 71, 1958, 168*).

2 dictis, scriptis (sive mero respectu eloquendi, proferendi [fere *Krusc*]

argumenta, e. g. infra l. 11. 22., sed ipsam orationem l. 35. 37], sive cum colore explicandi, illustrandi e. g. l. 6. 28, quem frustra ab illo separare temptaveris; notionem patefaciendi se verbis v. sub β):
parabilis, -e. a 1. parare. i. quod (facile) parari potest: CIC. fin. 1, 45 natura divitias, quibus contenta sit, . . . -es (-is var. l.) . . . habet (item in doctrina Epicuri spectat ad cupiditates explendas sec. gr. εὐπόριστος [cf. e. g. Epicur. sent. 15]: 2, 90. 91 Tusc. 5, 93. cf. SEN. epist. 4, 10 -e est, quod natura desiderat, et adpositum. Ps. SEN. mon. 21 necessaria -ia sunt). HOR. sat. 1, 2, 119 -em amo Venerem facilemque (SCHOL. viliolem pretio). SEN. dial. 9, 1, 6 cibus . . . -is facilisque nihil habens accessiti pretiosique (cf. CVRT. 6, 2, 3 parco ac -i victu [8, 4, 28]). epist. 5, 5 res . . . usitatas et non magno -es (cf. 90, 18 omnia necessaria obvia erant et gratuita et opera levi -ia). CVRT. 3, 5, 2 levi et -i cultu corporis. Paškiewicz.

*parabola, -ae f., παραβολή (cf. e. g. AVG. in psalm. 77, 1 -a . . . licet sit vocabulum Graecum, iam tamen pro Latino usurpatur). scribitur saepe -bul- (e. g. ITALIA Marc. 3, 23 et 4, 2 [cod. e, sed 4, 33 -o-]. PRISCILL. tract. 1, 12 [sed 1, 13 -o- ex -u- correctum, 6, 91 -o-]), interdum -vola (e. g. ITALIA Marc. 4, 30 cod. d), parala var. l. AVG. quaest. hept. 2, 164, palab- var. l. MACR. Sat. 4, 5, 7. NOT. Tir. 32, 70. 32, 70a summa -a (vix exemplum notationis permissus, licentia medio aevo inde a saec. XII sollempnioris, sed potius respicitur VVLG. num. 24, 15 sumpta . . . -a [cf. p. 289, 9]). 94, 11a. formae graecae inveniuntur in textu gramm. et rhet. (et CASSIOD.), maxime nom. sing. -e (quasi indecl. pro acc. CASSIOD. in psalm. 103, 2, 113, 8; -ae ISID. orig. 1, 37, 31 [item SCHOL. Verg. Bern. ecl. 8, 87?]) et acc. sing. -en; abl. -e QVINT. inst. 8, 3, 77. ceterum nonnulli scriptores formas variare videntur, si codd. vel edd. fides habenda, v. e. g. IVL. RYF. rhet. 22 sq. p. 44 παραβολή . . . -e . . . -a. legitur vox sermoni pedestri propria inde a SEN. phil., QVINT. maxime apud gramm. et rhet., ceterum saepe in sacris script., unde passim apud Christianos inde a TERT. (sed omnino deest CYPR.). ['Wort': dalm. palaura; it. parola; sard. centr. et mer. paraula, peraula 'gegebenes Wort'; raet. or. preaule, occ. parevla 'Märchen' (a sermone docto haud alienum); francog. parole; prov. vet. paraula et var. francopro. prov., vasc.; cat. paraula; hisp. palabra; port. palavra. cf. M.-L. 6221. Battisti-Alessio IV 2780. Wagner II 221. Wartburg VII 603 sqq. Corominas III 616. Machado³ IV 283 sq. St.]

1 notiones aut respicientes litteras ac orationem aut inde derivatae (gr. respondet παραβολή, nisi alia adnotavimus): A usu originario de comparationibus, similitudinibus, imaginibus, sine respicitur perfecta comparatio complectens et rem, de qua agitur, et rem, quae comparandi causa affertur, sive sola res comparandi causa allata (vix id quod comparatione aut explicatur aut velatur [v. p. 288, 8]): 1 quibuslibet (saepissime respiciuntur comparationes perfectae; raro apud ecclesiasticos, v. etiam p. 288, 75): SEN. epist. 59, 6 scriptores antiqui, qui simpliciter et demonstrandae rei causa eloquebantur, -is referti sunt, quas existimo necessarias, non ex eadem causa qua poetis (sc. ornandi causa), sed . . . ut et dicentem et audientem in rem praesentem adducant (item respicitur vis demonstrandi vel argumentandi e. g. l. 78 et GAUDENT. serm. 18, 4 G. BOETH. top. Arist. lat. 157a 14; al. vis ornandi e. g. l. 83 et CLAVD. DON. Aen. 10, 725 p. 382, 24. 11, 720 p. 523, 5). QVINT. inst. 5, 11, 23 in argumentatione proximas exemplo vires habet similitudo praecipueque illa, quae ducitur . . . ex rebus paene paribus . . . ; nam -e, quam Cicero conlationem vocat (cf. 5, 11, 1, ubi -e linguae graecae vindicator), longius res quae comparentur repete solet (cf. p. 287, 7). 6, 3, 59 (textu corrupto). 8, 3, 77 (de similitudinibus orationem ornantibus) in omni . . . -e aut praecedit similitudo, res sequitur, aut praecedit res et similitudo [Krömer]

sequitur (cf. SACERD. gramm. VI 464, 3 sqq.). SACERD. gramm. VI 463, 32 *homocosis* dividitur tribus modis, in -am, in paradigma, in icona (sim. DON. gramm. IV 402, 22 MACR. Sat. 4, 5, 1. al.; aliter IVL. RVF. rhet. 22sq. p. 44 cuius species sunt primae duae παράδειγμα et παραβολή. harum distantia est, quod paradigma facit vera exempla, -e ficta ostendit [ad rem v. QUINT. inst. 5, 11, 1]; -a et ipsa tripartita est, per εικόνα, ὅμοιον, ἐπαγωγή). 464, 1 -a est rerum dissimilium comparatio (sim. DON. gramm. IV 402, 24. al.; aliter IVL. VICT. rhet. 6, 3 p. 399, 20 sqq. *similitudo* ducetur aut ab exemplo aut a -a aut a fabula aut ab imagine . . .; -a est res aut genere similis aut ratione eqs.). 464, 19 fit . . . -a modis octo eqs. (item DIOM. gramm. I 463, 22). EPIST. Paul. et Cor. II rec. A 28 a seminibus . . . facere -am (doctrinae add. rec. C; rec. B sumere exemplum). NOVATIAN. trin. 6, 2 D. SERV. Aen. 1, 497. SCHOL. HOR. sat. 2, 3, 320 ('ranae a te non multum abluat imago') non a te discrepat -a. STAT. Theb. 6, 386 (408) 'tardius astra cadunt' (sc. quam equi currunt): -a per hyperbolen eqs. (cf. p. 288, 66 et Diom. gramm. I 464, 13 comparatio per dissimilitudinem). CLAUD. DON. Aen. 10, 410 p. 345, 1 'non aliter . . .': complevit -am. HIER. adv. Iovin. 1, 11 p. 224^c Paulus (I Cor. 7, 18 sqq.) infert . . . -as circumcisi et ethnici, servi et liberi eqs. hom. ORIG. in Ezech. 1, 11 p. 335, 4 iuxta aliam -am ab Iohanne Baptista propositum (respicitur Luc. 3, 17). 5, 5 p. 375, 31 (de Ezech. 15, 1-5, quae explicantur 15, 6-8) quae cum in -a audierit propheta, nos tantum sensum debemus exponere secretiorem. VVLG. Ezech. 17, 2 propone enigma et narra -am . . . et dices: . . . aquila grandis eqs. (explicatur 17, 12 sqq.; aliter accipit HIER. p. 291, 17). QVODV. prom. 2, 19, 35 unus . . . sub quadam -a totum increpat Israhel (respic. iud. 9, 8 sqq.). MACR. Sat. 4, 5, 7 a -a . . ., quoniam magis hoc poetae convenit (cf. SEN. supra), saepissime pathos movit Vergilius (sequitur: patheticae -ae). 5, 13, 30 quae animam -ae dabant apud Homerum. 5, 16, 14 hoc Maro non narrationis ut Homerus, sed -ae loco posuit. ORIG. in Matth. ser. 53 p. 119, 12 in aliqua -a . . . Pastoris. al.

2 a Iesu propositis (-a dominica, euangelica sim. e. g. IREN. 1, 8, 1 [1, 1, 15 H.]. HIER. in Ier. 6, 16 p. 87, 19). παραβολή exstat saepe apud Matth., Marc., Luc. (Ioh. utitur voce παροιμία, quae vertitur similitudo aut proverbium); in Matth. et Marc. ITALAE CODD. plerique et VVLG. praebent semper -a, cod. k, ubi exstat, semper similitudo (cod. e variat); in Luc. plerique variant (etiam VVLG., -a ubique cod. a, d, sim. ubique cod. e). ecclesiastici vocem -a nimirum etiam de similitudinibus adhibent, quae in euangeliis non ita appellantur; ceterum multos locos ita tractant, quasi pertineant ad p. 289, 76 sqq., cum in euangeliis saepe comparationes non perfectae respiciantur et Iesus -is usus esse dicatur, ne intellegeretur (v. sub ba). ad rem v. Hauck, Theol. Wb. NT s. v.

a exempla varia: ITALA Matth. 13, 3 (cod. d al. = VVLG.) locutus est eis multa in -is (13, 10 [ibid.]. Marc. 12, 1 [ibid.]. al.; cf. Matth. 13, 33 [ibid.] aliam -am locutus est. sim. al.; ceterum cf. e. g. Marc. 3, 23 [cod. f al. = VVLG.] in -is dicebat illis [cod. d al. in -am, cod. b al. ait . . . in -is]. Luc. 15, 3 [aur. al. = VVLG.] ait ad illos -am istam. 13, 24 (cod. a al. = VVLG.) -am propositum (HIER. epist. 21, 41, 1 [subi. est Hier.]. al.). 13, 53 (cod. b al. = VVLG.) cum consummasset . . . -as. 21, 33 (cod. b al. = VVLG.) aliam -am audite (cf. p. 288, 6). TERT. adv. Prax. 26 p. 279, 6 inducens -am (IVLIAN. in Iob 8, 17. al.). pudic. 9 p. 236, 7 sunt . . . in -is, quae et simpliciter posita sunt ad struendam et disponendam et texendam -am. IREN. 3, 14, 3 per solum Lucam cognovimus . . . et de -a divitis illius eqs. ORIG. in Matth. ser. 9 p. 15, 18 praecedentem -am (v. vol. X 2, 402, 25 sq.) exponens Matthaeus scribit (fere i. q. narrare ut 75 p. 176, 12). p. 15, 23 narrationem -ae seminantis. 12 p. 23, 15 -arum euangelicarum cenas. al.

b indicatur, quare Iesus -is usus sit: α ut doctrinam absconderet: ITALA Matth. 13, 13 (cod. d al.) in -is loquor eis, ut videntes non videant et audientes non audiant et non intellegant, ne quando convertantur (aur. = VVLG. quia v. n. vident et a. n. audiunt neque intellegunt. cf. locos geminos Marc. 4, 11 Luc. 8, 10). IREN. 4, 29, 2 (4, 45, 2 H.) qua ratione dominus in -is loquebatur et caecitatem faciebat Israel . . ., sciens incredulitatem eorum, eadem ratione et cor Pharaonis indurabat eqs. HIL. in Matth. 13, 1 sedisse dominum in navi et turbas foris stetisse ex subiectis rebus est ratio; in -is enim erat locuturus et facti istius genere significat eos, qui extra ecclesiam positi sunt, nullam divini sermonis capere posse intelligentiam. AMBROSIAN. in I Cor. 14, 21, 2 ut quia multi Iudaeorum malivoli erant et propterea non erat dignum his in revelatione loqui euangelium, sed (om. rec. γ) in -is loqueretur ad eos et intellegentes ideo non sibi revelari, quia mali erant, nec sic se corrigere, ut mererentur per explanationem audire verba dei. FVLG. RVSP. praedest. 3, 15. al.

β ut doctrinam, partim saltem et pro auditorum intellectu, explicaret (cf. e. g. p. 286, 75. 290, 79): ITALA Marc. 4, 33 (cod. f al. = VVLG.) talibus multis -is loquebatur eis verbum, prout poterant audire (tamen sequuntur: seorsum autem discipulis . . . diserebat omnia). RVFIN. Orig. in gen. 1, 7 p. 9, 22 venimus ad Christum unusquisque secundum propriam suam virtutem; aut enim cum turbis venimus ad eum et per -as nos reficit ad hoc tantummodo, ne multis ieiuniis deficiamus in via, aut eqs. CASSIOD. in psalm. 68, 12

dixit dominus -am ad turbam . . ., more providentiae suae, ut qui caelestia capere non poterant, per terrenas similitudines audita percipere potuissent. al.

c illustratur ratio, quae intercedit inter duas partes comparisonis (notabiliora selecta): α per verba: ITALA Matth. 13, 18 (cod. d al. = VVLG.) audite -am (cod. e: -as) seminantis (potius usu laxiore pro audite, quid sit -a sem. [cf. Marc. 4, 10 infra] quam notione novata, sc. 'id quod narratione demonstratur'. cf. narra l. 10 et B3). 13, 36 (aur. al. = VVLG.) disere nobis -am zizaniorum (aliae vers. edisserere, narra, enarra. item disserere notione q. e. interpretari: Marc. 4, 34 [cod. d al.]. TERT. pudic. 10 p. 239, 1 in ethnicum. MAX. TAUR. serm. 25, 1 M. al.; cf. TERT. resurr. 33 p. 72, 16 sqq. aut ab ipso Christo . . . edisseratam . . . aut a commentatore euangelii praeluminatam . . . aut ultro coniectandam eqs.). 24, 32 (aur. al. = VVLG., sim. Marc. 13, 28) ab arbore . . . fieri discite -am eqs. (cf. p. 287, 12). Marc. 4, 10 (cod. d al., sim. Luc. 8, 9 et 11) interrogaverunt illum . . ., quae esset -a ista (aur.: de -is, VVLG. -as. item esse: HIER. epist. 21, 1, 2 de iusto et peccatore. in Matth. 21, 28 gentilium et Iudaeorum. al.). 4, 13 (cod. d al. = VVLG.) nescitis -am hanc, et quomodo omnes -as cognoscetis? 4, 30 (cod. f al. = VVLG.) cui -ae comparabimus regnum dei? (in quam -am c. vel similabimus aut in qua -a damus vel transferamus aliae vers.). TERT. adv. Marc. 4, 29 p. 521, 13 defecti . . . -a in persona domini. 4, 37 p. 548, 26 servorum . . . -a . . . iudicem ostendit deum (IREN. 1, 3, 1 [1, 1, 5 H.] per -as. OROS. comm. 2 de -a. al.). pudic. 7 p. 232, 4 drachmae -am . . . in ethnicum interpretamur (al. HIER. hom. Orig. in Ezech. 11, 2 p. 425, 35 salvator . . . ipse. al.). 8 p. 235, 4 Iudaeum . . . -a non recipit. p. 235, 19 haeretici . . . -as quo volunt tribuunt. HIL. in Matth. 22, 3 haec . . . -a distinguenda temporibus est et dignoscenda personis est. ZENO 2, 13 (1, 37, 10 L.) Samaritani -a . . . sacramentum spiritaliter intuentibus patefecit. al. β variis modis: ITALA Matth. 21, 45 (cod. c al. = VVLG.) cum audissent . . . Pharisei -as eius, cognoverunt, quod de ipsis diceret (Marc. 12, 12 [cod. b al.; cod. a al. et VVLG. ad eos]. cf. Luc. 12, 41 [aur. al. = VVLG.] ad nos. 18, 9 [ibid.] ad quosdam, qui in se confidebant. 20, 19 [cod. a al.]). Luc. 18, 1 (cod. f al. = VVLG.) dicebat . . . -am ad illos, quoniam oportet semper orare (cf. AVG. quaest. euang. 2, 45, 1 ad semper orandum . . . -am ponere). TERT. adv. Marc. 4, 39 p. 556, 4 regiam potestatem in -a postulaturus exierat Christus. 5, 6 p. 590, 4 -a fortis illius armati . . . si in creatoris -am accipitur (cum gen. rei demonstrandae ut: resurr. 22 p. 55, 27. TRACT. in Luc. 1, 3 G. doctrinae [cf. p. 287, 12]. RVFIN. Orig. in num. 5, 2 p. 28, 4 remissionis. EVCHER. instr. 1 p. 122, 17. al.). pudic. 8 p. 235, 14 ne aliorum temperetur facilitas comparationum, quam quo -ae cuiusque materia mandavit (dictum esse videtur de conditione, qua adductus Iesus -am proposuit [cf. 7 p. 232, 4], ut 9 p. 238, 17. non de doctrina -a illustranda [opp. materiae doctrinarum 8 p. 235, 22, cf. 9 p. 235, 25 sq.] neque de re comparationis causa allata [ita 8 p. 234, 9]). resurr. 33 p. 72, 10 ad Iudaeos in -is loquitur . . .; nonnumquam plane et ad discipulos (cf. sim. opp.: IREN. 4, 2, 5 [4, 3, 2 H.] manifeste et sine -is [4, 36, 8=4, 58, 10 H. per -am . . . et m. al.]. 4, 41, 4 [4, 68, 2 H.] non per -as, sed simpliciter. HIER. in Matth. 21, 33 l. 1547 in -is, . . . aperta facie). MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 12 sicut ipse intus (sc. Christus in carne), sic et verum intus in -is et signis (duae Christi naturae comparantur ut EPIPHAN. in euang. 55 p. 143, 16). GAUDENT. serm. 18, 15 G. ratio . . . -ae (MAX. TAUR. serm. 33, 3 M.). AMBR. apol. Dav. I 5, 20 nec -a videtur a mysterio discrepare (cf. HIER. epist. 21, 28, 1 iuniorum filium secundum praesentem -am in publicanis et peccatoribus . . . debemus accipere [opp. secundum mysticos . . . intellectus]). in Luc. 8, 13 (ad Luc. 16, 19 sqq. ut HIER. tract. p. 376, 20 sq.) narratio magis quam -a videtur, quando etiam nomen exprimitur (de differentia inter -am et narrationem historicam etiam: AVG. gen. ad litt. 8, 4 p. 236, 21 [ad Luc. 15, 23] domini narratio -a fuit, de qua numquam exigitur, ut . . . ad litteram facta monstrantur. 8, 7 p. 241, 11 quaest. hept. 2, 164. cf. p. 287, 6). HIER. epist. 21, 41, 3 sub omnibus -is arguuntur invidiae Iudaei. AVG. quaest. euang. 2, 45, 1 -as dominus aut secundum similitudinem . . . ponit, . . . aut ex ipsa dissimilitudine aliquid probat. al.

B usu deflexo, sc. evanescente comparandi notione (in sacris scripturis et apud ecclesiasticos praeter p. 289, 54. 63): 1 servata notione dicendi sim. (sequuntur scriptores latini [interdum dubitanter, v. e. g. HIER. in Is. 14, 2 p. 216^D et 217^B] interpretes veteris test. graecos, qui pro hebr. mašal scribere solebant παραβολή etiam ubi non de comparatione agitur, v. Hauck, l. c. 744 sqq.; Wackernagel, Kl. Schr. II 1239 sqq.; ceterum usus deflexus interdum permiscetur cum usu originario, v. e. g. AVG. doctr. christ. 3, 29, 40 CASSIOD. in psalm. 45, 4 [3]. 103, 2): a dicuntur varia (loci huc pertinentes inde a novo test. [v. p. 289, 6] saepe ita accipiuntur, quasi pertineant aut ad b [saepius enim etiam hic iuxtaponuntur aenigma sim.] aut ad A1); -a significatur i. q.: α sententia, sermo (saepius respiciuntur sententiae sapientium; sermo propheticus l. 83 sqq.; huc vergunt etiam e. g. IREN. 1, 8, 1 [1, 1, 15 H.]. 2, 20, 1 [2, 32, 1 H.]): ITALA num. 23, 7 (Lugd.) venit spiritus dei super illum, et accepta -a sua dixit (item de Balaam Israel benedicente et futura praedicente: 23, 18 al. [VVLG. adsumpta -a sim.]. respicit [Krümer]

Ps. PHILO antiq. 18, 10 tulit -am. ANON. proph. p. 17, 397sq. [*de prophetiae vel revelationis septem membris vel generibus*] vox de caelo, accepta -a eqs. [*sim.* ISID. orig. 7, 8, 36, *qui addit* apud Salomonem in proverbiiis]. psalm. 48, 5 (Sangerm. *al.* = VVLG.) inclinabo in -am aurem meam. 77, 2 (Veron. *al.*, *sim.* VVLG.) aperiam in -is os meum (*sed iam* Matth. 13, 35 *hic locus notione originaria accipitur*). prov. 1, 6 (Hier. in Is. 29, 17, *sim. al.*) intellegit -am et tenebrosus sermonem, dicta sapientium et aenigmata (*nisi ad b ut* VVLG.). Mich. 2, 4 (cod. 175 = VVLG.) sumetur super vos -a (*[nisi ad β]*). VVLG. Is. 14, 4 Hab. 2, 6). Matth. 15, 15 (cod. f *al.* = VVLG.; *cf. locum geminum* Marc. 7, 17) edisserere . . . -am (*respicitur 15, 11 non quod intrat in os coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem*). Luc. 14, 7 (*aur. al.* = VVLG.) dicebat . . . ad invitatos -am . . . : cum invitatus fueris ad nuptias eqs. HIER. adv. Iovin. 1, 28 p. 250^B in sequenti -a legimus (*seq. prov. 30, 21sq.*). VVLG. III reg. 4, 32 locutus est . . . Salomon tria milia -as (*cf. p. 290, 44*). Iob 27, 1 (= 29, 1) addidit quoque Iob adsumens -am suam (*cf. Aquila παραβολήν, sed LXX προοίμιον, unde Hier. interpr. Iob prooemium et praefationem*). prov. 26, 7 indecens est in ore stultorum -a (*sim.* 26, 9). eccles. 12, 9 cum . . . esset sapientissimus Ecclesiastes . . . composuit -as multas (*cf. p. 290, 48*). Sirach 20, 22 ex ore fatui reprobabitur -a, non enim dicit illam in tempore suo. 38, 38. *respicitur titulus librorum*: ITALA prov. tit. (*testatur* Aug. spec. 7 p. 71, 13 satis sint ista de -is [*in var. l. Cypr. testim. 2, 1. 3, 50*]. *cf.* HIER. praef. Vulg. Salom. p. 4, 5 masloth, quas Hebraei -as, vulgata editio proverbialia vocat [*sim. reg. p. 7, 2. aliter* ISID. orig. 6, 2, 18]; LXX παραοίμια, unde aliae vers. par-oemiae aut proverbialia ut Vulg., ubi tamen sequitur 1, 1 -ae Salomonis [*item 10, 1. 25, 1*]. HIER. praef. Vulg. Salom. p. 4, 11 hebraicum librum Sirach . . . non ecclesiasticum, ut apud Latinos, sed -as praenotatum. VVLG. Sirach 20, 29 verbum -arum. β *irrisio* (*semper in locutionibus* in -am dare, facere *sim.*; *notio plerumque minus certa, cf. etiam l. 9 et p. 290, 40*): ITALA deut. 28, 37 (Lugd.) abducat dominus te . . . , et eris ibi in enigmat[a]e et in -a et in narratione in omnibus gentibus (*Vulg. proverbium*). II par. 7, 20 (Complut., *sim.* VVLG.) dabo eam domum in -am et in narrationem omnibus populis (Iob. 3, 4 [Vat.]. VVLG. Ier. 24, 9). psalm. 43, 15 (cod. 136 Cas., *sim. al.*) posuisti nos . . . derisum . . . , posuisti nos in -a gentibus (*Vulg. ut aliae vers. similitudinem*). 68, 12 (Veron. *al.* = VVLG.) factus sum illis in -am (AVG. ad l. [id est in irrisionem] [*delendum?*]; -a dicitur, quando datur similitudo de aliquo, quando de illo male dicitur; sic ille, verbi gratia, pereat quomodo ille, -a est; is est comparatio et similitudo maledicti). γ *proverbium* (*sententias sapientium sim. v. p. 288, 80, maxime l. 22*): ITALA I reg. 24, 14 (Lucif. Athan. 1, 14) dicitur -a antiqua: ex iniquis exiet nequitia (*Vulg. in proverbio*). Ezech. 18, 2sq. (Hier. in Ier. 31, 27) quid vobis et -ae isti inter filios Israhel dicentium: patres comederunt uvam acerbam et dentes filiorum obstupuerunt? . . . si fuerit adhuc haec -a in Israhel . . . ; anima quae peccaverit, ipsa morietur (*notionem proverbii [ut Ezech. 12, 22 psalm. 68, 12] huic loco tribuit HIER. in Ezech. 12, 21 l. 1450 [quid est vobis -a ista]; at in Ezech. 18, 1 -am et proverbium ita explicat: ut aliud in verbis sonet, aliud in sensu teneat eqs.; distinguere videtur VVLG. Ezech. 18, 2sq. -am vertitis in proverbium eqs.*). Luc. 4, 23 (cod. d *al.*) dicetis mihi -am hanc: medice, cura te ipsum (*cod. b al. et Vulg. similitudinem*). δ *fabula, narratio* (*vix huc RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 44[46]. hist. 3, 39, 11 ORIG. in Matth. ser. 51 p. 113, 1*): [MART.] 5, 31 lemma -a tauri (*nisi ad A1, quo referre possis 10, 11 -a de . . . amicitias. 11, 26 -a de Ganymede. 11, 42 -a de scriptis suis*). RVFIN. hist. 3, 39, 17 Papias historiam quandam subiungit de muliere adultera . . . ; habetur autem in euangelio, quod dicitur secundum Hebraeos, scripta ista -a (*gr. ιστορίαν . . . ἦν τὸ . . . εὐαγγέλιον περὶ ἐξεί*). ROMVL. fab. 11 epil. rec. gall. (*sim. rec. vet.*) -a haec monet illos, qui volunt bene facere malis (*var. l. fabula; cf. Thiele p. LXXXIX*).

β *de sacris scripturis alia quam quae dicuntur significantibus* (*cf. p. 287, 61sq.*): ① *generatim* (*notabilia selecta*): ITALA Ezech. 20, 49 (Tycon. reg. 4 p. 40, 25, *sim.* VVLG.) nonne -a est haec quae dicitur? (*sc. Ezech. 20, 46-48. explicat HIER. ad loc. l. 98 est sensus: 'planius loquere, non intellegimus per -am quid loquaris'. ceterum cf. TYCON. reg. 4 p. 40, 15 intellexit -am esse adversum Hierusalem*). TERT. adv. Prax. 13 p. 248, 2 (*respicitur gen. 19, 24*) non in allegoriis et -is, sed in definitionibus certis et simplicibus habent sensum (*sim. opp. AMBR. virginit. 19, 121 [ad Luc. 5, 4]. HIER. in*

Ezech. 18, 1 l. 48 [*ad exod. 20, 5sq. et 34, 5-7*]). resurr. 31 p. 69, 21 non . . . in -a accipienda . . . revelationis intentio (*respicitur Ezech. 37, 1-14*). 33 p. 72, 3 in euangeliiis quidam dominum omnia in -is pronuntiasse contendunt. p. 73, 2sq. *sententiae Christi quaedam* si nomina absoluta sunt rerum . . . , ut nihil eorum in -am comprimi possit, nec ea in -as compellantur, quae . . . praedicantur. IREN. 1, 19, 2 (1, 12 H., *ad Dan. 12, 7sq.*) Daniel interrogat angelum absolutiones -arum. 2, 10, 1 -as, quae quaeruntur et ipsae quomodo dictae sint, male ad eum deum inventum . . . transfigurantes (*infra: ambiguas . . . scripturas*). PRISCILL. tract. 1, 12 dominus . . . ad intellegendum se opus verbi tribuens -am dicti per se sermonis exposuit dicens (*seq. oratio dei Iob 40, 3sq.; de eodem loco ibid. 1, 13*). HIER. in Ezech. 18, 25 (*ad p. 289, 45*) putatis -am non esse -am, sed sic eam accipitis quasi historiae veritatem (*cf. in Is. 14, 5sq. p. 217^D quem regem debemus intellegere ut -am; . . . aliter simplex historiae expositio quomodo -a dicitur, quae nulli alteri παραβάλλεται, id est comparatur?*). VVLG. Sirach 39, 2sq. in versutias -arum simul introibit, occulta proverbiorum exquiret et in absconditis -arum conversabitur. RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 205, 28 quod per aliam . . . -am, sub eodem tamen intellectu dicitur in euangelio (*respicitur Matth. 24, 17*). Orig. in num. 16, 2 p. 138, 22 per -am ergo dicit Balaam. Orig. princ. 2, 5, 2 a nobis . . . talia (*sc. exod. 20, 5 sim.*) . . . non secundum litteram intelleguntur, sed . . . requirimus, quid introrsus significet ipsa -a. AVG. c. Adim. 15 p. 157, 18 Iesus ostendens non esse -am Matth. 15, 11, sed propriam locutionem (*sim. de eodem loco c. Faust. 16, 31 p. 480, 19 non proprie nec aperte . . . , sed . . . obscuritate -ae*). IULIAN. in Iob 29, 1 -a proprie dicitur, quando plus continetur in sensibus quam pronuntiat in verbis, vel amplius quam in superficie sonat rerum consequentia, vel intellectus ratione conficitur; hoc enim totum egit vel potentiae divinae . . . descriptio vel sapientiae . . . commendatio, ut sancti Iob per haec virtutibus testimonium redderetur. CASSIOD. inst. 1, 18 Hilarius altus . . . divinarum scripturarum abyssus . . . adducens facit . . . conspici, quae prius -is velabantur obscuris (*in psalm. praef. p. 9^A psalmorum obscuritas, quae variis est intexta personis et velata -is. cf. 17, 13[14] in conspectu dei . . . veritas patet. . . nec -is tegitur, quod manifesta luce declaratur*). in psalm. 77, 9(12) vides omnia -is et propositionibus explicari (*i. perspicua esse, cum cognoscatur psalmum in -is loqui*). al. ② *speciatim de veteris testamenti locis, qui Christum et ecclesiam praefigurare iudicantur* (*dub. an hac DIDASC. apost. 54, 31 QVODV. prom. 2, 22, 43*): TERT. resurr. 20 p. 53, 7 prophetas ne virtutes (*i. miracula*) quidem eius Christi per -as profatos, sed plane. IREN. 4, 26, 1 (4, 40, 1 H.) Christus per typos et -as significabatur. 4, 27, 1 (4, 42, 3 H.) Salomon Christi regnum praefigurabat et loquebatur tria milia -arum in adventum domini (*affert III reg. 4, 32 [v. p. 289, 16]*). PRISCILL. tract. 6, 91 absolutionem dicti in -is sermonis (*sc. I Cor. 5, 7, ubi verba exodi de paschate explanantur*). HIER. in eccles. 12, 9 (*scrutans composuit proverbialia. cf. p. 289, 20*) Salomon proverbialia et -as composuerit aliud habentes in medulla, aliud in superficie pollicentes. CASSIOD. in psalm. 1 concl. -is et tropicis allusionibus subsequens drama decurritur (*sc. post psalm. 1-10*) et per allegoricas similitudines paene omnia referuntur ad dominum salvatorem. 77 concl. dixit . . . -is se et propositionibus esse locuturum eqs. GREG. M. moral. 18, 2 (*ad Iob 27, 1*) nominata . . . -a . . . discimus, ne iuxta textum tantummodo eius verba pensemus; ad eam itaque similitudinem, cuncta trahenda sunt, qua figurate ecclesia designatur (*sim. 19, 15 ad Iob 29, 1*). al.

γ *de sensu nominis latente*: VIGIL. TRID. ad Ioh. 9 Martyrius martyrium passus prophetiam, quam tenebat (*sc. nomine suo*), implevit: exposuit vocabuli -am eqs.

2 *evanescente etiam notione dicendi de rebus, quae alterius rei significandae causa non solum memoratae (v. 1b), sed etiam factae esse iudicantur* (*exempla certiora*): α *de rebus in veteri testamento memoratis, quae Christum, ecclesiam sim. praefigurare iudicantur, i. q. typus*: ITALA Hebr. 9, 9 (cod. 89 = VVLG.) quae cultus Iudaici condicio -a est temporis instantis. 11, 19 (cod. d, *sim.* cod. 89 et VVLG.) Abraham fide optulit Isaac . . . aestimans, quod a mortuis suscitare possit deus; unde cum et in -am resurrectionis accepit (*aliter intellexit MVTIAN. sub b*). HIL. in psalm. 136, 2 omnia, quae in Aegypto gesta erant, parabolica esse ita (*sc. per psalm. 77, 2*) demonstrata sunt . . . ; per id enim, quod et -ae et propositiones sunt, rerum futurarum effectibus comparantur (*sequitur: in praefigurationem*). PRISCILL. tract. 10, 133 si dictus verborum formis et rerum -is adprobaret scriptura (*nisi ad b*). QVODV. grat. 2, 5, 1 percurramus eandem ipsam -am (*sc. Davidis ante arcam saltantis, de quo censet 1, 19, 7: haec . . . similitudo magnum passionis dominicae continet sacramentum*). 2, 6, 1 transeamus . . . a -a ad spiritalem intellectum. β *de aliis rebus*: TERT. anim. 43, 11 (*de somno mortis exemplari*) fidei facilius adiuvandae per imagines et -as sicut sermonum ita et rerum (*cf. SEDVL. op. pasch. 4, 5 dominus factorum sermonumque -is vitale nobis iter ostendit*). resurr. 14 p. 42, 18 talia . . . divinarum virium linamenta non minus -is operato deo quam locuto (*cf. IREN. 5 praef. per -as et dicta sunt et facta*). IREN. 1, 3, 1 (1, 1, 5 H.) a salvatore per -as ostensa . . . sic: triginta Aeonas significari per triginta annos eqs. HIER. in Ier. 18, 1

[Krömer]

paracharacta (-ēs?), -ae m., παραχαράκτις. *i. q. adulterator monetæ* (cf. Gloss. adulter: π.): COD. Theod. 9, 21, 9 falsæ monetæ rei, quos vulgo -as vocant (cf. l. 15).

[**paracharagma** vel **paracharagnus**, -a, -um v. paracharaximus.]

paracharaximus, -a, -um, παραχαράξιμος. *scribitur paracar-*
in cod. X CASSIAN. (sc. ubique forma -caraximus), var. codd. Ps. IGNAT. (ubi et -caraxina), GLOSS. V 622, 50.

1 usu originario *i. q. adulterinus* (de nummis, non nisi in imagine; vox vulgaris esse dicitur l. 15, cf. l. 3; apud CASSIAN. coniciebatur olim paracharagma vel paracharagnus, -a, -um): CASSIAN. conl. 1, 21, 1 abbas quidam nimio ieiunio peccavit -o scilicet inlusus nomismate, dum . . . parum discutit, an esset legitime figuratum (1, 22, 1 ut . . . cogitationes, quæ mentiuntur opera pietatis, tamquam adulterina n. et -a reprobemus. 2, 9 ut deprehendamus n., quod non sit in moneta legitima figuratum, atque illud, sicut vulgari usus verbo . . . dixisti, tamquam -um reprobemus). Ps. IGNAT. Magnes. 5, 2 homo irreligiosus falsa moneta est, noxia, adultera, -a (prava var. l., gr. παραχράγμα, quod vix etiam lat. restituas), quæ non a deo, sed a diabolo facta est (huc fortasse spectat GLOSS. V 524, 44 -a: imago vel figura falsa). usu pro subst. (neutr. potius quam fem. sec. moneta; hucine GLOSS. supra?): CASSIAN. conl. 1, 20, 4 -is nos conatur includere diabolus. **2** in explicazione prava *i. q. paracharacta*: GLOSS. V 622, 50 (glossæ Aynardi) -us est falsus monetarius.

[**paracia** *i. gramen* GLOSS. III 573, 13. corruptum pro parthia, quod exhibent Ps. Apul. herb. 78 l. 12 (var. l. percia) et Gloss. III 559, 52 (apud Ps. Diosc. Vind. 4, 29 p. 192, 11 respondet ἀπαρία).]

? **paracimetus**, -i m., παρακίμετος (sc. χρόνος). *i. q. tempus perfectum* (t. t. gramm.): MACR. exc. gramm. V 610, 22 ὑπεροπτελιζός passivi generis de -o (-o rest. Ianus) suo nascitur. 614, 35 prima persona -i (-mei cod.) semper in a terminatur. sed fortasse formæ lat. supra allatæ excerptori potius quam ipsi MACR. tribuendæ sunt; scribitur enim in iisdem exc. Par. litteris lat., sed forma gr. -os 610, 10 (peri-cod.), litteris gr. -os 606, 5. 7. 16, ut in exc. Bob. 633, 19.

† **paracinonia** v. vol. I 1915, 20.

paracēsis (vel -ē-, v. paracletus), acc. -in f., παράκλησις. *i. q. consolatio* sim. a spiritu sancto allata: HIL. syn. 29 credimus in spiritum sanctum, qui in -in et sanctificationem et consummationem credentibus datus est. RVFIN. Orig. princ. 2, 7, 4 paracletus . . . quod dicitur spiritus sanctus, a consolatione dicitur; -is (edd., sed trad. litt. lat. cum var. ll. -lisis et -lysis) enim latine consolatio appellatur (inde ISID. orig. 7, 3, 10 sent. 1, 15, 4. cf. FVLG. RVSP. c. Fab. frg. 2, 2 [inde GLOSS. Ansil. PA 370] et consolatio et exhortatio apud Graecos -is [ed. -is cod.] dicitur).

* **paracletus** (vel -ē-) et paracletus, (-ytus), -i m., παράκλητος (*vocem originis gr. esse testantur e. g. PELAG. in II Thess. 2, 16 AVG. in euang. Ioh. 34, 2. de scriptura: differunt inter se iam codd. antiquissimi; exhibent enim -etus codd. abd ITALAE Ioh. 14, 16 (non in cod. a). 14, 26. 15, 26. 16, 7. cod. P PALLAD. c. Ambr. fol. 347r, 4. 347v, 5. 8. 22. cod. C AMBROSIAST. in Rom. 16, 27. 1 in Eph. 3, 17. et al., -itus cod. ff² ITALAE Ioh. (locis cit., item codd. IJ al. VVLG.). cod. Vat. SERM. Arian. frg. 19. cod. P AMBR. fid. 2, 9, 76 (sed -etus ibid. in afferendo Ioh. 14, 26). cod. R AMBR. spir. 1, 15, 137. cod. A PRVD. cath. 5, 160. et al., -ytus cod. B HIL. ad Const. 2, 9, 1. cod. C al. VVLG. (locis cit.). cod. A ACT. Archel. 11, 3 al.; cod. Vat. SACR. Gelas. 618 M. et al.; in codd. rec. praevalere videtur forma -itus. Not. Tir. 120, 42 -um (et al. eodem casu). plur. non nisi in negatione p. 294, 65. de mensura: syllabum paenultimam, quam longam docte conservat AVSON. rhop. 7 p. 19 P., corripitur apud Ps. HIL. hymn. 1, 35. 2, 94 HYMN. Ambros. I 9, 19 PRVD. cath. 5, 160 perist. 10, 430 ORIENT. carm. app. 3, 164 in voce a Graecis sero mutuata mirum non est (cf. e. g. idolum et Leumann, Grammat. 1977, 56). legitur solum apud Christianos inde ab ITALIA, TERT., sed deest CYPRI. nec in titulis exstare videtur, nisi recte suppletur INSCR. christ. Diehl 1830, 1.*

i. q. advocatus, adiutor, consolator sim. (gr. respondet nimirum παράκλητος, de qua voce v. Behm, Theol. Wb. NT V 798sq.): **1** de spiritu sancto (notione originaria evanescente [v. tamen BI et e. g. p. 294, 40] abiit saepe in meram appellationem spiritus sancti). ponitur saepe iuxta subst. spiritus, idque maxime his formis: sp. sanctus -us TERT. praescr. 8 l. 34 adv. Prax. 2 p. 229, 12 HIL. c. Aux. 14 LVCI. Athan. 1, 31 l. 3D. 1, 40 l. 33. et saepe (cf. sanctus -us sp. LVCI. non conv. 9 l. 81D. non par. 25 l. 19. al. NICET. hymn. A 13 p. 84B., sanctus sp. -us LVCI. non par. 25 l. 18D. Ps. ORIG. hom. in Matth. 4, 7 p. 258, 16), sp. -us HIL. in Matth. 31, 11 LVCI. Athan. 2, 11 l. 31D. AMBR.(?) sac. 6, 2, 9. 10 PALLAD. c. Ambr. fol. 347v, 8. 23. al., -us sp. Ps. ORIG. tract. 20, 11B. EPIST. pontif. 311 ed. Cabié l. 56 FVLG. RVSP. c. Arian. 7 l. 604. al.

A in scriptura sacra: ITALIA Ioh. 14, 16 (cod. b al. = VVLG.) rogabo patrem et alium -um dabit vobis . . . spiritum veritatis (cod. c al. advocatum, r al. consolatorem; item variant codd. et ceteris locis. explicant e. g.: MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 12 in ipso altero -o, hoc est spiritu sancto, inest Iesus, sicut in ipso deus? eqs. AMBR. spir. 1, 13, 136 unitas . . . nominis est, non filii spiritusque Sabelliana confusio. Ps. AMBR. trin. 6 p. 515^B 'alius' . . . ut aequalitatem naturæ

ac potestatis agnoscamus. cf. etiam p. 295, 16. 20). 14, 26 (ibid.) -us autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia (per contaminationem cod. a advocatus est autem -us ille sp. s. cf. 15, 26 [ibid.] cum . . . venerit -us, quem ego mittam vobis a patre spiritum veritatis eqs.). 16, 7 (cod. a al., sim. VVLG.) si non abiero ego, -us non veniet ad vos.

B apud ecclesiasticos: **1** explicationes vocis (ne similia separentur, addidimus locos quosdam, qui Christum respiciunt): TERT. ieiun. 13 p. 292, 6 spiritus sanctus . . . ex providentia imminuentium . . . plagarum, qua -us id est advocatus ad exorandum iudicem dicitur, . . . remedia mandabat (monog. 3, 12 quod a tota continentia infirmitatem tuam excusat. AVG. in euang. Ioh. 74, 4. al.; v. etiam infra). AMBR.(?) sac. 6, 2, 10 quid est -us nisi consolator? (PELAG. in II Thess. 2, 16 p. 447, 5. al.; item GLOSS.; ceterum v. infra). RVFIN. Greg. Naz. orat. 4, 12, 1 -us, id est advocatus vel consolator (item praebent utramque explicationem: AVG. in euang. Ioh. 94, 2 EVCHER. instr. 2 p. 160, 1. al.; notiones distinguit FAVST. REL. spir. 1, 10 p. 119, 5 -um, id est a., quod ad personam filii respicit, sive etiam c., quod ad sanctum spiritum pertinet [cf. locum sequentem]). Orig. princ. 2, 7, 4 utrumque . . . significat in graeco -us, et consolator et deprecator; . . . in salvatore nomen -i pro deprecatore intellegendum videtur, . . . de spiritu vero sancto -us consolator debet intellegi (cf. FAVST. REL. supra). RVSTIC. c. aceph. p. 1179^A ('alius' personarum differentiam indicat, 'aliud' naturarum) non dixit (Ioh. 14, 16) 'aliud consolatorium' spiritum, sed 'aliud -um' (inde fortasse GLOSS. -um: consolatorium [item GLOSS.^L Corp. P 108], nisi conicias consolatorem). ISID. orig. 7, 3, 12 alii -um . . . oratorem vel advocatum interpretantur; ipse enim spiritus sanctus dicit, ipse docet eqs.

2 loci ceteri: **a** generatim (exempla selecta): TERT. praescr. 8 l. 37 apostoli . . . doctorem consecuturi erant -um. adv. Prax. 2 p. 229, 12 spiritum sanctum, -um, sanctificatorem fidei eorum, qui credunt. 25 p. 276, 10 conexus patris in filio et filii in -o tres efficit coherentes (item respicitur sancta trinitas: MAR. VICTORIN. hymn. 3, 7L. pater, filius, -us, o beata trinitas. 3, 175 esse, deus, es; spiritum esse, Christus; apparere quod sit spiritus, -us. Ps. HIL. hymn. 2, 94 gloria . . . sit deo patri, genito, -o. PRVD. cath. 5, 160 filius spirat de patrio corde -um. et saepe; cf. l. 46sq.). IREN. 3, 17, 3 (3, 18, 2 H.) ut . . . ubi accusatorem habemus (cf. apoc. 12, 10), illic habeamus et -um (sim. elucet notio vocis originaria: NOVATIAN. trin. 29, 8 D. Christus -um discipulis . . . dabat, ne illos . . . sine avvocato et quodam tutore desereret. AVG. conf. 3, 6, 10 nomen -i consolatoris nostri spiritus sancti. Ps. AVG. serm. cd. Mai 43, 2 nisi -us veniat advocatus. al.; cf. I supra et AMBR. infra). NOVATIAN. trin. 16, 3D. si a Christo accepit -us quae nuntiet, maior ergo iam -o Christus est eqs. (v. Loi, ed. 1975, ad l.). HIL. c. Aux. 14 credo . . . et in spiritum sanctum -um (SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 71, 4 in spiritum sanctum, hoc est in -um. LVCI. Athan. 1, 40 l. 33 D. al.). syn. 53 si quis . . . non alium dicat -um a filio . . . anathema sit (sim. CONC. Tolet. a. 400 Mansi 3, 1003^D. al.; cf. p. 295, 15sq.). LVCI. non conv. 9 l. 81D. sanctum -um spiritum . . . constare ex nihilo (sec. Arianorum doctrinam ut: reg. apost. 7 l. 68D. fabricatum esse ex nihilo. SERM. Arian. frg. 19 providentia dei per Christum factus). GAUDENT. serm. 14, 3G. plenitudinem doctrinae . . . per ipsum -um . . . consummandam esse. AMBR.(?) sac. 6, 2, 10 Ariani putant se derogare sancto spiritui, si dicant illum spiritum -um; . . . quasi non et de patre lectum sit, quia ipse est 'deus consolationis' (II Cor. 1, 3. cf. NICET. spir. 16 nequis . . . spiritum sanctum, quia -us dicitur, contemptibile aliquid existimet eqs.). CONC. Tolet. a. 400 Mansi 3, 1003^A est . . . genitus filius, non genitus -us, sed a patre filioque procedens (item PASTOR libell. p. 43, 9 Ps. AVG. serm. 233, 1). EPIST. pontif. 311 ed. Cabié l. 56 ut vel consignent vel -um spiritum tradant pontifices (cf. formulas traditionis SACR. Gelas. 451M. inmitte in eos spiritum sanctum tuum -um. al.). Ps. IGNAT. Phil. 2, 4 neque tres sunt patres neque tres filii, sed neque tres -i, sed unus pater eqs. et saepius.

b specialim de -o operante secundum doctrinam: **α** Montani (cf. III C1a): TERT. anim. 58, 8 hoc . . . -us frequentissime commendavit, si qui sermones eius ex agnitione promissorum charismatum admiserit. fug. 1, 1 errant -um non recipiendo (cf. ieiun. 1 p. 274, 20 -o controversiam faciunt, . . . novae prophetiae recusantur. 12 p. 291, 11 -um, quem in Montano negatis, in Apicio credere. sim. al.). monog. 2, 4 -us . . . multa habens edocere, quæ in illum distulit dominus (cf. 14, 3 si . . . Christus abstulit, quod Moyses praecepit . . . cur non et -us abstulerit, quod Paulus indulsit? virg. vel. 1, 10 iustitia per euangelium efferbuit in iuventutem, nunc per -um componitur in maturitatem. et sim. al.). adv. Prax. 1 p. 228, 19 nos . . . agnitio -i . . . disiunxit a psychicis. pudic. 21 p. 269, 24 qui ipsum -um in prophetis novis habeo dicentem: ' . . . ' (postea: quid si pseudo-propheticus spiritus pronuntiavit?). et saepe apud eundem. Ps. TERT. haer. 7 p. 224, 19sq. in apostolis quidem . . . spiritum sanctum fuisse, -um non fuisse et . . . -um plura in Montano dixisse, quam Christum in euangelio protulisse. HIL. ad Const. 2, 9, 1 Montanus per insanas feminas suas -um alium defendit (cf. Ioh. 14, 16 sub 1A). AVG. c. [Paškiewicz]

Faust. 32, 17 p. 777, 22 Cataphrygarum -o. *et al.* β *Manis* (*cf. III C 1b*): FAUST. Aug. c. Faust. 32, 6 et nobis *Manichaeis* -us ex novo testamento promissus . . . docet, quid accipere ex eodem debemus et quid repudiare. Avg. c. Faust. 32, 15, 32, 16 vos -um docuisse scripturas istas (sc. *acta*) apostolorum non esse. 32, 17 quae tandem poterit haeresis exoriri sub -i nomine, quae non haec omnia . . . sibi audeat coaptare? *al.*

II *de ceteris trinitatis personis:* A *de filio:* *in scriptura sacra:* ITALIA Ioh. 14, 16 *v. sub IA.* I Ioh. 2, 1 (Ambr. spir. 1, 15, 137 *al.*) si quis peccaverit, -um habemus ad patrem Iesum (Christum) (*Cypr. epist. 55, 18 al. et Vulg. advocatum, Conc. 8 I 5 p. 195, 23 al. consolatorem; per contaminationem Tract. de trin. fid. p. 193, 30 habemus advocatum . . . iustum -um Iesum Ch.*). *locis inde pendentibus* (*v. etiam sub IBI*): MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 11 quod -us et Christus est. HIL. syn. 54 ut ipsum esse filium -um dicant *haeretici*, cum . . . differentiam missi rogantisque significet *Iesus* (sc. Ioh. 14, 16 *sub IA. cf. AMBR. spir. 1, 15, 137 alius -us est filius, alius -us spiritus sanctus; . . . quemadmodum unitas nominis, ita etiam unitas potestatis est*). HIER. epist. 120, 9, 17 quando dicit dominus 'alium -um . . .', et se ostendit esse -um (*sim. NICET. spir. 16. al.*). FAUST. REL. spir. 1, 10 p. 119, 24 si secundum hominem -o Christum adsimilatum putas, *erras. sim. al. usu liberiore:* ORIENT. carm. app. 3, 164 respice nos . . . crucifixe, -e, *Christe.*

B *de patre* (*cf. p. 294, 57 et e. g. Hier. epist. 120, 9, 17 et deus pater hoc censetur nomine -i sive consolatoris*): NICET. spir. 16 (*inde EVGEN. Vict. Vit. 2, 93*) nec a patre hoc nomen -i alienum est: beneficii enim nomen est, non naturae (*affert II Cor. 1, 3 pater misericordiarum et deus . . . consolationis*). FVLG. RVSP. c. Fab. frg. 2, 1 cognosce, quod deus pater non careat -i opere, ut ex hoc discas non certare de nomine.

III *de aliis divinitatibus, spiritibus, hominibus:* A *ironice in contradictione de diabolo:* TERT. ieiun. 11 p. 289, 29 *si dicis diabolium, non spiritum sanctum hanc disciplinam introduxisse, aut contende diabolium cum deo facere nostro aut satanas -us habeatur.*

B *in doctrina Valentinianorum est nomen aconis cuiusdam nec non salvatoris:* TERT. adv. Val. 8 p. 186, 3 -us et Pistis (*inter acones ab Homine et Ecclesia progneratos ut: IREN. 1, 1, 2 [1, 1, 1 H.], 2, 14, 8 [2, 18, 7].*) 16 p. 195, 17 *Christus . . . vicarium praeficit (-fecti coni. Kroymann aliter interpungens) -um Soterem: hic erit Iesus (de eodem: IREN. 1, 4, 5 [1, 1, 8 H.]) -um . . . misit ad eam Achamoth, hoc est Salvatorem.*

C *de ipsis hominibus:* 1 *locum usurpantibus -i a Christo promissi:* a *de Montano* (*cf. p. 294, 67*): Ps. HIER. indic. de haer. 32 Montanum -um et Priscam . . . vanissimus error observat (*inde cautius: Avg. haer. 26 Montanus tamquam -us*). RVFIN. hist. 5, 14 qui *M.* se -um nominaret. b *de Mane* (*cf. supra l. 1*): ACT. Archel. 15, 3 (*loquitur Manes*) sum quidem ego -us, qui ab Iesu mitti praedictus sum (Avg. c. Faust. 13, 17 p. 398, 26 -um . . . esse Manichaeum vel in Manichaeo. *al.*) 25, 3 (*verba Archelai*) quem ego magis parasitum quam -um dixerim. RVFIN. symb. 37 (39) l. 25 qui seipsum -um nominavit. *al.*

2 *conviciose de Petiliano:* Avg. c. Petil. 3, 16, 19 p. 177, 2 *Petilianus me Tertulli accusatoris (act. 24, 1) . . . vocabulo denotet, sibi propter advocatorem . . . i nomen imponat atque ob hoc se cognominalem spiritus sancti . . . fuisse deliret (p. 176, 27 advocati forensis).*

in usu verborum cum parasitus l. 50.

? *paraclisis v. parenclisis.*

paraclitus v. paraclitus.

paracemē, acc. -ēn f., παρακεμή. scribitur in codd. ubique -agm- (*ad g pro κ cf. Leumann, Gramm. 1977, 199*). *i. q. remissio, declinatio* (t. t. med.): MARCELL. med. 27, 30 cedente . . . impetu affectionis . . . quod tempus Graeci -en vocant (*opp. acmen ut: Ps. SORAN. quaest. med. 88 [sec. Ps. Galen. defin. med. XVIII 388] acgritudinis declinationem -e(n) vocant Graeci. 188*). Ps. SORAN. quaest. med. 193 quid est -e(n)? declinatio passionis est; . . . interdum . . . comprehendimus declinationem morborum, cum aequales quidem permaneant accessiones, sed symptomata minuuntur.

paracollēma, plur. -ata n., παρακόλλημα. i. q. genus emplastris: ORIBAS. syn. 8, 40, 5 La p. 250/1 -ta (-colim- *cod.*) . . . et superinunctiones uteris, quando in . . . temporibus venas tumentes tenduntur (*Aa anacollimas, gr. παρακόλλημασι*).

**paracollēsis, acc. -in (-im l. 76) f., παρακόλλησις. scribitur hic illic -ole- vel -olli-, v. infra. i. q. glutinatio* (sc. *vulnerum sim.; gr. respondent verba κολλάω vel παρακολλάω praeter l. 78*): DIOSC. 1, 118 p. 60, 22 M. cataphrasim adibita palma vulnere recenti -in facit ([*Plin. nat. 23, 98 vulnera conglutinant. sim. respondent e. g. 23, 124 et 1, 143 p. 72, 5 M.*]. 2, 65 p. 207, 9 *paracolesim [cod. Mon.]. et saepe apud eundem*). 4, 33 p. 22, 22 *herba inposita vulnerebus -in pr(a)estat ([gr. 4, 36 ἐναιμών ἐστὶ κολλητική].* 4, 55 p. 30, 5 *paracollisin [cod. Par.].* 5, 146 p. 234, 12 *de spongia*).

paracollēticus, -a, -um, παρακολλητικός. scribitur -colet- DiOSC. 1, 119 p. 62, 20 M., -col(l)et- DiOSC. 1, 139 p. 69, 22 M. 5, 142 p. 232, 14 GLOSS. *usu originario i. q. paracollēs in efficiens, conglutinans* (*gr. respondet κολλητικός, nisi alia adnotavimus*): DIOSC. 1, 119 p. 62, 20 M. *malum granatum est -um vulnerum.*

1, 139 p. 69, 22 M. virtus est ei suco . . . -a vulnerum ([*Plin. nat. 23, 134 vulnera conglutinant*]. 2, 105 p. 220, 17. 3, 95 p. 420, 1 *vulnerum.* 5, 158 p. 239, 4 [*aliter gr. 5, 132 τὸ . . . κολλῶδες*]). GLOSS. med. ed. Heiberg p. 52, 7 -um penicillum: id est spungiolam novam mollem (*cf. p. 295, 79*). *in interpretatione prava:* DIOSC. 5, 142 p. 232, 14 virtute . . . parimplastica, id est -a (*gr. 5, 116 ἐμπλαστικήν tantum*).

[*paracoloquiron i. camiphiteos GLOSS. III 574, 11 (redigas ad formam holocylon: chamaepitys, cf. vol. VI 3, 2860, 2).*]

paracopē, acc. -ēn f., παρακοπή. GLOSS. med. ed. Heiberg p. 52, 9 -en: Graeci dicunt hebretationem mentis adque degressionem.

paracynauchē, acc. -ēn f., παρακυνάχη. i. q. genus anginae: CAEL. AVR. acut. 3, 1, 3 *passionem, si in utraque . . . parte interiorum faucium fuerit, cynanchen vocandam esse . . .; quae in altera fuerit parte -en vocaverunt (postea distinguuntur hyanche, synanche, parasyanche. voces paulo abiter distinguit ALEX. TRALL. 1, 136, ubi scribitur parasquinancen [gr. II 125 P. π.]).*

1. *parada, -ae f. (trad. solum plur.). [quae ratio inter 1. et 2. parada intercedat, non liquet; utraque vox peregrina videtur. Sch.]*

i. q. tegmen cratibus (vel etiam velis?) factum, quo in navibus solem arcebat: AVSON. 394, 29 p. 253 P. *navigantem te . . . expositum subter -as lectoque iacentem.* SIDON. epist. 8, 12, 5 *superflexa crate -arum sereni brumalis infida vitabis.*

2. *parada, -ae f. [v. sub 1. parada. Sch.] nomen herbae* (*i. q. rumex, v. André, Lex. des termes de botan. s. v.*): GLOSS. lappa-cium: -a.

paradiastolē, acc. -ēn f., παραδιαστολή (quod alibi gr. non legi videtur). scribitur litteris gr. praeter ISID., GLOSS. t. t. rhet. i. q. distinctio (ad rem v. Lausberg, Handbuch der lit. Rhetorik § 749): RVF. LVP. 1, 4 -ή: hoc schema plures (res) aut duas, quae videntur unam vim habere, disiungit et, quantum distent, docet, suam cuique propriam sententiam subiungendo; Hyperidis: ' . . . cum te pro astuto sapientem appelles egs.' (*idem exemplum afferunt: QVINT. inst. 9, 3, 65 huic [sc. figurae q. e. συνουκείωσις] diversam volunt esse distinctionem, cui dant nomen -ήν, quae similia discernuntur; . . . an figura sit dubito.* ISID. orig. 2, 21, 9 -e est, quotiens id, quod dicimus, interpretatione discernimus [*inde GLOSS. I Ansil. PA 377*]). Ps. IVL. RVF. schem. lex. 22 p. 53, 23 -ή est, cum similes res discernuntur contrariis redditis (*vix apte affert Verg. ecl. 3, 80 sqq.*); latine dicitur discriminatio. CARM. de fig. 115 -ή: subdistinctio fit, cum rem distinguimus ab re.

paradiēgesis, (-eōs) f., παραδήγησις. scribitur litteris gr. praeter FORTVN. i. q. narratio rerum non ad causam pertinentium (t. t. rhet.): QVINT. inst. 9, 2, 107 invenio qui adgregent his figuris . . . -εις. FORTVN. rhet. 2, 19 est -is, cum aliquas res gestas extra causam positas inducimus egs. (*inter species narrationis ut MART. CAP. 5, 552 -iv.*) *Paśkiewicz.*

paradigma, -antis n., παράδειγμα. praeter formam -a nom. et acc. sing. inveniuntur gen. sing. -atis IVL. VICT. rhet. 11 p. 413, 5, dat. -ati SACERD. gramm. VI 469, 7, abl. -ate TERT. anim. 43, 11 SACERD. gramm. VI 465, 19, abl. plur. -mis VEN. FORT. carm. praef. 1 p. 1, 6.

i. q. exemplum (signum v. 2b): 1 *usu sollemnī, agitur de dictis et scriptis* (v. etiam p. 297, 16): a *in arte grammatica et rhetorica significantur modi quidam a probandi, demonstrandi sim. (voce graeca utuntur e. g. Quint. inst. 5, 11, 1sq. Mar. Victorin. rhet. 1, 28 p. 228, 11, qui etiam rem tractant; de qua v. vol. V 2, 1329, 81sq. s. v. exemplum [exemplum distinguitur l. 68, 72 al.]. huc spectant GLOSS. II 588, 51 similitudo, exemplum. GLOSS. V Abba PA 69 similitudo, fabula):* SACERD. gramm. VI 464, 1 *homoeosis* dividitur tribus modis, in parabolam, in -a, in icona ([*trad. in -a, in parabol., in icon.*] *sim. ibid.* 464, 17. DON. gramm. IV 402, 22 [*item CHAR. gramm. p. 365, 10B.* ISID. orig. 1, 37, 31]. DIOM. gramm. I 463, 13). 465, 19 de -c: -a est rei praeteritae relatio ad hortationem vel dehortationem (*sim. CHAR. gramm. p. 365, 19B.* DIOM. gramm. I 464, 17 -a est enarratio exempli vel rei praeteritae relatio significans adhortationem dehortationem-ve). 469, 7 exemplum dicitur modis quattuor: . . . a maiore ad minus . . .; hoc commune est -i. 469, 16sq. inter -a et exemplum et argumentum et signum hoc est, quod -a non inducitur nisi aut a petentibus (parentibus *cod.*) aut ad petentes (*cf. l. 64*). 469, 22 exemplum et -a ex aliis conprobatur (conprobat ex correctione in exemplari nostro), argumentum vero ex ipsius rei effectu. DON. gramm. IV 402, 28 -a est enarratio exempli hortantis aut deterrentis (*sim. CASSIOD. in psalm. 1, 4[6]. v. etiam l. 65, 83*). SERV. gramm. IV 448, 12sq. inter parabolen et -a hoc interest, quod parabole rerum dissimilium comparatio est . . . -a autem est rerum similium comparatio, ut cum puta hominem homini comparamus. IVL. RVF. rhet. 22 -a facit vera exempla, parabole ficta ostendit (*cf. l. 63*). IVL. VICT. rhet. 11 p. 413, 5 -is entymematici (*syn. paradigmaticon entymema, v. p. 297, 25*). CASSIOD. in psalm. 14, 4(8) quod schema dicitur -a . . .; invitatur . . . nos prosperis et terret adversis (*sim. de psalmorum locis, ubi enumerantur bonorum commoda et peccatorum incommoda: 33, 16[15]. 36, 17[18] quae figura dicitur -a, id est exemplum hortantis vel deterrentis. 111, 10*). VEN. FORT. carm. praef. 1 p. 1, 6 tropis -mis perihodis [*Krömer*]

epichirematibus coronati *poetae*. ISID. orig. 1, 37, 34 -a . . . est exemplum dicti vel facti alicuius aut ex simili aut ex dissimili genere conveniens eius, quam proponimus, rei, ita: 'tam fortiter perit . . . Scipio quam . . . Cato.' **b** in *euangeliorum explicatione significantur exempla vel parabola a Iesu propositae*: GREG. M. in euang. 33, 4 de duobus . . . debitoribus -a opponitur (*respicitur Luc. 7, 41 sqq.*) in Ezech. 1, 7, 4 (*respicitur Matth. 17, 24sqq.*) Iesus, dum tributum . . . peteretur, . . . -a proposuit, per quod se nihil debere respondit (*intelligit fortasse -a enthymematicum ut p. 296, 78*).

2 usu vario: ? **a de exemplo, ad quod mundus creatus est**: TERT. anim. 43, 11 (*agit de somno exemplaris vice fungente*) voluit . . . deus et alias nihil sine exemplaribus in sua dispositione molitus -e Platonico plenius humani vel maxime initii ac finis lineas cotidie agere nobiscum (*ita explicat Waszink ad l., qui respici vult Plat. Tim. 29b; sed potius respicitur aut Phaed. 71^c sq. aut apol. 40^c sqq., ita ut locus ad 1 pertineat.*) **b GLOSS.**^L V Abba PA 76 -a: portentum (*cf. Gloss. III 335, 38 παράδειγμα*: portentum. *Gloss.*^L II Philox. MO 35 monstrum: τέρας, σημεῖον, παράδειγμα).

paradigmaticus, -a, -um, *παράδειγματικός*. **i. q. paradigma adhibens**, *sc. de enthymemate* (exemplabilis vertit Cassiod., v. vol. V 2, 1320, 29sqq.): FORTVN. rhet. 3, 12 in -o *enthymemate* gravi et plena *structura utendum est* (*vox graeca legitur 2, 15 et 2, 29*). IVL. VICT. rhet. 11 p. 412, 24 enthymematon . . . formae sunt quinque: eleneticon, . . . dicticon, . . . gnomicon, . . . -on, . . . syllogisticon. p. 413, 2sqq. -on enthymema . . . hoc . . . differt ab exemplo, quod exemplum per se positum probationem adiuvat, conversum autem in speciem argumenti formam accipit paradigmatis enthymematici, ut sit exemplum: '. . .'; at vero ut enthymema (8) sit -on *eqs. p. 413, 23* -a et *gnomica enthymemata*.

paradiŋionium v. *parazonium*.

paradisiacus, -a, -um, *παράδεισιακός*. *scribitur -yss-* VEN. FORT. *carm.* 2, 4, 9 (*carm. quadr.; var. l. alibi apud eundem iuxta -ys- et -iss-; var. l. paradisicae IVLIAN.*).

i. q. ad paradysum pertinenens, paradysum complectens, paradysus ortus: **1 respicitur caelum**: IVLIAN. in psalm. 27, 1^d neque . . . resurrectionis aut -ae habitationis vel certe ascensionis in caelum notitiam tunc habebant. GREG. TVR. vit. patr. 19 praef. aditum nemoris -i recludere. VEN. FORT. *carm.* 4, 7, 21 ad -as epulas te cive reducto . . . gaudet . . . polus (8, 3, 29). 8, 1, 8 -o germine Christus alit (*de sacris scripturis dici videtur*). CE 1387, 24 (a. 573) -as possidet aptus opes. **2 respicitur protoplastorum sedes: in circuitione**: ALC. AVIT. *carm.* 1, 300 in -a ponuntur sede *primi homines*. VEN. FORT. *carm.* 2, 4, 9 -o . . . in horto (*epist. [carm. 5, 1] -i h. odora-menta*). *de rebus tam miris, ut paradysus ortae putentur*: GREG. TVR. Iul. 41 reliquias . . . martyr -is virtutibus illustravit (*respicitur odor ut*: VEN. FORT. *carm.* 6, 6, 2 *ver* -as spargit odore rosas. *cf. l. 43*).

paradisicola, -ae m. **a paradysus et colere** (*cf. caelicola*). **i. q. paradysi incola**: PRVD. ham. 928 -ae post ulcera dira beato proditur infelix (*sc. dives Lazaro post mortem in Abrahae sinum recepto, cf. Luc. 16, 23 et p. 302, 24. var. ll. -issi-, -ysi-*).

***paradisus**, -i m., *παράδεισος* (GLOSS. III 429, 19), *quod respondet in graecis, nisi aliud indicatur. scribitur in codicibus saepe -iss- (e. g. HIL. trin. 10, 34 cod. D saec. V/VI [iuxta -is-]. PRVD. cod. A ubique. CIL VIII 13603) vel -ys- (e. g. HIER. epist. 14, 10, 3 cod. e saec. VI. MAX. TAVR. serm. cod. S fere ubique [sed 57, 2 M. iuxta -is-]), rarius -yss-; v. etiam sub paradisiacus. NOT. Tir. 120, 43 -um (antecedit paraclitum ut 120, 23^b. 124, 8. 125, 116). de genere: fem. CHRYSOST. hom. III 827^c (*sed antecedit masc.; var. l. ITALA IV Esdr. 3, 6 Weber AVG. anim. 2, 12, 16*), *neutr.* PS. CYPR. laud. mart. 11 -um . . . floret. GLOSS. III 429, 19 *παράδυσος* -um. V 129, 6. GLOSS.^L I Ansil. PA 381 (*cf. l. 57; var. l. RVFIN. Orig. in gen. 5, 1 p. 59, 2*). *de formis*: ? **abl.** -u CIL VIII 13603 (*nisi est acc. -u(m)*); **voc.** SEDVL. *carm. pasch.* 5, 222 ALC. AVIT. *carm.* 3, 202 CE 688, 14. *al. in versibus. plur. inde ab ITALA (nota AVG. p. 300, 45 -um -orum)*. *legitur in ITALA et apud Christianos passim inde a TERT. (inscribuntur libri TERT. [v. anim. 55, 5 adv. Marc. 5, 12 p. 618, 1], AMBR., VICTORIS CAP. [v. frg. Spicil. Solesm. I p. 277]); alibi rarissime, sc. in versionibus (IVL. VAL., DIOSC.; cf. Gell. 2, 20, 4)*. [*a sermone docto haud alienum: it. paradiso; var. raet. centr. et occ.; francog. vet. parais, parvis (cf. parvis 'atrium ecclesiae'); prov. vet. parais; hisp. paraiso; port. paraiso. cf. M.-L. 6223. Battisti-Alessio IV 2766. Wartburg VII 614sqq. Corominas III 655sq. Machado³ IV 302. St.]**

I usu originario i. q. hortus, nemus sim. (*cf. AVG. gen. ad litt. 12, 34 p. 430, 12 proprie quidem nemorosus locus. syn. hortus e. g. AMBR. epist. 34, 5 F. [iuxta] p. 298, 13. 15 et TRACT. in Luc. 1, 7 G.*), **pomarium** HIER. in Ier. 29, 1-7 p. 351, 21, *virid(i)arium l. 84 et GLOSS.*) **A proprie**: **1 de quolibet horto**: ITALA 11 par. 33, 20 (Complut.) sepelierunt illum *Manassem* [in -o domus eius] (in domo sua *Vulg.*). Dan. 13, 4 (cod. 176, *sim. Wire.*) erat ei viro *Susan-uae* -us vicinus domui eius (*de eodem horto*: 13, 7. 15. 20. *al. [ibid.]: Vulg. ubique pomerium; Lucif. viridarium*). *respiciunt e. g. AMBR. epist. 5, 16. 34, 5 F. AVG. serm. 343, 1 in -o, hoc est in viridario*

(*suo*). IVL. VAL. 3, 24 (*Alexander de arboribus loquacibus*) ducor in quendam locum arboribus consitum vel amoenissimis; hunc illi -um vocitavere. AMBR. Cain et Ab. 2, 8, 26 *Cain* dicit (*gen. 4, 8*): 'eamus in campum', non dicit: 'eamus in -um', ubi poma florent, non in aliquem cultum et fructiferum locum. *epist.* 19, 3 F. *Iesus* transivit in -um, ubi se capiendum dedit (*item de Gethsemani*: MAX. TAVR. serm. 58, 1 M. in hortuli -o [*sim. 74, 2, sc. iuxta -um latroni promissum, altero loco iuxta -um Susannae*]). HEGES. 4, 17 p. 269, 5 *apud Hiericho* mirabilem hortarum gratiam cernas; . . . tam diversis inhalantes floribus -i suaves fundunt odores (*de eadem regione*: PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 5, 4 p. 760 optimos . . . -os ac densissimos. *cf. p. 299, 35*). RVFIN. *hist. mon.* 17 *in monasterio quodam horti irrigui, omnium quoque pomorum arborumque -i*. DIOSC. 3, 17 p. 383, 16 *acanto . . . nascitur in -is et locis lapidosis et humectis*. 3, 117 p. 426. 15 *pyrgitis nascitur in -o aut in hortis (gr. 3, 107 ἐν παλισκίους καὶ παραδείσοις)*. VITAE patr. 6, 1, 15 (*somnio ostenditur beatitudo eorum, qui vita proba decesserunt*) ducens . . . me in quendam campum . . . habentem -os multos *eqs. al. de Christi sepulcro posito in horto*: AVG. *epist.* 187, 5 in sepulcro -um nullus intellegit; et si quisquam ita esset absurdus, ut hoc sapere conaretur eo, quod illud sepulcrum in horto erat *eqs.*

2 de protoplastorum sede (*v. etiam sub II A 1 b*): **a generatim** (*exempla selecta; in gen. 2 et 3, unde ceteri pendunt, omnes versiones praebent -um [de varietate structurarum v. ed. Beuron.]*):

ITALA gen. 2, 8 (Iren. 5, 5, 1 *al.*) plantavit deus [-um in Eden] (VULG. -um voluptatis, *quam iuncturam fere omnes vers. praebent 3, 24 pro π. τῆς τροφῆς, sed inter se discrepant 3, 23 [v. ed. Beuron.]* cf. HIER. *quaest. hebr.* in gen. p. 4, 32 eden deliciae interpretantur, pro quo Symmachus transtulit -um florentem). 2, 10 (Aug. gen. c. Manich. 2, 1, 1, *cf. VULG.*) flumen . . . prodibat ex Eden et irrigabat -um, quod inde dividitur in quattuor partes. 2, 16 (Ps. Cypr. tract. 38) in -o dei (*cf. AVG. conf. 2, 2, 3 -o tuo*). 3, 23 (Aug. gen. ad litt. 11, 1 p. 334, 15 *al., sim. VULG.*) dimisit illum *Adam* . . . deus de -o voluptatis . . . et eiecit *Adam* *eqs. (utrumque verbum saepius usurpatur [prae]terea e. g. expellere TERT. cult. fem. 1, 1. 27, proicere IREN. 5, 1, 3; de deicere sim. v. l. 78], sed cf. AVG. serm. 285, 6 tamquam . . . iam pronos proprio pondere dimisit eos de -o, non exclusit)*. 3, 24 (Verec. in cant. 2, 23 l. 18 D.) posuit [ante ianuam -i] (*aliae vers. aliter*) Cherubin et flammeum gladium (GREG. M. moral. 4, 22. *cf. p. 301, 22. 57. 64 et AMBR. in psalm. 1, 38, 3 ingressu. 118 serm. 20, 12, 1 exitu*). IV Esdr. 3, 6 Weber (=VULG.) in -um, quem plantavit . . . , antequam terra adventaret. 6, 2 (*ibid.*) antequam confirmarentur fundamenta -i. TERT. *adv. Iud.* 2, 11 *deus Adam* colonum -i (-o *var. l.*) praefecit (*al. vol. III 1706, 58sq.; sim. de Adam: PACIAN. [?] sim. carn. p. 125, 5 hominem. ASTER. ad Renat. l. 92 hospitem. EVCHER. laud. her. 6 possessor. FAVST. REL. grat. 1, 7 p. 24, 14 incola. sim. al.*). *adv. Marc.* 2, 2 p. 335, 22 -i gratia et familiaritas dei (*item afferuntur -i virtutes et bona*: HIL. in Matth. 3, 5 gloria. GAUDENT. serm. 9, 42 G. beatitudo. AVG. civ. 11, 12 p. 479, 21 D. felicitate. GREG. M. dial. 4, 1 p. 229, 1 M. gaudiis. *sim. al.*). 2, 12 p. 352, 2 separatio pronuntiata est inter . . . orbem et -um (*item de -i loco remoto*: AVG. gen. ad litt. 8, 7 p. 242, 4 locus ipse -i a cognitione hominum est remotissimus. *sim. al.*). monog. 17, 6 *Adam* de -o sanctitatis exulavit. *paenit.* 12, 9 *paenitentiam Adam* exomologesi restitutus in -um suum non tacet (*respici volunt editores Aadae funus coll. VITA Aadae 48 [v. etiam p. 299, 4]; sed nescio an aut ad B2b pertineat, cf. Finé, Jenseitsvorst. bei Tert., 1958, 224, aut ad II una cum FILASTR. 115, 8 Adam meruit delicti veniam inpetrare atque in -um in Christi praesentiam filiorum etiam procreatione remeare [cf. AVG. pecc. mer. 2, 34, 55 et apoc. Mos. 37]*). IREN. 1, 30, 5 (1, 28, 3 H.) cum esset cum Patre . . . in caelo et in -o *serpentiniformis Nus.* NOVATIAN. trin. 8, 2 D. *deus* peculiarem protoplastis aeternae vitae mundum quendam -um in oriente constituit. PS. PHILO antiq. 19, 10 *deus* ostendit ei *Moyse* locum, unde pluit manna . . . , usque ad semitas -i. 32, 8 -us reddita inspiratione fructus sui *motus est* (*cf. apoc. Mos. 38*). AMBR. *epist.* 20, 17 relinquere . . . incolatum -i (in psalm. 118 serm. 7, 15, 2. *cf.* 20, 12, 1 sede [LEO M. serm. 22, 5 sedibus. *al.*]). GREG. M. moral. 4, 22 habitatio). HIER. *epist.* 51, 5, 3 (*Epiphan.*) de -o ruinam. ASTER. ad Renat. l. 157 *monachus* hoc labore esse, quod aut -o dignum aut caelo sit necessarium (*opponuntur -us et caelum etiam*: VEN. FORT. *carm.* 4, 4, 1 MART. BRAC. *corr.* 4. *al.*). RVFIN. Orig. in exod. 8, 1 p. 218, 6 de -o libertatis. PRVD. psych. 224 do consaepo -i limite (*cf. ALC. AVIT. carm. 2, 116 limine. PS. BOETH. fid. cath. 95 fine [var. l. sinu]*). AVG. civ. 13, 18 p. 579, 15 D. in terra . . . nemorosa atque fructuosa, quae -i nomen obtinuit. in psalm. 47, 9 *Iob* vicit in stercore, victus in -o (*eadem comparatio Aadae et Iob: 133, 2 GREG. M. moral. 3, 12. al.*). MAX. TAVR. serm. 48, 3 M. *Adam* de -i sublimitate deiectus (*cf. ALC. AVIT. carm. 2, 152 -i in vertice. APON. 1 p. 20 de -i monte . . . peccando descendit. addus doctrinum Origenis, quam vituperat HIER. epist. 51, 5, 5 [Epiphan.]*). CASSIOD. *hist.* 9, 42, 2 undae . . . sacri -i (*i. Nilus, v. gen. 2, 13*). ITIN. Anton. Plac. rec. A 41 *noces Indicas* de -o credunt homines esse. GREG. M. *epist.* 6, 58 ca. quae a -o vicina sunt (*i. ee Arabia sim.*), bene olentia nobis ligna transmiseritis. *al.*

b *specialim respiciuntur alii homines ibi postea morantes vel moraturi (non raro minus certum, utrum locus quidam pertineat huc an ad II)*: ITALA (=VVLG.) Sirach 44, 16 Enoch placuit deo et translatus est in -o (-um var. l.), ut det gentibus paenitentiam (*respicitur gen. 5, 24. de eodem*: FVLG. act. mund. p. 135, 2 ex Enoch felici translatione et -i incola(tu) [*correxi, cf. p. 298, 66*] conquisito. AVG. pecc. mer. 1, 3, 3 Enoch et Helias ita in -o fortasse pascuntur sicut Adam. cf. p. 301, 9). TERT. adv. Marc. 5, 12 p. 618, 3sq. (*respicitur* 11 Cor. 12, 4) mirabor, si secundum Marcionem proprium potuit habere -um deus nullius terrenae dispositionis; nisi si etiam -o creatoris precario usus est, sicut et mundo eqs. IREN. 5, 5, 1 dicunt presbyteri . . . eos, qui translati sunt, illuc (*sc. unde proiectus est Adam*) translatos esse - iustus enim hominibus et spiritum habentibus praeparatus est -us, in quem et Paulus . . . asportatus (*cf. p. 301, 70*) . . . -et ibi manere eos . . . usque ad consummationem. VICTORIN. POETOV. in apoc. 11, 4 *Elias et Hieremias* 'sunt duae olivae . . . , qui in conspectu domini terrae stant'. id est [in -o] (sunt in -o *rec. Hier.*); hos ergo oportet interfici ab Antichristo (*item de Elia*: HIER. epist. 22, 18, 2. CHROMAT. serm. 22, 2 L. [*distinguuntur* caelum, terra, inferna]. *al.*; *cf. p. 301, 4*). LACT. inst. 2, 12, 19 *deus* -um igni circumvallavit, ne homo posset accedere, donec summum iudicium faciat in terra et iustos viros . . . in eundem locum revocet (*cf. epist. 22, 4. de igni circumfuso cf. Isid. orig. 14, 3, 3 nec non p. 301, 61. 302, 6*). AMBR. Hel. 4, 7 plantavit dominus -um ad gratiam beatorum. RYFIN. Orig. in num. 12, 3 p. 103, 15 pervenitur vel ad illud famosissimum divini -i nemus et amoenas delicias habitationis antiquae vel certe ad verticem perfectionis et beatitudinis summitatem. AVG. gen. ad litt. 8, 5 p. 238, 1 potuit ille latro (*cf. p. 300, 72*) in eum introduci -um, ubi fuerat corpus primi hominis. *al.*

B *in comparatione, imagine sim.; comparantur cum -o eiusque partibus*: 1 *regiones, loca* (*cf. p. 301, 31. 65*): ITALA gen. 13, 10 (cod. 101 *al.*, *sim.* VVLG.) terra Sodomorum olim inrigabatur . . . sicut -us dei (*laudatur regio quaedam amoena et fructuosa etiam*: SALV. gub. 7, 8 -i imaginem possedisse Aquilanos. ITIN. Anton. Plac. rec. A 5 Nazareth similis -o. 13 Hiericho . . . videtur ut -us). LOEL 2, 3 (Verec. in cant. 3, 9 D.) ante faciem eius populi locustarum -us et post cum solitudo deserti (*gr. ὄς π. τρυφής, Vulg.* quasi hortus voluptatis. *explicationem* VEREC. *v. sub 2b*). HIER. epist. 3, 4, 2 insulam . . . quasi quidam novus -i colonus insedit (*de loco vasto quidem ac deserto, sed animae piae -i voluptates praebente, ut*: EVCHER. laud. her. 39 corporis est eremus, animae -us. *al.*). 24, 3, 1 Asella cellulae clausa angustiis latitudine -i fruebatur (*item de cella monastica*: 125, 7, 3 [*respicit* REGVLA Macar. 6, qui locus tamen potius ad II pertinet ut etiam VITAE patr. Iurens. 80 M.]). *al.*

2 *quaelibet res vel animantes*: a *varia*: ITALA cant. 4, 12 (Ambr. epist. 34, 4 F.) -us clusus soror mea sponsa, -us clusus, fons signatus (*gr. χῆπος, aliae vers. et Vulg.* hortus. *sec. b vel c intellegunt* AMBR. l. c. *al.*). 4, 13 (cod. 169 *al.*, *sim.* VVLG.) emissiones tuae -us cum fructu pomorum eqs. Is. 1, 30 (cod. 192) peccatores erunt . . . ut -us aquam n(on habens) (*sim. aliae vers., Vulg.* hortus). EZECH. 28, 13 (Tert. adv. Marc. 2, 10 *al.*, *sim.* VVLG.) in deliciis -i dei tui natus es (*ad regem Tyrium condicione felicissima natus; ecclesiastici vulgo accipiunt de diabolo intellegentes vocem -us aut sec. A2 [ita TERT. l. c.] aut sec. IIIA [v. p. 301, 12]; de homine* TYCON. reg. 7 p. 80, 29sq.; *ceterum cf.* HIER. ad loc. l. 230 contrarium -um 'non dei' apud eos, qui veritatem mutant eqs.). TERT. monog. 5, 4 per Christum totus homo in -um revocatur (*i. in statum pristinum*). AVIT. BRAC. Lucian. epist. rec. B 8 tanta suavitas . . . odoris inde (*i. e. sancti Stephani sepulcro*) egressa est . . . , ita ut putarem nos in amoenitate -i esse positos (*cf. Ps. EVSEB. GALLIC. hom. 3, 6 C* amquam de -o spirans aura. *item respicitur odor*: PETR. CHRYS. serm. 16, 5 Christus appellatur odor -i. DYNAM. vita Max. l. 452 (G. *al.*). CHROMAT. serm. 35, 4 L. Susanna fide et conversatione sua in -o Christi manebat. ALC. AVIT. epist. 32 -o vestri conspectus inclusus tabellarius. ENNOD. carm. 2, 64, 3 quicumque meos -i vere labores demulcet (*i. convivio meo interest*). *al.*

b *anima eiusque status vel virtutes*: ITALA (=VVLG.) Sirach 40, 17 gratia sicut -us in benedictionibus et misericordia in saeculo permanet (*cf. 40, 28 timor domini sicut -us benedictionis*): TERT. anim. 38, 2 concupiscentia adolescentem hominem de -o integritatis educit. AMBR. epist. 34, 3 F. colligitur -um ipsum non terrenum videri posse, non in solo aliquo, sed in nostro principali (34, 7. *gr. Philo opif. mund. 154 τὸ τῆς ψυχῆς ἡγεμονιστὸν*). 34, 4 (*ad cant. 4, 12, quod v. sub a*) Solomon . . . -um in homine esse evidenter declaravit; . . . ait de virgine anima vel ecclesia. 34, 6 *casta uxor et virgo est* in -o, ut . . . refrigeretur virtutum umbraculis. parad. 1, 6 videtur -us anima esse. in psalm. 45, 12, 1 verbum dei, quo -us intellegibilis inrigatur (AVG. civ. *infra. cf. 13, 21 p. 585*, 13 D. nonnulli totum ipsum -um . . . ad intellegibilia referunt). HIER. epist. 22, 18, 2 de -o virginitatis eiectum (*cf. 22, 19, 4 [ad Eustochium virginem] tua regio -us*). AVG. civ. 13, 20 p. 585, 5D. sic fuisse . . . lignum vitae in -o corporali, sicut in spiritali, hoc est intellegibili, -o sapientia dei (*simili oppositione*: 13, 21 p. 586, 22. 14, 11 p. 29, 9. gen. ad litt. 8, 1 p. 229, 6sq. [*opp. corporaliter*]. 12, 34 p. 430, 17 si . . . proprie quidem nemorosus locus,

translato autem verbo omnis etiam spiritalis quasi regio. ubi animae bene est, merito -us dici potest, non solum tertium caelum . . . , verum etiam in ipso homine laetitia quaedam bonae conscientiae -us est. *al.*). 13, 21 p. 585, 27 nemo . . . prohibet intellegere -um vitam beatorum (*cf. gen. c. Manich. 2. 8. 10 in -o, hoc est in beata vita* [2, 14, 21. *al.*]. 2, 9, 12 beatitudinem hominis, quae -i nomine significatur. 2, 14, 20 Eva non secundum locum erat in -o, sed potius secundum beatitudinis affectum). LEO M. serm. 81, 3 ne . . . in -o virtutum concrecat silva vitiorum. VEREC. in cant. 3, 9 D. priusquam . . . *diabolus* invadat fidelem mentem, -us est. *al.*

c *ecclesia*: TERT. adv. Marc. 2, 4 p. 338, 16 Adam translatus in -um - iam tunc de mundo in ecclesiam. IREN. 5, 20, 2 plantata est . . . ecclesia -us in hoc mundo. *ibid.* ut non . . . proiciamur de -o vitae (*nisi ad d*). CYPR. epist. 73, 10 ecclesia -i instar exprimens. FIRMIL. Cypr. epist. 75, 15 dictum est, quod ecclesia secundum canticum canticorum hortus sit . . . , -us cum fructu pomorum eqs. (*respicitur cant. 4, 12sq. [sub a] ut*: AVG. civ. 13, 21 p. 586, 8 D. epist. 187, 6. *al.*, *fort. etiam* VINCENT. LER. 23, 12 in isto spiritali -o). OPTAT. 2, 11 p. 46, 22 ore tuo et sensu nostro ecclesiam -um esse dixisti . . . in quo horto eqs. TYCON. reg. 7 p. 81, 19 in deliciis -i, id est ecclesiae. RYFIN. Orig. in cant. 3 p. 193, 16 in ecclesia Christi, quae est -us deliciarum. AVG. bapt. 4, 1, 1 ecclesia -o comparata. c. Petil. 2, 13, 30 quod tunc -us, hoc nunc ecclesia. in psalm. 47, 9 ponite vobis ecclesiam ante oculos ad instar similitudinemque -i. LEO M. serm. 70, 4 a -o ecclesiae. *al.*

d *caelum (huc traxi eos tantum locos, ubi aut caeli allegoria esse affirmantur, quae de protoplastorum sede traduntur, aut caelum comparari cum -o luce clarius est [maxime adiectivis sim. appositis]; cetera v. sub IIA)*: TERT. adv. Val. 20 p. 199, 2 haeretici caelos angelos . . . faciunt, sicut . . . et -um archangelum quartum, quoniam et hunc supra caelum tertium pangunt, ex cuius virtute sumperit Adam, deversatus illic inter nubeculas et arbusculas (*sim.* IREN. 1, 5, 2 [1, 1, 9 H.]). AMBROSIAS. in 1 Cor. 6, 2, 2 hunc mundum superioris esse imaginem . . . ; est enim et Hierusalem inferior et illa superior . . . ; est inferior -us . . . , est ille caelestis, in quo raptus apostolus eqs. (in II Cor. 12, 3-5, 1 et 2 CASSIOD. inst. 1, 32, 3 ISID. diff. 2, 32, 33). in Phil. 1, 26 -i superioris desiderio. HIER. epist. 51, 5, 4 (*Epiphany.*) quis patienter audiat in tertio caelo donantem nobis Origenem -um et illum, quem scriptura commemorat, de terra ad caelestia transferentem eqs.? hom. Orig. in Ezech. 1, 3 p. 326, 3 ut eiceretur Adam sive de Hierusalem sive de -o. AVG. gen. ad litt. 8, 5 p. 237, 4 Christus lignum vitae est in -o spiritali, quo misit . . . latronem. 12, 34 p. 432, 11sq. *si tertium caelum est quasi dei mansio*, non incongruenter arbitramur et illuc esse apostolum raptum et ibi fortassis esse -um omnibus meliorem et, si dici oportet, -um -orum. in psalm. 29 serm. 2, 7 Adam in stercore (*i. Iob*) respuit mulierem, ut ad -um admitteretur. VITA Hil. Arel. 5 l. 12 Abraham regni caelestis conviva . . . , cuius sinus recte dicitur -us animalium. VITA Adae 25 (*loquitur Adam*) postquam eiecit sumus de -o . . . , raptus sum in -um iustitiae. 29 Michael eiecit me de -o visitationis et iussionis dei; et . . . tetigit aquas, quae erant circa -um, et gelaverunt.

e *Maria*: SEDAT. serm. Rev. Bénéd. 88, 1978, 88, 1. 12 'fons ascendebat de -o et irrigabat . . . superficiem terrae' (gen. 2, 6); terra haec virgo sanctissima . . . fuit, quae . . . ab omni contagio virilis consortii immunis permansit, ut merito -us dei vocaretur et esset; huius horti deliciae variae virtutum species sunt, quibus . . . ecclesia vernat; fons qui de -o ascendit, dominus est Iesus. SERM. Migne suppl. 4, 1994 (*de annuntiatione*) Maria Gabrielis sorbuit ex ore nobilissimum margaritum, et in -o ventris floruit gemma virtutis.

f *usu deflexo (saepe minus certum esse, quo locus quidam pertineat, vix est quod monemus, cum iam scriptores ecclesiastici saepe dubitarint, v. e. g. p. 301, 84 et AVG. epist. 187, 6 quae si ita sunt, generale -i nomen est, ubi feliciter vivitur)*: A *de caelo (syn. e. g. p. 301, 23), sc. eo loco, ubi mortuorum animae una cum deo aeterna beatitudine fruuntur (quomodo novi testamenti loci hic allati [l. 72. p. 301, 38. 70], qui ad hunc usum divulgandum plurimum attulisse videntur momenti, ab iis intellecti sint, qui illos libros conscripserunt, v. e. g. apud Jeremias, Theol. Wb. NT. V 766sq.; distinximus l. 26sq.; non respiciuntur mortuorum animae e. g. p. 301, 4. 12. 70)*: 1 *usu sollemni*: a *varie (in imagine p. 301, 31)*: ITALA Luc. 23, 43 (cod. a *al.* = VVLG.; Iesus ad latronem) hodie mecum eris in -o (cod. e *al.* -o patris. caelum intellegunt ecclesiastici passim, interdum dubitantes, v. e. g. AVG. epist. 187, 7 ubicumque sit . . . -us. *aliter* p. 299, 29. 302, 20). TERT. resurr. 43 p. 89, 7 nemo . . . peregrinatus a corpore statim immoratur penes dominum nisi ex martyrii praerogativa, -o scilicet, non inferis deversurus (*de martyribus prius quam alii -um consequentibus ut*: CYPR. epist. 73, 22 [*de latrone confitente ut*: HIER. epist. 16, 1, 2 AVG. serm. 285, 2 ALC. AVIT. epist. 4 p. 32, 3. *al.*]. Fort. 13 p. 347, 5 LVCIIF. moriend. 2 l. 9 D. MAX. TAUR. serm. 12, 2 M. *al.*; de martyrum praerogativa v. etiam p. 301, 13 et TERT. scorp. 12 p. 172, 10). CYPR. Demetr. 20 dei servos -us invitat, . . . copia regni caelestis exspectat (*iuxta regnum caeleste sim. etiam*: epist. 66, 7 p. 732, 9. HIL. trin. 10, 67 in regno -i. TRACT. in Luc. 1, 57G. AVG. serm. coll. Morin p. 309, 21. *al.*). HIL. trin. 10, 34 [Krümer]

Christus descendens ad inferos a -o non deest (opp. infernum sim. etiam: TERT. p. 300, 76. HEGES. 3, 17 p. 219, 4. AVG. serm. 109, 4, 4. al.). ZENO 2, 63 (1. 46B, 3 L.) nos post baptismum ad -um pervenimus. FILASTR. 154, 1 Elias meruit . . . ut in -um raperetur sublimis, ubi cum sanctis omnibus collocaretur (cf. p. 299, 17). DAMAS. (?) epigr. 21, 7 nunc -us habet mortuum (VEN. FORT. carm. 4, 17, 12 [E 1406, 4. al.]). AMBR. obit. Theod. 56 -i incolam . . . et habitatorem supernae illius civitatis. in psalm. 45, 11, 3 (respicitur psalm. 45, 3) illi sunt montes, qui transferuntur in -um: Iatro, Iohannes, Enoch (cf. p. 299, 4). HEGES. 3, 17 p. 219, 7 ne me ipsum necans mihi . . . illa -i eripiam, quae Romanus . . . non potuit eripere. HIER. epist. 22, 4, 3 ille diabolus, qui in -o deliciarum nutritus est (sec. Ezech. 28, 13 [q. v. sub IB2a] ut HIER. in Ezech. 28, 11-19 l. 377 Cherub . . . eiectus est de monte dei, hoc est de habitatione -i. al.; ceterum cf. PETR. CHRYS. serm. 16, 5 quos daemones de caelo deiecasti, quos de -o exclusisti. PS. FVLG. RVSP. serm. 77). 22, 41, 5 ad -um mente transgredere. INSCR. christ. urbis 4219b, 23 (saec. IV ex.) vivit in aeterna -i sede beatus (sed sequitur: hunc tu, Christe, choris iungas caelestibus oro, unde locum ad B pertinere censeas). PRVD. ham. 839 diversis regionibus . . . -i. . . quarum est illa, unde fluens anima . . . vegetaverat Adam. QVODV. grat. 1, 16, 3 Christus mons dei, scala caeli, ianua -i (cf. Ioh. 10, 9). CHROMAT. in Matth. 34, 1E-L. via . . . angustata, quae ad caelum ducit, quae ad -um dirigit, per quam pauci . . . ducuntur ad vitam. PS. EYSEB. GALLIC. hom. 3, 26, martyres in illo -i lumine constituti (cf. VEN. FORT. carm. 4, 26, 119 luce. CIL V 6218, 4 -um lucis [inde suppletur VIII 9271, 6]). 5, 5 -i sinus pandis. APON. 1 p. 5 corde ad montem -i ascendit (cf. l. 14. p. 298, 78). VEN. FORT. vita Marcell. 4, 13 natus Parisii, sed civis -i (cf. CAES. AREL. serm. 151, 2 civitas -i). CAES. AREL. serm. 1, 19 -i portum . . . intrare (cf. INSCR. christ. urbis 18324, 2 tuae navis iter ad litus -i [der]ege). VITAE patr. Iurens. 83M. -i praemia. al. in imagine (cf. p. 299, 31): VITA Hil. Arel. 6 l. 21 saeculi -um . . . intravit (de Lirinensi insula ut: 7 l. 2 terrestrem . . . -um. cf. ANTH. 786a, 26 invenit hic valvas . . . -e, tuas. v. etiam l. 65).

b ita usurpatur vox, ut eundem locum esse caelum ac protoplastorum sedem censeat aliquis (cf. p. 299, 1): ITALA apoc. 2, 7 (Primas. al., sim. VVLG.) qui vincet, dabo ei edere de ligno vitae, quod est in -o dei mei. IV Esdr. 8, 52 Weber (=VVLG.) vobis . . . apertus est -us, plantata est arbor vitae . . . aedificata est civitas. TERT. anim. 55, 4sq. sunt mortuorum Christianorum animae, inquis, in -o, quo . . . et patriarchae . . . appendices dominicae resurrectionis ab inferis migraverint; et quomodo Iohanni . . . -i regio revelata (sc. apoc. 6, 9) . . . nullas alias animas apud se praeter martyrum ostendit . . . nisi quia nullis romphaea -i ianatrix cedit nisi qui in Christo decesserint; (5) . . . tota -i clavis tuus sanguis est; habes etiam de -o a nobis libellum, quo constituimus omnem animam apud inferos sequestrari in diem domini. adv. Marc. 2, 10 p. 350, 8 hominem gloriosorem in -um ad licentiam decerpentiae arboris vitae . . . regressurum (item cum verbis redeundi, reducendi: CYPR. Demetr. 26 Christus nos ad -um reduces facit, hic ad caelorum regna perducit. eleem. 22 p. 390, 10 denno revoco. Fort. 13 p. 346, 16 triumphantem redire et unde Adam . . . eiectus est, illuc . . . trophaea . . . reportare. et passim). CYPR. mortal. 2 p. 298, 9 possessio -i nuper amissa mundo transeunte iam venit. 26 p. 313, 18 patriam . . . -um computamus (RVFIN. Orig. in num. 23, 11 p. 221, 24 ad veram illam patriam, unde egressus es, -i. CONC. ARAUS. a. 529 p. 52, 27 CE 1369, 10. al.). HIER. epist. 39, 4, 2 necdum -i ianuam Christus effregerat, necdum flammam illam romphaeam . . . sanguis eius extinxerat. hom. Orig. in Luc. 24 p. 148, 20 stabit in igneo flumine . . . Christus iuxta flammam romphaeam, ut quicumque post exitum vitae huius ad -um transire desiderat . . . hoc eum amne baptizet (de igni circumfuso etiam: PS. AVG. serm. ed. Mai 37, 2. VEREC. in cant. 2, 23 l. 14D. hunc ignem [respicitur II Petr. 3, 10] esse . . . purgatorium, qui ianuis est -i circumseptus eqs. cf. p. 299, 23). EVCHER. laud. her. 42 Lirinensis insula aquis scatens, herbis virens . . . -um possidentibus se exhibet, quem possidebunt. al.

2 de aliqua caeli parte (exempla certiora; pleraque pendent e II Cor. 12, 4, de quo loco v. infra): ITALA II Cor. 12, 4 (cod. d al., sim. VVLG.) scio hominem (sc. ipsum Paulum) . . . raptum . . . usque ad tertium caelum, et scio . . . hominem . . . quia raptus est in -um eqs. (si recte huc traximus; aliter e. g. HIER. epist. 51, 5, 7 et p. 299, 14, cf. etiam l. 84). IV Esdr. 7, 46 Weber (=VVLG.) in die iudicii apparebit lacus tormenti et contra illum erit locus requieitionis, et elibanus gehennae ostendetur et contra eam iucunditatis -us. HIER. in Ezech. 28, 11-19 l. 334 'in monte sancto dei' (Ezech. 28, 14) haud dubium quin -um significet, ad quem post caelum tertium Paulus eqs. RVFIN. Greg. Naz. orat. 3, 18, 6 si . . . melius aliquid doces quam Paulus, prius est ut ad quartum caelum ascendas (ille enim usque ad tertium ascendit) et ad alterum -um. AVG. epist. 187, 3 fortasse intellegendum dicis -um quasi in aliqua caeli parte compositum. gen. ad litt. 12, 1 p. 379, 14 videtur apostolus in tertio caelo insinuare -um. p. 379, 22sq. quaeri solet . . . utrum illic in tertio caelo apostolus voluerit intellegi -um, an posteaquam raptus est in tertium caelum, raptum esse et in -um, ubicumque sit -us, . . . prius in tertium caelum et post

inde in -um. PS. FVLG. RVSP. serm. 69 mater Macchabaeorum cum filiis inter prata -i laetabatur in caelo. al.

B de aliis animae mansionibus (nonnumquam respicitur Ioh. 14, 2 in domo patris mei mansiones multae sunt, e. g. apud IREN.): TERT. apol. 47, 13 si -um nominemus, locum divinae amoenitatis recipiendis sanctorum spiritibus destinatum, maceria quadam igneae illius zonae (cf. p. 299, 23) a notitia orbis communis segregatum, Elysii campi fidem occupaverunt (nat. 1, 19, 6 amoeno in loco. cf. GLOSS. III 520, 30 Eliseus (para)dysus). IREN. 5, 36, 1 cum figura transit mundi huius, qui digni fuerint caelorum conversatione, illic transibunt, id est in caelos, alii . . . -i deliciis utentur, alii . . . speciositatem civitatis possidebunt, ubique autem deus videbitur (sequuntur 5, 36, 2 hanc esse . . . dispositionem eorum qui salvantur dicunt presbyteri apostolorum discipuli et per huiusmodi gradus proficere eqs.). FILASTR. 150, 9 convenit cognoscere quod alii in regno, alii in -o, alii in vitam atque remissionem peccatorum in futuro erunt deputandi. PS. DAMAS. epigr. 85, 8 (a. 382) per eximios -i regnat odores . . . expectatque deum (diem dubitanter Heraeus in exemplari nostro), superas quo surgat ad auras (sed antecedit: Christi modo gaudet in aula). AMBR. epist. 19, 8 F. (respicitur Luc. 23, 42sq.) ut per -um ad regnum perveniatur, non per regnum ad -um. HIER. tract. p. 379, 16sq. (ad Luc. 16, 23) -us pauperis sinus erat Abrahae . . . ; dicat mihi aliquis: in inferno est -us? ego hoc dico, quia sinus Abrahae -i veritas est; sed et sancti sinum -um fateor (sim. quaeritur, num sinus Abrahae -us habendus sit et a caelo discernendus: AVG. epist. 187, 6 gen. ad litt. 12, 34 p. 430, 23, cf. CLAVD. MAM. anim. 3, 9 p. 170, 20sq. [contra fere idem est ac caelum p. 300, 48]; distinguuntur sinus A. et -us: HIER. epist. 60, 3, 3 RVFIN. Orig. in num. 26, 4 p. 249, 31 AVG. gen. ad litt. 12, 34 p. 431, 23. ceterum cf. -i sinus p. 298, 74. 301, 26). RVFIN. Orig. princ. 2, 11, 6 p. 190, 3 puto . . . , quod sancti quique discedentes ex hac vita permanebunt in loco aliquo in terraposito, quem -um dicit scriptura divina, velut in quodam eruditionis loco eqs. AVG. anim. 1, 9, 10 Vincentius Victor ausus est eis promittere non solum -um, verum etiam regnum caelorum (de sede infantium ante baptismum mortuorum ut: 2, 10, 14. 2, 12, 16 in -um, hoc est locum tantae felicitatis. 2, 12, 17). QVODV. symb. 2, 7, 2 Christus quia deus totus ubique est: totus in caelo, totus in terra . . . , totus in inferno, totus in -o, quo latronem introduxit. al.

compos.: paradisiicola.

cf. Onom.

Krömer.

? paradoxium, -i n.

a paradoxus, nisi de voce gr. παράδοξιος ceterum ignota cogitare malis; ad fem. paradoxia dubitanter referunt edd. i. quod ad paradoxum (i. athletam) pertinet, sc. certamen, luctatio sim.: GLOSS. V Abba SCA 15 scamma: ubi -a fiunt (item: ibid. Aa s 651. GLOSS. V 514, 55 [ubi additur fovea, i. fovea]. huc referam: GLOSS. IV 422, 49 scema: pa[t]radoxia [sub voce q. e. schema affert Goetz in indice, sed cf. e. g. Gloss. IV 283, 31 scemata: arena ubi athlete luctantur]).

*paradoxus, -a, -um, παράδοξος (cf. AVG. p. 303, 35; a parare et δόξα derivatur GLOSS. p. 303, 37). traditur saepe formis et litteris gr., sed formae lat. certae inveniuntur inde a SEN. benef. 2, 31, 1 PORPH. Hor. epist. 1, 12, 20 (ceterum v. imprimis sub 2b). superl. gr. Cic. sub 2a. masc. -ος accedit more gr. ad subst. fem. l. 79. 81. p. 303, 6. legitur inde a CIC., SEN. phil., QVINT.

i. q. mirus (sc. respicitur, quod inopinatum est, sub 1 et 2a, quod admiratione dignum est, sub 2b. cf. GLOSS. -on: admirabile. -a: graece miracula. GLOSS. V Corp. p. 46 -a: miracula, [planos] [obscurum; vix referas ad p. 303, 23sq.]. al. ibid.; neutr. pro subst. saepe, v. 1a, 1bβ al., masc. pro subst. p. 303, 23): 1 technice: a in philosophia de sentiis illis Stoicorum (neutr. pro subst.):

Cic. parad. tit. -a Stoicorum (ita inscr. codd.; cf. DIOM. gramm. I 383, 1 in -is St.). 4 quae quia sunt admirabilia contraque opinionem omnium - ab ipsis Stoicis etiam -a appellantur - temptare volui (fin. 4, 74 haec -a illi, nos a. dicamus. cf. l. 55. 77 nec non ac. 2, 136 mirabilia Stoicorum, quae -a nominantur [SEN. benef. 2, 31, 1 hoc ex -is Stoicae sectae minime mirabile . . . aut incredibile. epist. 87, 1 Stoica -a. cf. AVG. infra]). ibid. mihi ista -a (litt. gr. cod. unus) quae appellant . . . videntur esse . . . verissima. SEN. epist. 81, 11 illa . . . quae videtur inopinata (cf. l. 72. p. 303, 10) omnibus dicere, -a Graeci vocant (-a trad.). PORPH. Hor. epist. 1, 12, 20 Stoicus, qui de -is loquitur. al. conviciose transfertur ad dogmata haereticorum: AVG. e. Iulian. 3, 3, 8 haec sunt sententiarum portenta vestrarum, haec inopinata mysteria . . . haec -a Pelagianorum haereticorum, mirabiliora quam Stoicorum philosophorum.

b in rhetorica: α de genere causae, quae opinioni communi contraria est (adi., excepta p. 303, 3 et fort. l. 81; ad rem v. Lausberg, Handbuch der lit. Rhetorik § 64, 3): QVINT. inst. 4, 1, 40 (inter quinque genera causarum) admirabile . . . id est . . . -or; . . . (41) admirabile autem vocant, quod est praeter opinionem hominum constitutum (sim. FORTVN. rhet. 2, 13 p. 109, 5 figura materiae -os. SVLP. VICT. rhet. 7 p. 316, 25 modus causae -os). FORTVN. rhet. 2, 13 p. 109, 9 quid in -o faciemus? (sc. figura an n. pro subst.?). AVG. rhet. 17 p. 147, 23 (inter quattuor figuras controversiarum) -os, quod nos opinionis malae possumus dicere, tametsi quidam parum diligenter graece loquentes -a pro his, quae sunt bonae opinionis, accipiunt [Paškiewicz]

([quae sequuntur v. infra sub 2b]. 21 p. 150, 17 in -o. id est in m. o. themate). 18 p. 148, 12 -or est controversiae genus. . . in quo utraque inhonesta sunt, tam res quam persona. RHET. min. p. 586, 37 (neutr. pro subst.). inde de dicto quodam miro, insolenti: DON. Ter. Andr. 68, 2 ('obsequium amicos, veritas odium parit') est sententia -os (postea: ἀμφίβολος sententia et probabilis magis quam necessaria aut honesta).

c in medicina, sc. de genere paralyseos: CAEL. AVR. chron. 2, 1, 15 Erasistratus memorat paralyseos genus et -on appellavit, quo ambulantes repente sistuntur, ut ambulare non possint, tunc rursus ambulare sinuntur.

2 vario usu: a de inexpectatis, inopinatis: CIC. Att. 6, 1, 16 τὸ παραδοξότατον: usuras . . . servavit etiam Servilius. AVG. rhet. 17 p. 147, 27 v. sub b.

b de admiratione dignis: α masc. pro subst. de eis, qui ludis scaenicis vel circensibus miranda faciunt, sc. de histrionibus, athletis sim. (sed respectus excellentiae mirabilis evanescere videtur, maxime SCHOL. Iuv.; ad rem cf. Schneider, RE XVIII 3, 1166 sq.; huc fortasse pertinet titulus mutilus CIL III 8828): SCHOL. Iuv. 8, 186, 1 sipario: velum, sub quo latent -i, cum in sc(a)enam prodeunt (inde et e Iuv. 6, 380 ortam esse GLOSS. V 655, 17 -i id est vendentis vidit Heraeus, Arch. Lat. Lex. 9, 1896, 594). [MART.] 5, 23 lemma de Basso -o divite effecto (versu 5, 23, 2 iura theatralis . . . loci deceptus esse videtur qui lemma composuit). AVG. rhet. 17 p. 147, 26 vulgo . . . olympionicas et ceteros victores graecorum et sacrorum certaminum -os (vix adi.) vocant, magis consuetudine quam ratione ducti; nam . . . -on est, quod est παρὰ τὴν δόξαν, contra opinionem bonam (quae praecedunt v. p. 302, 82). CIL XI 5170 ludos [a]edidit -is ex urbe. huc referam veriloquium ineptum: GLOSS. -us: qui se ad gloriam parat.

β de rebus: AVG. rhet. 17 p. 147, 24 v. p. 302, 84. APIC. 1, 1 conditum (sc. vinum) -um: conditi -i compositio eqs.

adv. gr. παραδόξως (i. q. per paradoxon, ex inopinato, cf. supra 1bβ) exhibit DON. Ter. Andr. 696, 4 ('valeant') -ως locutus est et non dixit, quod intenderat 'pereant'.

deriv.: paradoxium. cf. Onom.

paradroma v. paradromum.

paradromis f., παραδρομῆς, non exstat nisi forma gr. -ίδας VITR. 5, 11, 4 et 6, 7, 5, v. vol. I 1870, 7.

paradromum, -ī n., παράδρομον, vel paradroma, -ae f., παραδρομή. significari videtur pars quaedam vestimenti (ut gr. παραδρόμαξ): GLOSS. III 286, 31 (cf. ed. emendatam p. 657) paenula tanti constat de infertoribus, de -is et fasciis (gr. παρὰ τῶν παραδρόμων [an -ῶν?] καὶ τῶν φασιῶν. cf. Haupt, Opuscula II 446 ad l.).

paradys- v. paradys-.

paraenesis, -eōs f., παραίνεσις. scribitur litteris gr. DON. [-is titulus librorum PACIAN. paraen. et ENNOD. opusc. 6 in codd. traditus non est.] i. q. exhortatio (t. t. rhet. et phil.): GALICAN. Avid. 3, 7 per ordinem -eos (paren- codd.; -eon Casaubonus), [hoc est praeceptionum] (interpol.?), per triduum disputavit (antea: rogatus . . . ut praecepta philosophiae ederet). DON. Ter. Hec. 766, 1 ('hoc te moneo') haec figura oratoria -is dicitur.

*paraeneticus, -a, -um, παρανετικός. scribitur paren- in var. l. SEN., paran- passim in codd. Hor. l. 69 sqq. litteris gr. trad. apud QUINT., formas lat. easque dubiae fidei soli exhibent EVCHER., FERRAND. i. q. exhortativus (t. t. phil. vel rhet.; pro subst. v. QUINT., FERRAND., cf. TITVLVS): SEN. epist. 95, 1 pars philosophiae, quam Graeci -en vocant, nos praeceptivam dicimus. QUINT. inst. 9, 2, 103 Gorgian secuti Rutilius et Celsus (frg. rhet. 18 M.) posuerunt schemata: . . . minas, id est κατάλληξιν, exhortationem, -όν (potius neutr. pro subst. quam masc., sc. τόπον, λόγον sim.). TITVLVS Hor. earm. 1, 4 rec. Ψ -e dicolos, ad Sestium Quirinum (item de odis: 2, 3 ibid. -e immo symboleutice. 2, 18 -e, alii hypothetice [Schol. Hor. tit. protreptice]. 3, 29 rec. Ξ -e [rec. Ψ prosphoneticae]. et saepe). EVCHER. epist. ad Val. tit. epistula -a (si adi. referendum est ad antiquitatem; sim. dubites etiam de FERRAND. epist. 7tit. ad Reginum comitem -us).

adv. παρανετικῶς restituit Stephanus in lacuna codd. DON. Ter. Ad. 491, 2.

? paraetesis v. parathesis. parafernum, paraferenēsis v. paraph-.

paragauda, -ae f. (? -gaudis v. p. 304, 3). [ad formam proxime accedit gr. παραγαυδής, sed procul dubio subest vox peregrina (persica?). Sch.] scribitur bala- INSCR. infra, parae- fortasse EDICT. infra (sed -ag- legerunt alii). 1 de genere tunicae pretiosae, limbis et clavis quibusdam distinctae (ad rem v. Schuppe, RE XVIII 3, 1167 sqq.): INSCR. Väänänen Graff. Palat. I 301 (saec. III in.)

balagauda, Dalmatica eqs. EDICT. imp. Diocl. 19, 40 L. -ae Laodice-nae (gr. παραγαυδήν, i. -ior). TREG. Claud. 17, 6 (inter dona) vestes diversas . . ., albam subsericam, -em triuncem unam eqs. (-em pro -am corr. sec. triuncem? v. Heraeus, Kl. Schr. 39). VOPISC. Aurelian. 15, 4 cum darentur aurigis victoribus tunicae subsericae, lineae -ae. 46, 6 -as vestes . . . primus militibus dedit . . . aliis monolores, aliis dilores eqs. (subst. intellexit Heraeus l. c., adi. alii, Casaubonus coni. paragaudias). ? 2 de ipsis ornamentis tali vesti apponendis (sic explicat e. g. Gothofredus ad l., sed v. infra): COD. Theod. 10, 21, 1 auratas ac sericas -as auro intextas . . . privatis usibus contexere . . . prohibemus (10, 21, 2 nemo a. habeat aut in tunicis aut in lineis -as. loci ad 1 trahi possunt, si in tunicis significat i. q. 'inter tunicas, sc. quas possident'; sed notio limbi subesse vid. voci paragaudatus).

deriv.: paragaudatus, paragaudius.

paragaudātus, -a, -um. a paragauda (cf. gr. παραγαυδωτός apud Davis, Less. Lat. nel Greco d' Egitto, 1971, 88). i. q. paragaudis (sc. limbis sim.) ornatus: DONATIO Tiburt. a. 471 p. CXLVIIa 15 vela blatea auroclava baragaudata (31 [vara- ut: 32. 34. 35. 37]).

paragaudis v. paragauda.

paragaudius, -a, -um. a paragauda (cf. colorius). i. q. paragaudatus: VOPISC. Prob. 4, 5 tribuno dari . . ., ut eius dignitas incrementis iuvetur, tunicas russulas duas, . . . interulas -as duas eqs. e coni. v. l. 8.

[paragilon i(d est) uualanorum grandis (i. balanorum glandes) GLOSS. III 572, 23 (cf. 541, 51 peragillon id est balanorum grandis). corruptum; vocem ἄκυλον latere suspicatus est Goetz in indice s. v. balanus coll. Theophr. hist. plant. 3, 16, 3.]

paragmē v. paracme.

*paragōgē, abl. -ē (l. 35) f., παραγωγή. t. t. gramm., quo significatur species quaedam metaplasmī: SACERD. gramm. VI 451, 27 species metaplasmī sunt prothesis, epentthesis, -e eqs. (eadem enumerantur DON. gramm. IV 395, 30. al.). 452, 3 de -e: -e est cum in fine verbi syllaba additur, ut 'admittier orant' (Verg. Aen. 9, 231. sim. definitur: DON. gramm. IV 396, 6 -e est appositio ad finem dictionis litterae aut syllabae, ut 'magis' pro 'mage' . . .; hanc alii prosperalepsin appellant [ut e. g. Char. gramm. p. 366, 21 B.; inepite, sc. per contaminationem, distinguuntur -e et p. DIOM. gramm. I 441, 2]. POMP. gramm. V 296, 33 sqq. al.; cf. p. 305, 9). CONSENT. gramm. p. 29, 15 N. si 'multum ille' scandendo 'multil' facias, episyntyphe erit . . . secundum me autem -e est ut 'magis' pro 'mage'.

paragōgium, -ī n., παραγώγιον. i. quod deducit, derivat, sc. de rivulo aqueductus: COD. Iust. 11, 43, 10, 1 (imp. Zenone) si quis clam . . . de isdem -is (paralog-, parolite- sim. trad.) vel fontibus aquam transduxit (antea: minuscularios [mun- var. l.] . . . vel fontes).

paragōgus, -a, -um, παραγωγός. editur litteris gr. DIOM. sub l. i. q. derivativus (t. t. gramm.): 1 de metro: FORTVN. gramm. VI 291, 4 haec sunt . . . metra originalia; cetera omnia ex his sunt deducta, quae a Graecis -a appellantur. 294, 10 (opp. principalibus metris). DIOM. gramm. I 501, 32 modi metrici sunt sex: . . . -ός (-gon vel -gen trad.) derivativus. 2 de vocabulis: CHAR. gramm. p. 335, 13sq. B. de -is: sunt quaedam verba, quae -a appellantur quaeque ex primitivi verbi declinatione et mutationem et adiectionem litterarum capiunt . . . velut 'laccio' ex eo quod est 'lacro' (item DIOM. gramm. I 379, 5. cf. Ps. ASPER gramm. V 551, 23 figurae verbi sunt septem, simplex . . . -a ut 'facesso'). DIOM. gramm. I 323, 19 ex his nominibus principalibus nascuntur derivativa, quae apud Graecos -a dicuntur ut 'fontanus' . . .; derivantur autem nomina modis septem: aut enim patronymica sunt aut possessiva eqs. MART. CAP. 5, 511 derivatione quoque fiunt verba, quae grammatici -a nominantur, ut dicimus 'floreae rura'. ISID. orig. 17, 5, 9 'palmes' . . . diminutivum nomen est, quod nomen -um dicitur, quod a 'palma' derivetur (postea: derivativum).

[paragorizo v. paregorizo.]

paragramma, plur. -ata n., παράγραμμα. scribitur litteris gr. CIC. 1 i. q. paronomasia, sc. lusus verborum qui fit mutatione unius fere litterae: CIC. fam. 7, 32, 2 acuta ἀμφιβολία, . . . elegans ὑπερβολή, . . . -a bellum (sed 'παρὰ γράμμα dictum' intellexit Whibley, Class. Rev. 37, 1923, 64). 2 i. q. falsa scriptura, mendum librarii: HIER. epist. 71, 5 si -ta in libris descriptis reppereris . . . non mihi debes imputare. CASSIOD. inst. 1, 15, 14 ubicumque -ta in disertis hominibus reperta fuerint, intrepidus vitiosa recorraat emendator quidam.

paragraphe f., παραγραφή. technice in rhetorica de genere quodam exceptionis vel translationis (τὸ παραγραφικόν respondet apud Hermogenem p. 43 sq. R.; ad rem v. Martin, Antike Rhetorik, 232): FORTVN. rhet. 2, 5 p. 105, 9 coniectura quot locis dividitur? decem: -e, antiparagraphe eqs.

paragraplus, -ī m. (an f. sec. gr., cf. p. 305, 1?), παράγραφος. technice apud gramm. de nota quadam: ISID. orig. 1, 21, 8 (inter notas sententiarum) -us ponitur ad separandas res a rebus, quae in conexu concurrunt, quemadmodum in catalogo loca a locis . . . separantur (inde GLOSS. I Ansil. PA 386, ubi scrib. -grafus). 1, 21, 9 [Paškievicz]

praestantissimus. *al.* pro convicio: PLAVT. Most. 887^a impure -e. :: qui -us sum? :: ... cibo perduci poteris quovis (*servi loquuntur*). iocose de re: PLAVT. Epid. 311 metuo ..., ne ulmos -os faciat, quae usque attondeant (*servus timet, ne a domino verberetur*).

β in explicationibus: DON. Ter. Eun. 236, 6 tristitia gravitasque ... aliena semper ab hominibus -is. SCHOL. Hor. sat. 1, 9, 76 leno ad Satyrionem -um (in fabula *Plautina*). epist. 2, 1, 173 -i vocantur, qui quae est gulae dominis favent, id est adulantur. SCHOL. Ter. p. 99, 32 differentia est inter -um et nebulonem; -us proprie dicitur adulator. SCHOL. Ter. Bemb. Eun. 228 qui (non) (*add. Castiglioni, Boll. Fil. Class. 12, 1935/6, 127*) parcit mandendo, id est -us. Ad. 590 (comici) aduliscentium (servo)s non minus gu(losos) quam para(sitos) inducunt. *al.*

γ exempla varia: CIC. Lael. 98 nec -orum in comoediis assentatio faceta nobis videretur, nisi essent milites gloriosi (*hinc* AMM. 28, 4, 12 garruli quidam adulantur divites -orum in comoediis facetias adfectando [*sententia lacunis laborat*]; ut enim illi sufflant milites gloriosos eqs. IULIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 6, 20 p. 1545 quis -us ita militis gloriosi vires assentationibus extulit ut Traducianus diaboli?). fam. 1, 9, 19 quod in Eunucho -us suaderet militi. HOR. epist. 2, 1, 173 adspice ..., quantus sit Dossennus edacibus in -is (in fabulis *Plautinis*). FEST. p. 326 *histrio quidam* fere omnibus mimis -us inducatur. QUINT. inst. 11, 3, 74 in comoediis ... servi, lenones. -i ... inter se discernuntur. 11, 3, 112 in fabulis ... servi, ancillulae. -i ... citatius moventur. 11, 3, 178. APVL. flor. 16, 9 *sunt apud poetam quendam* -i edaces et parentes tenaces eqs. PS. CYPR. spect. 6 p. 8, 18 *scaena exhibuit* scurriles iocos, -os sordidos (*cf. supra l. 1*). AVSON. 398, 46 p. 228 P. -orum collegia Plautinorum. DIOM. gramm. I 489, 13 (= SVET. frg. p. 11, 4) *histrio deformis personis utebatur* nisi -us pronuntiabat. HIER. epist. 22, 29, 4 *mulieres impudicae* rubore frontis attrito -os vicere mimorum. AVG. c. Iulian. op. imperf. 6, 20 p. 1546 (*respondet* IULIANO l. 18) ut tamquam -i et assentatores diabolum falsis laudibus mulceatis.

δ in declamationibus rhetoricis: SEN. contr. 2, 6, 9 meretricem vidi pendente collo senis et -orum circumfusum patri gregem. 10, 1, 7 venit iste dives cum turba clientium ac -orum (*cf. l. 40. 60sq.*). contr. exc. 3, 4 redivivum me senem meretrix vocat, -orum iocantium materia sum. QUINT. inst. 2, 4, 23 et pro luxuria et pro amore dicimus, et leno interim -isque defenditur sic, ut eqs. decl. 252 p. 29, 6 rapuit eam -us divitis. 260 p. 63, 19 non meretricibus donat, non in -os profundit (*cf. PS. QUINT. decl. 9, 20 non redempta meretrix ... non lenonum -orumque cara adulatio in crimen venit*). 296 p. 169, 11 obicimus adulescenti ante omnia, quod -um habuerit. p. 169, 17 quid enim est -us nisi comes vitiorum? turpissimi cuiusque facti laudator? *al.*

ε vario usu (*ad explicationem cf. SCHOL. Cic. Bob. p. 99, 16 homines qui -orum in modum vel solo possint ventre corrumpi, ad gylae blandimenta venales. ALTERC. Hadr. et Epict. 73 quid sunt -i? :: qui tamquam pisces adescantur*): CATO agr. 5, 4 -um ne quem habeat vilicus (*ad rem conferas Colum. 1, 8, 5 ne convictum cum domestico ... habeat*). LVCIL. 717 amici quaerunt animum, rem -i ac ditias. IVV. 1, 139 nullus iam -us erit (*i. dives cenabit solus*). 5, 145 ad mensam quotiens -us venerit infans. 14, 46 puellae lenonum et cantus pernoscantis -i. APVL. apol. 100, 4 temulentum illud collegium, -os tuos. TERT. apol. 39, 16 qua penes vos -i adfectant ad gloriam famulandae libertatis sub auctoramento ventris inter contumelias saginandi. LAMPR. Heliog. 21, 5 *Heliogabalus* oppressit in tricliniis versatilibus -os suos violis et floribus (*de simili irrisu -orum* 24, 5. *al.*). SCHOL. Iuv. 1, 135 adfectione et invidia -orum. 5, 3 -i Caesaris. *al.* AMBR. in psalm. 48, 25, 1 adseclae ... atque -i divitis (*cf. EVSTATH. Basil. hex. 5, 2, 11 dives -orum vel adfinitum adulatorum circumsaepus excubiis [gr. ἐν αὐτῶν ... προσεδρόνοντων]*). VAL. CEM. hom. 10, 2 (tit.: de -is) *inter adultores* procedit -orum gula, cui consuetudinis est iniuriam mero vendere. SALV. eccl. 3, 51 *heres divitis* pascebat -os et helluones copiis patris. FACVND. defens. 12, 5, 1 *veritatem assentationi adversam* si tenerent magnifici sacerdotes et non inde vellent placere principibus, unde -i fallaces incautis solent patronis illudere. PASS. Ambr. Ferent. (BHL 376) 3 habebat ... Ambrosius secum quendam -um ..., cui versa vice dominus serviebat, ita ut calceamenta ei detraheret (*de comite quodam ministrante*). *de asino convivae*: APVL. met. 10, 16, 8 *vinum* offer -o meo. *per merum convivium* (*in lusu verborum cum paraletus*): ACT. Archel. 25, 3 *Manes* quem ego magis -um quam paraletum dixerim.

ζ laxius de quibuslibet adulatoribus, assentatoribus: HIER. epist. 96, 6, 2 verborum Origenis cupiunt esse -i (*cf. CONC. S I 5 p. 161, 19 [= p. 277, 29] impietatis Nestoris -i [gr. ἰ 1, 6 p. 138, 29 παρόδοι]*). PETR. CHRYS. serm. 105, 3 *diabolus* minister scelerum, criminum leno, -us ipse vitiorum.

η de dis epulonibus (*in theologia Varronis*): AVG. civ. 6, 7 p. 258, 22 D. (*sec. Varronem*) epulones ... deos -os Iovis (p. 258, 24; *Cardauns n. 71* -os I. Varroni abiudicat).

θ -i Apollinis (Phoebi MART., *omisso gen. p. 318, 11 sqq.*) de collegio mimorum (GLOSS. II 589, 3 mimus; *ad rem v. Ziehen, RE XVIII 4, 1376 sqq.*; *Jory, Hermes 98, 1970, 237 sqq.*): FEST. p. 326

quare -i Apollonis in scaena dicitent, causam Verrius ... reddidit. *ibid.* de ipsa appellatione -orum Apollinis. MART. 9, 28, 9 laurigeri -um ... Phoebi (*de mimo*). CIL XIV 2408, 3 (*a. 169*) diurno -o Apoll(i-nis) tragico comico. 2113, 5 (*a. 187*) pantomimo ... sacerdoti ... Apollinis -o (*l. 7 sq.*; *cf. 2988, 4 archimimus. 3683, 3 [si recte supplementur]*). X 3716, 4 (*saec. II ex.*) -o et sacerdoti Apollinis (*cf. l. 4 et 8 sq.*). INSCR. Dessau 5186, 5 (*aet. Commodi*) pantomimo ... patrono -orum Apollinis sacerdoti synodi (*cf. CIL XIV 2977, 9 [aet. Severi] pantomimo ... archieri synodi*). CIL VI 10118, 2 (=CE 411, 2) (ad)lectus scaenae, -us Apollinis ... (quar)tarum ... actor (XIV 4198. *cf. VI 37817* -o secund(arum actori) ... poetae). VI 37418 P. Herenni -i (*cf. VIII 25574 Iulius -us*). IX 1578, 7 XI 7767a. b. XIV 4273 a. b. INSCR. Bull. Comm. Arch. Roma 61, 1933, 117 n. 107/8 (*graphio scriptum, dubio sensu*) parasi(t)i pereamus. INSCR. Année Epigr. 1945 n. 118 (*Romae*) -us Apollinis et q. q. collegi cantorum.

f. parasita, -ae (*cf. Wackernagel, Synt. II 12*). 1 proprie de sociis mulieris: HOR. sat. 1, 2, 98 *matronam circumstant* custodes ... ciuiflones, -ae. 2 translate de ave, quae mores quasi parasiticos ostendat: PLIN. nat. 10, 68 otus est imitatrix ... avis ac -a et ... saltatrix (*cf. Arist. hist. anim. 597b24 sq. κόβαλος και μιμητης και αντιχοόμενος*).

deriv.: parasitaster, ? parasiticus, parasitor, parasitulus. *cf. parasiticus. v. etiam Onom.*

parasquin- v. paracyn-

parastas, -ados f., παρστάς. [*var. raet. centr. cf. Faré, Postille. St.*] i. quod statuitur, collocatur iuxta aliquid: 1 in aede de antis, pilis ab utraque parte ianuae collocatis (*cf. parastata sub Ib, parastatica sub Ia*): VITR. 3, 2, 1 templum in antis, quod graece ναός εν παραστασιω (trad. litt. lat.) dicitur. 2 in machina bellica de lignis quibusdam: VITR. 10, 10, 2 latitudo -os mediae unius foraminis (*ibid. ter parastatica; cf. etiam parastata sub Ia*). 10, 10, 3 in media -e.

parastata, -ae f. et m., παραστάτης. i. quod vel qui statuitur, collocatur iuxta aliquid (aliquem): 1 de rebus: a in navibus vel machinis de lignis quibusdam: CATO inc. libr. frg. 18 malum deligatum, -ae vinctae (iunctae legunt alii. affert ISID. orig. 19, 2, 11 explicans: -ae stipites sunt pares stantes, quibus arbor navis sustinetur [*inde* GLOSS. I Ansil. RA 409]). VITR. 10, 11, 5 -arum longitudo tanta (-orum codd.; in descriptione ballistae, *cf. parastas et parastatica*). b in aede de antis, pilis dictum videtur: CIL X 7495 (in p)ronao columnas IIII et para(statas ...) et podium et pavimentu(m) (si sic supplendum, *cf. parastas, parastatica et fortasse Inscr. osc. Planta n. 34*).

2 de homine, sc. adiutore vel ministro: CIL X 1584 (*saec. III in.*) Libero patri ... Eglectiani sacerdotis Aureli(ius) Aug. lib. Draco -a consecravit.

parastatica v. parastaticus.

parastatico, -are. fortasse a parastaticus (-a), ut sit i. q. assistendo sublevare sim. ('lenire' intellegit Oder in indice ed. graecolatina a παραστατικός derivandum agnoscens, sed notioni παραστατέω, -στάτης melius congruere videntur): CHIRON 393 tussis perpetua leniter -ari potest, persanari non potest (*Veg. mulom. 2, 129, 5 adiuvari vel suspendi*). 417 si quod iumentum iocur aliqua doluerit, non poterit sanum esse; ..., si sudabit, intelligis eum posse -ari (*parasticari codd., cf. l. 57*).

parastaticus, -a, -um, παραστατικός. scribitur per haplographiam parastic- l. 73. 81. 83, *cf. supra l. 55*; ad haplographiam *cf. p. 292, 49*. non invenitur nisi fem. vel masc. pro subst.

i. quod statuitur, collocatur iuxta aliquid: 1 fem. parastatica, -ae: a in aedificiis de pilis (sc. fere iuxta columnas positus; *cf. parastas, parastata*): VITR. 4, 2, 1 trabes ... supra columnas et -as et antas ponuntur. 5, 1, 6 (*describitur basilica*) columnae ... habentes post se -as ..., quae sustinent trabes ...; supraque eas aliae -ae eqs. TAB. cer. Pomp. Année Epigr. 1973 n. 139 (*a. 51*) Puteol(is) in foro in porticum Augusti Sextiana in -a libellus adfixus fuit (*eadem formula ibid. n. 140 [a. 51]. 141 [a. 61 ut n. 142]. 1978 n. 131 [a. 51]*). PLIN. nat. 33, 52 argenteae trabes et columnae atque -ae. CIL VI 543, 3 (*a. 115*) imagine(m) arg(enteam), -as cum suis ornamentis et regulis posuit. III 75, 12 (*ca. a. 203*) ex novis lapicidinibus tractae ... sunt -ae et columnae grandes et multae. NOT. Tir. 100, 85 (-stra- trad.; 84 columna). b in machinis variis: VITR. 9, 8, 6 in clepsydris in columna aut -a horae describuntur (nisi -a pertinet ad aedificium aliquid). 10, 10, 2 -ae (parastice unus e codd.) dextra ac sinistra ... altae tantum (in ballista ut *ibid. a -a* ad foramen ..., a foramine ad medianam -am. 10, 11, 6 -ae latitudo. *cf. parastas et parastata sub Ia*). c in sermone veterinariorum de osse in genu posito (fortasse 'ossa sesamoidea' significantur; *cf. 2b*): VEG. mulom. 3, 1, 2 (*de numero et positione ossium*) in genibus -ae II.

2 masc. parastaticus, -i: a de instrumento medicorum ad fracta ossa curanda idoneo (nisi fallimur): CHIRON 544 ad mandibulam fractam curandam ex pannis -os (parasticos *codd.*) madefactos ab interiore parte componito. 596 si quod iumentum crus fregerit, ... fracturam tegebis et supra -os (parasticos *codd.*) impones; deinde fasciabis, sequenti regulas ... alligabis (*haud scio an ita explicandum* [Oesterle])

sit, ut -is ossa reponantur, deinde regulae membrum laesum impediunt, quominus flectatur [cf. e. g. 566]; sed loco sim. 997 desunt -i). **b** de morbo ossium, ossilagine, 'exostosi' (ad ossa q. d. metacarpalia refert Fischer in plagulis coll. voce parcellis; ceterum cf. 1c): CHIRON 641 quodcumque iumentum ossilaginem submiserit non bene, ex qua re -um vel genum longum fecerit.

cf. parastatico.

Oesterle.

parastichis, abl. -ide f., παραστιχίς. significatur ordo litterarum, qui est in latere paginae a summo ad imum, i. q. acrostichis: SVET. gramm. 6, 4 Aurelius Opillus cognomen suum per duas l litteras effert in -e (per-, paraschide var. ll.) libelli qui inscribitur Pinax. GELL. 14, 6, 4 quorum ... nominum -is reperiatur apud Homerum (trad. litteris gr.).

? **parastrōma**, abl. plur. -atibus, παράστρωμα (si vere agnoscenda est vox, quae apud Graecos non legi videtur). i. q. stragulum, tapete sim.: GREG. TVR. Franc. 6, 20 domus ... cum argento, [-bus], utensilibus (vox omnibus codd. tradita fortasse ab ipso auctore perperam pro peristromatibus adhibita est; cf. André, Emprunts et suffixes nominaux, 1971, 15 adn. 2).

parasynanchē, acc. -ēn, παρασύνγχη. scribitur litteris gr. CELS. i. q. genus anginae: CELS. 4, 7, 2 levius est genus, ubi tumor tantummodo ruborque est ... id -ην appellant Graeci (item distinguuntur alia genera, sc. fere cyn-, paraeyn-, syn-, hyanche: CAEL. AVR. acut. 3, 1, 3 si tumor in altera fuerit parte, -en nuncupant. ALEX. TRALL. 1, 136 flegmon extrinsecus ... facit -en [gr. II 125 P. π.]).

parasynaxis, acc. plur. -īs (i. -εις) f., παρασύναξις. scribitur in codd. et -sun-, -sin-. acc. plur. -es, quem exhibent e. g. Krüger (COD. Iust.) et Migne 56, 553, non trad. nisi falsa var. lect. CONC. S II 2, 2 p. 26, 10, 12. i. q. congregatio adversa, non legitima sim.: COD. Iust. 1, 5, 8, 3 = CONC. S II 2, 2 p. 26, 3 (a. 455) Apollinaristae vel Eutylianistae ... -is et conventicula tam diurna quam nocturna non contrahant (1, 5, 8, 5 [= p. 26, 10] si -is et c. interdicta collegerint. cf. ibid. [= p. 26, 12] illicitas -is conventusque celebrare).

parasyntetos adi., παρασύνθετος (latine non legitur nisi neutr. plur. -a). t. t. gramm., i. q. decompositus (v. PRISC. infra):

DIOM. gramm. I 301, 29 nomina componuntur etiam de conpluribus, quae -a Graeci appellant, ut 'inexpugnabilis'. MACR. exc. gramm. V 604, 27 verba ... ex compositis nominibus -a vocantur. 604, 29 verba -a. editur litteris gr.: MACR. exc. gramm. V 600, 34. 601, 1. 5. PRISC. gramm. II 177, 12 figura decomposita, quam Graeci -ov vocant (568, 18).

Beikircher.

[**parātārius** vix recte con. Humelbergius APIC. 8, 6, 1 pro voce dubia faratarius. v. vol. VI 1, 279, 18sq.; ceterum falso traditur pro parietarius, q. v.]

paratation n. pro subst., παρατατικόν, t. t. gramm. gr., sc. i. q. imperfectum, non exstat nisi formis gr. MACR. exc. gramm. V 613, 31. 614, 25. 32 (litt. lat.).

parātē v. 1. paro (paratus).

paratērūsa, -ae f., παρατηρούσα. scribitur in codd. litteris latinis variisque erroribus. fere i. q. speculatrix: TVRPIL. com. tit. -a (affertur abl. nudo -a NON. p. 132, 14 et al. apud eundem; in -a PRISC. gramm. II 478, 15).

parathēcē f., παραθήκη. si acc. lat. -am restituere nolis, legas potius -en, cum formam -em ab edd. praelatam ne cetera quidem composita, velut bibliotheca sim., exhibere videantur. i. q. depositum (sc. in comparatione vel imag. de homine eiusve anima; cf. Gloss. depositum: π.): VITA Anton. 20 p. 36, 8 custodiamus nos a cogitationibus inmundis, et [non] quasi [-em datam] (Garitte; parate cedat a trad.; -am Bartelink) nobis custodiamus domini (domino Garitte) animam, ut ipse agnoscat facturam suam (gr. π. vel παρακαταθήκη. cf. Euagr. vita Anton. 20 p. 873/4 depositum). Ps. PHILO antiq. 3, 10 cum ... completi fuerint anni saeculi, ... vivificabo mortuos ... et reddet infernum debitum suum, et perditio restituet -em suam (Harrington sec. codd. duos; -en unus, partem cett.).

parathesis f., παράθεσις. t. t. rhet.: ISID. orig. 2, 21, 46 (in capite de figuris verborum et sententiarum) -is est, cum quasi deponimus aliquid imperfectum apud memoriam iudicum, repetituros nos dicentes, cum oportunum fuerit (paratitisis fere trad., var. l. parenthesis affert Otto; paratitisis GLOSS. I Ansil. PA 419; paraetesis Eckstein sec. 2, 21, 38 apaetesis [v. vol. II 205, 41]).

[**paratida** corrupte tradi videtur GLOSS. III 580, 6 adragines i. portulaga sive -a vel crassa gallina (deest -a in glossa ceterum simili III 608, 29).]

1. parātio, -ōnis f. a 1. parare. genus fem. testatur NON. p. 219, 28 (affert AFRAN., v. infra). [falso tradi videtur pro separationes DIDASC. apost. 49, 15 (v. Tidner, Komm. 1938 ad l.); vix recte -em restituit Huemer VIRG. gramm. epist. 4 p. 24, 25 (lectiones traditas rationem vel narrationem praetulerunt alii).]

fere i. q. actio parandi, sc. acquirendi vel faciendi sim.: AFRAN. com. 268 (loco parum dilucido) silentio opus est; nulla [-est] -o [-] mi est ed. princ. Nonii, praeterea enim est proposuit Ribbeck). SALL. Iug. 31, 8 regni -o (cf. 31, 7 Ti. Gracchum regnum parare aiebant). VLP. dig. 30, 39, 7 constat etiam res alienas legari posse,

utique si parari possint, etiamsi difficilis earum -o sit (cod. F, comparatio vel praeparatio rece.). GLOSS. II 396, 19 παρασκευή: -o. preparatio, hic apparatus, apparitio (i. -rat-), instructio, instrumentum. 398, 20 παρατοιμασία: -t(ia) (suppl. Goetz in indice, -t(ura) dubitanter Heraeus in exemplari suo). fortasse addendus est titulus mutilus: CIL VIII 12066, 2 -em frumenti ((com)p- supplevit Mommsen).

? **2. parātio**, -ōnis f. a 2. parare (nisi de errore scribae cogites, v. Svennung, Wortstud. Oribas. 1932, 104 et cf. falsam var. l. -e pro comparatione COD. Iust. 1, 17, 1, 7). fere i. q. comparatio, collatio: ORIBAS. syn. 4, 13, 2 La p. 12 aves minus nutriunt ... ad -em generis animalium terrestrium (gr. παραβαλλόμενον, Aa comparationem).

paratitla n. plur., παράτιτλα. significantur additamenta in legum collectionibus ad titulos adiecta (sc. quae alias constitutiones sim. ad rem pertinentes breviter comprehendunt; v. e. g. Krüger, Gesch. der Quellen des Röm. Rechts, 1888, 359 et Berger, Encyclop. Dict. of Roman Law s. v.): COD. Iust. 1, 17, 1, 12 sufficiat per indices tantummodo et titulorum subtilitatem, [quae -a nuncupantur], quaedam admonitoria eius codicis digestorum facere [-] om. rec. prior, sc. Dig. de conc. dig. 1, 12, addidit F², -a litteris graecis exhibens; paratiticia codd. rel.). 1, 17, 2, 21 (= Dig. de confirm. dig. 21) si qui ... per titulorum subtilitatem adnotare has leges maluerint et ea, quae -a nuncupantur, componere (litteris latinis F. graecis vario modo corruptis codd. rel.; gr. cod. F: τῶν ὀνομαζομένων παρατίτλων).

parātor, -ōris m. a 1. parare. i. qui parat: AVG. c. Cresc. 1, 8, 10 p. 332, 20 si contentiosus habetur a vobis vel animosus -rque rixarum, qui pro vera fide certat (item fere 1, 11, 14 p. 336, 27 concitatore[m] [-emque] r. [om. pars codd.]).

[**parātōrius** v. pariatorius.]

paratragoedo, -āre, παρατραγοδεῖν (cf. Leumann, Kl. Schr., 1959, 169). fere i. q. tragicum loquendi morem ludificando imitari sim.: PLAVT. Pseud. 707 (702sq. magnifice hominem compellabo ... io ih, te te, turanne, eqs.) ut -at carnufex (-diat ed. princ.).

paratrētus, -a, -um, παράτητος. fere i. q. in latere perforatus sim.: SORAN. p. 75, 19 in generando vir impediri solet, quotiens hypospadias est vel -us, hoc est in latere balani cavernam habens, per quam semen emittat.

paratrimma, plur. -ata n., παράτριμμα (quod gr. infra respondet). scribitur -ima- ORIBAS. eup. 2, 1 D 3 Aa p. 464 et in codd. rec., ceterum -igma- ibid. 2, 1 B 47 La p. 442 et al., patrim- ibid. 2, 1 P 16 La p. 497. legitur plur. -ta praeter l. 46.

fere i. q. locus cutis attritus, attritio sim. (cf. Gloss. attritio: παράτριμμα): **1 generatim**: ORIBAS. eup. 2, 1 B 47 La p. 442 si super -ta et ulceribus ... superspargas balaustium (Aa iscorticatura [i. excorti-]). 2, 1 L 13 Aa p. 486 (sim. La) ad -ta et paronicia. 2, 1 P 7 Aa p. 497 pini cortex ut in [-a si] cataplasma sit inposita sanit magnifice (acc. sing., an legendum [-asi] sec. var. l. gr. 2, 1 P 19 παρατριμμασι? La: -ta ... sanat). **2 speciatim -a fit**: inter coxas, i. q. intertrigo: ORIBAS. eup. 2, 1 D 3 Aa p. 464 ab igne usta ulcera et ea, que vocantur -ta, id est inter coxas, que se de itinere excorticaturas faciunt (sim. La). in pedibus: ORIBAS. syn. 7, 5 tit. La p. 135 ad ... -ta, id est subtritura (antea: subcontritus et scorticata, Aa subtritas). 7, 5, 4 La p. 136 quod Greci -ta dicunt (gr. τὰ ἐξ ὑποδημάτων π., Aa quae ex calciamento fiunt subtriturae).

parātūra, -ae f. a 1. parare. scribitur litteris gr. p. 321, 9. 79. 80. plur. non exstat nisi TERT. apol. 22, 10 -as (item PHILO et ARNOB. sub Iapf, REGVLA mag. 81, 7). virg. vel. 12, 5 -ac. de notione v. GLOSS. p. 321, 28 (fortasse etiam supra l. 4) nec non LYD. sub 2bβ. vocem frequentat TERT. (31ies), ceterum exhibent ITALA, VITA Cypr. paucique posteriores; deest in versibus; abiit in sermonem gr., v. infra p. 321, 9. 28 (cf. παρατούριον Hesych. II 706, ἀντιπαράτωρα Suda A 2701 II 470). [confunditur in codd. cum apparatus TERT. adv. Val. 26 p. 202, 16 VITA Cypr. 2, 5 VVLG. II par. 5, 5 (dub. trad. GLOSS. IV 562, 59); olim vix recte con. pro praeparatura TERT. anim. 43, 9.]

1 significatur potius actio parandi vel status paratus (sc. maxime cum respectu faciendi, efficiendi, sed praeparandi e. g. l. 75. p. 321, 6, acquirendi, colligendi l. 83): a notione communi (respicitur fere actio; ad statum fortasse referas p. 321, 3): α in bonam vel neutram partem; parant: ① deus sive natura: TERT. apol. 22, 10 daemones habent de incolatu aëris ... caelestes sapere -as, ut et pluvias, quas iam sentiunt, repromittant. anim. 37, 1 omnem ... hominis in utero serendi struendi fingendi -am aliqua ... potestas divinae voluntatis ministra modulatur. adv. Marc. 3, 2 p. 378, 23 opus salutis, sc. adventus Christi, -am desiderabat, ut credi posset, substructam (-structum, sc. opus, Kroymann) fundamentis dispositionis et praedicationis. ITALA psalm. 64, 10 (cod. 136 Cas.) sic -a eius dei terram fecundantis (gr. ἐτοιμασία, Veron. al. et Vulg. praeparatio). 110, 6 (ibid.) deus -am operum suorum adnuntians populo suo, dare illis hereditatem gentium (male respondent gr. ἰσχύον, Vulg. virtutem). ② homines: TERT. anim. 25, 6 taceo cubicularis aestus et omnem illic caloris -am enitentibus necessariam. adv. Marc. 4, 12 p. 454, 14 pridiana pabuli -a (Iudaeorum manna colligentium, exod. 16, 5). 4, 31 p. 526, 25 (ad Luc. 14, 16 homo quidam fecit [Breimeier])

cenam) cenae -a vitae aeternae saturitatem figurat (cf. Ps. Avg. serm. Migne suppl. 2, 1021 spiritalis alloqui tanquam nitidi convivii -am). virg. vel. 12, 5 manifestae -ae (manifesta -a *Rigaltius*) totam circumferunt mulieritatem, sed virginari volunt sola capitis nuditate (*syn. habitu, suggestu*). VITA Cypr. 2, 5 iam veteres . . . tenebras sola lucis, sc. fidei, -a vincebat (paritura vel aparatura var. ll.). PHILO quaest. in gen. 4, 239 ad -am custodiae, ne quid subito abominandum proveniat. ? hucine contextu parum dilucido forma gen.

gr. *περατούρας* (ad ε pro α v. *Mayser, Gramm. der griech. Pap.*, 1906, 55 sq.): PAP. Amherst II 142, 16 (saec. IV) praefectum Augustamnicae *κελεύσα(ι τ)ῷ πραιποσίτῳ τ(ᾶ)ν κάστρον Ἰππων[ων] τῆς ἐγγίστη(ς) -ας ἐπαναγκάσαι τοὺς ἐγγεγραμμένους κτλ.* (de loco parandi cogitat van Herwerden, *Lex. Gr. suppl. et dial. II s. v. περ-, alii aliter*).

β in malam partem, sc. de insidiis sim.: PHILO quaest. in gen. 4, 238 (ad 27, 41 ut occidam Iacob) talis est pravitas malignantium . . . insidiosa, -as (parat. has var. l.) sibi impossibiles reservando in posterum. ARNOB. in psalm. 56 p. 404^A (ad 56, 7 laqueum paraverunt pedibus meis) si . . . contra -as daemonum paratum cor habeas.

h notione deflecta respicitur, quali statu sit, quod paratum est, sc. fere i. q. condicio, qualitas sim.: TERT. apol. 27, 4 ille . . . spiritus daemónicae et angelicae -ae, sc. diabolus. anim. 53, 6 anima post mortem exultat aut trepidat, prout -am devorsorii sui sentit.

2 significatur potius ipsa res parata (sive res qua quid paratur; de animantibus OPTAT. sub a): a generatim: α cum gen. indicante id ipsum, quod paratum est (adi. pro gen. OPTAT.; hic illic fortasse vergit in notionem q. e. copia, maxime ubi accedunt adi. quantitatis, cf. GLOSS. II 397, 2 -a <cop>ia [suppl. *Heraeus*]): TERT. adv. Marc. 3, 10 p. 393, 2 deum non eguisse . . . carnis -ae (-a var. l.; an ad 1?). 4, 43 p. 565, 23 mulieres convenerunt ad sepulcrum cum odorum -a. pall. 3, 7 tantam . . . -am materiarum vestibibus aptarum ingenia . . . vestificinae prosecuta sunt. adv. Val. 16 p. 196, 8 Paracletus vitia . . . in materiae corporalem (sunt, qui coniciant incorp-) -am commutans ex incorporali passione. 26 p. 202, 16 in hoc et -am mundi prospectam esse (appar. var. l.; cf. *Iren. I, 6, 1=1, 1, 11H.* mundum fabricatum esse). ITALIA II Macc. 12, 27 (rec. B) machinarum et sagittarum -am abundantem (gr. *παράθεσις*, rec. cet. apparatus, apparaturam, instrumentum). VITA Cypr. 11, 7 deliciarum omnium -am (antea: loci gratiam). OPTAT. serm. 7 Migne suppl. 1, 291 (ad psalm. 90, 11 ut te custodiant angeli) protectionem angelicae -ae. β cum gen. indicante, quo pertineat, quod paratum est:

TERT. anim. 19, 3 unde mox illis surculis . . . folia formantur . . . , si non in ipsis omnis -a generis quiescit et partibus promotam grandescit? (patient. 13 p. 21, 9 patientia . . . adversus o. subvertendae fidei . . . -a(m). scorp. 10 p. 169, 2 o. eius persecutionis . . . -am illuc transferre. VVLG. II par. 5, 5 intulerunt . . . o. -am [appar. var. l.] tabernaculi. cf. TERT. spect. 4 p. 6, 8 ex idololatria universam spectaculorum -am constare). pudic. 22 p. 272, 27 aqua et sanguis, utriusque lavacri -a (sc. baptismatis et martyrii). ITALIA psalm. 88, 15 (cod. 136 Cas.) iustitia et iudicium -a throni tui (gr. *ἑτοιμασία*, *Veron. al. et Vulg.* praeparatio, *Hier. psalt. sec. Hebr.* firmamentum). PHILO quaest. in gen. 4, 197 (ad 27, 3 pharetram et arcum) gaudere . . . -a belli.

γ vario usu: TERT. anim. 18, 3 a Platone adversus sensus corporales aliam portendi -am ut multo idoneiorem, vires scilicet animae. 19, 6 in utero hominis anima . . . cum omni sua -a pullulavit, tam intellectu quam et sensu. adv. Marc. 1, 11 p. 305, 22 ut sublimior deus . . . nullam sibi prospexerit agnoscendo -am. 2, 1 p. 333, 12 Marcion aliud subruere necesse habuit, ut, quod vellet, extrueret; sic aedificat, qui propria -a caret. GREG. M. epist. 12, 13 p. 360, 30 de benedictione (i. reliquiis) . . . sancti Petri transmisimus fraternitati vestrae -am unam (dictum videtur de reliquiis partibus ratione quadam paratis, compositis sim.; v. e. g. 8, 33 p. 36, 19 in qua clave benedictio de catenis illius Petri est inserta; ceterum cf. p. 323, 36).

h speciatiim: α de testimoniis, documentis sim. (sc. sec. usum similem vocis instrumentum, v. vol. VII 1, 2014, 19 sqq.; ad ipsos utriusque testamenti libros pertinere videtur maxime l. 67. 68. 75): TERT. apol. 47, 9 nostram hanc noviciolam -am (antea: vetus instrumentum). anim. 2, 3 germanae et . . . propheticae -ae (opp. apocrypha). carn. 8 l. 9 haereticos de sua -a repercutere (cf. adv. Marc. 4, 1 p. 422, 23 omnem sententiam et omnem -am Marcionis ad . . . euangelium eius provocamus). coron. 1 l. 19 martyr calcatus de euangelii -a (alludit ad *Eph. 6, 15* calcatei pedes in praeparatione euangelii). ieiun. 11 p. 289, 4 utriusque testamenti -am. adv. Marc. 4, 3 p. 427, 15 authenticam -am (cf. p. 428, 12 germanum illud apostolorum instrumentum). monog. 7, 1 de omni nostra -a (antea: vetera . . . instrumenta legalium scripturarum). β de vestibibus, pannis, textilibus sim.: DONATIO Tiburt. a. 471 p. CXLVII^a 21 vela olosirica cocoprasina duo; item alia -a olosirica blattea (sim. 29). LYD. mag. 1, 7 p. 13, 17 W. τοῦ ἡγήδος . . . -α, οἶονεὶ στολή ἐπίσημος (2, 14 p. 70, 4 τοιαύτη . . . τῆς ἀρχῆς ἢ παρ' αὐτοῖς λεγομένη -α, ἀντὶ τοῦ σ.). REGVLA mag. 81, 1 habere debent fratres in hieme -am grossam cottidianam stamineam et tunicam aliam nocturnam (cf. *Bened. reg. 55, 5* cucullam in hieme vellosam). 81, 4 in aestate . . . habeant -am lino-stimam non satis grossam (81, 7 -as subtiliores l. cf. 81, 5 pallios l.).

1. parātus, -a, -um v. 1. paro.

2. *parātus, -ūs m. a 1. parare. genus masc. testatur NON. p. 219, 28. de formis: longe praevalet abl. sing. -u (v. l. 11), deinde sequitur acc. plur. -us; omnino desunt gen. sing. et plur. nec non dat. sing. (vix pro dat. habeas formam -u IVVENC. 4, 520 p. 323, 54, ALC. AVIT. carm. 4, 298 infra l. 25). legitur raro in oratione soluta, sc. apud CIC. (1, sed apparatus 38), SALL. (1/-), ?LIV. (1, v. IIB/app. 95), SEN. phil. (3/27) et inde a GELL., sed saepe apud TAC. (16/10, sc. opusc. 1/4, hist. 7/5, ann. 8/1); frequentius occurrit in versibus idque fere ultimo hexametri loco (sc. 49 e 52 hex. exemplis, maxime forma -u) inde ab OV. (7), CARM. de bell. Aeg. (2), VAL. FL. (2), in serm. gr. fort. p. 431, 67. [confunditur maxime cum apparatus, e. g. LIV. 10, 41, 3 SEN. epist. 14, 6 (contra editores ad apparatus traxerim INSCR. Paest. ed. Mello-Voza 91, 18 cultu at paratuque), et cum p. p. paratus, e. g. STAT. Ach. 1, 18 (falsa var. l. LVCAN. 4, 374. VAL. CEM. hom. 15, 1 p. 738^C [v. ed. Riberi]. cf. QVINT. inst. 10, 1, 15, ubi -us falso trad. pro paratur).]

I significatur potius actio parandi vel status paratus: A cum respectu conferendi, praebendi sim.: SALL. hist. frg. 1, 88 Sertorius magno usui bello Marsico -u militum et armorum fuit (TAC. hist. 2, 84, 1 navium, m., a. -u strepere provinciae). CARM. de bell. Aeg. 41 instrumenta necis v(a)rio congesta -u (sc. quo varia instrumenta parantur). PANEG. 3, 10, 2 in tanto rerum -u, quo provincia reficitur. ALC. AVIT. carm. 4, 298 (in arca fabricanda) mons ut quisque fuit, famulo placere -u: Pelion . . . cum mittat . . . quercus eqs. (-u pro abl. habeas, dat. intellexerunt Peiper in indice aliique).

B cum respectu praeparandi: 1 quolibet agendi modo:

a praeparatur bellum sim.: CARM. de bell. Aeg. 65 hos inter coetus (t)alique ad bella -us. STAT. Theb. 2, 104 Polynicis ingentia . . . acta . . . rerumque graves . . . -us (cf. 3, 719 magnos cunctamur . . . -us. Ach. 1, 940 tantos . . . revocare -us). TAC. ann. 15, 9, 2 ut Parthi omisso -u invadendae Syriae spem omnem in Armeniam verterent.

b praeparantur varia: STAT. Ach. 1, 18 (ad Domitianum carmine canendum) te longo necdum fidente -u (parato var. l.) molimur magnusque tibi praeludit Achilles (nisi ad CI). TAC. hist. 1, 23, 1 Otho studia militum . . . -u facinoris, sc. occisionis Galbae, adfectaverat. CLAUD. DON. Aen. 4, 290 p. 392, 27 Aeneas sociis -us urgentissimae navigationis iniunxit. ALC. AVIT. carm. 6, 641 (verba Marthae, sec. Luc. 10, 40 me solam ministrare) sola -u vexor (nisi ad CI).

2 cogitando, sc. de consiliis sim.: STAT. Theb. 5, 37 vos arma vocant magnique in corde -us (AVSON. 422, 6 p. 379 P. Iovem inmodicos volventem c. -us, . . . ut eqs. [Hom. B 3 ὁ γὲ μερμηρίζει κατὰ φρένα]. cf. STAT. Ach. 1, 97 Thetis alios animo [iterum var. l.] commenta -us). TAC. hist. 2, 98, 2 Vitellii -us noscebantur, Vespasiani consiliorum pleraque ignota. PAUL. PELL. 350 nostros spe sollicitante -us.

C cum respectu faciendi, efficiendi, moliendi sim.: 1 notione sollemni: TAC. hist. 3, 43, 2 procurator Forum Iuli praesidio tuebatur totamque regionem Vespasiano conciliavit; quae ut [-u firma] et aucta rumore apud Vitellianos . . . increbruerit eqs. ([-u] sc. his molitionibus firmata, tuta sim., vix 'vera' ut vol. VI 1, 819, 10 et e. g. Heubner ad l.). VESPA 18 (loq. pistor) Saturnalium epulas semper rerum commendo -u. IVVENC. 3, 328 (ad Matth. 17, 4) trino . . . hic tentoria . . . faciam diversa -u. 3, 630 discipuli celeri complent praecepta -u. PAUL. NOL. carm. 6, 28 sacerdos credita sollemni curabat templa -u. 16, 164 mulier mentis in excessu divino facta -u. 20, 346 suem vir conspiciat . . . mirando adstare -u: . . . vestigia lambit . . . et eqs. 21, 668 (21, 664 quae aedificanda sedula . . . cura parabat) inpleto stetit hic opus omne -u (cf. CE 891, 1 operis [sc. viae] . . . -us). PAUL. PELL. 280 formido . . . tardabat coeptos . . . -us (an ad B?).

al. 2 notione deflecta respicitur, quali statu sit, quod paratum est, sc. fere i. q. species, qualitas sim.: PAUL. NOL. carm. 19, 617 eadem crux dissimili compacta -u (19, 612 forma crucis gemina specie componitur). 27, 639 haec tibi, Christe . . . , tenui fragilique -u pro nobis facimus (cf. 27, 596 quae facta et picta videmus). ORIENT. comm. 1, 223 pacta tibi dubio non vis nutare -u ('an patratu? Ellis in app. crit.): promissam certo pectore redde fidem (an cogites de instrumento, sc. documento sim., ut ad IIC pertineat?). PAUL. PETRIC. Mart. 4, 341 larga satis regali dona -u.

II significatur potius id ipsum, quod paratum est (sc. ad usum quendam factum est, ut hic illic idque maxime sub CIa intellegi possit res, qua quid parari potest): A pertinet ad victum cultumque hominum (fere luxuriosum, splendidum; aliter l. 75, v. praeterea p. 323, 15. 17. al.): 1 usu generali de vitae -u: a necessario: CIC. fin. 5, 53 sapientes in beatorum insulis nullum necessarium vitae cultum aut -um requirentes. b opulento, luxurioso sim.: OV. epist. 15(16), 193 hanc Helenae faciem largis . . . -bus (parentibus var. l.) uti deliciisque decet luxuriare novis (cf. 191 cultu divite). TAC. hist. 2, 59, 2 Vitellius nullo principali -u, sed vetere egestate conspicuus (cf. ann. 11, 12, 3 servi, liberti, -us principis. 11, 30, 2 domum, servitia et ceteros fortunae -us). 2, 81, 3 aemulantium inter se regum -us (cf. ann. 6, 37, 3 gazam et -us regios). ann. 3, 55, 2 opibus, domo, -u speciosus. GELL. 1, 14, 1 (ex Hyg. hist. frg. 3 Peter) multa ad splendorem domus atque victus defieri neque pro ampli-

[Breimeier]

tudine dignitateque lautum -um esse *Fabricio* (-umque var. l.). 19, 1, 7 quispiam dives ex Asia, magno . . . cultu -uque rerum et familiae.

2 *speciatim pertinet ad*: a *convivia* (tam de omni eorum apparatu quam de escis, quas certe solas respiciunt e. g. PAVL. NOL., SEDVL.; comprehenditur eucharistia PRVD.): Ov. met. 4, 763 pulchro . . . instructa -u . . . convivia regis. 8, 683 *Philemon et Baucis* veniam dapibus nullisque -bus orant. VAL. FL. 2, 651 stant gemmis auroque tori mensaeque -u regifico (CLAVD. 5, 340 atria r. iussit splendere -u exceptura dapes). IVV. 14, 13 lauto cenare -u (CYPR. GALL. gen. 1237 canistra regificis dapibus l. que inpleta -u). TAC. ann. 3, 52, 1 ventris et ganeae -us. PRVD. cath. 4, 34 nos tu, *deus*, gemino fovens -u artus atque animas utroque pastu confirmas. CLAVD. 15, 180 splendet Tartareo furialis mensa -u, caede madens, atrox gladio, suspecta veneno. PAVL. NOL. carm. 16, 168 -us (paratos var. l.) intulerat *mulier* (16, 162sq. panes, . . . escas). SEDVL. carm. pasch. 5, 408 modico . . . -u postquam victa fames (op. pasch. 5, 36 p. 301, 5 modicis . . . dapibus). al. b *vestiendum*: Ov. met. 6, 451 venit magno dives *Philomela* -u, divitior forma, quales *Naiades* incedunt . . . (454) si modo des illis cultus similesque -us. fast. 3, 627 *Anna* Tyrios induta -us. c *sollemnitates varias* (in explicatione allegorica CHROMAT.): Ov. Pont. 3, 4, 5 *carmen meum* est opus exiguum vestrisque -bus impar (sc. *pompa triumphi*, v. *André ad l.*). TAC. hist. 2, 95, 1 editis . . . gladiatoribus . . . ingenti -u et ante illum diem insolito. ann. 13, 17, 1 proviso ante funebri -u, qui modicus fuit. CHROMAT. serm. 10, 4L. perire non poterat tantus -us nuptiarum (ad *Matth. 22*, 8 nuptiae . . . paratae sunt).

B *pertinet ad rem sacram*: LIV. 10, 41, 3 omnis ille occulti -us sacri (codd. opt., app. det. aliquot et cum parte edd. vol. II 257, 48 sec. 10, 38, 8 et communem *Livii* usum, v. p. 322, 7. cf. et TAC. ann. 12, 47, 1 provisum illic [sacrificii -um] [l.] sacrificium imperatum trad.). ARNOB. nat. 3, 15 p. 174, 2 M. multo ture . . . et reliquo caerimoniarum -u (cf. AVSON. 152, 8 p. 6 P. nullo -u [postea: nec tus . . . nec liba eqs.]. PRVD. perist. 10, 919 hos -us [10, 916sq. aras . . . et tus eqs.]). hic potissimum addantur reliquiae pretioso ornatu compositae (cf. p. 321, 60): PAVL. NOL. epist. 31, 2 tali -u (antea: compositionem . . . qua tubello aureolo particulam crucis . . . inclusimus).

C *vario respectu* (cf. p. 322, 66): 1 *potius de corporeis*: a *de instrumento* (tam usu generali quam de singulis rebus): a *vario* (maxime *tortioni*, poenae sim. apto): SEN. epist. 14, 6 *pestes natura contingentes* nihil habent, quod intentent, quod praeferant; haec (i. *tortiones* sim.) ut magna bella aspectu -uque vicerunt (app. var. l.; cf. *ibid.* apparatus terribilis, 4 ingens . . . pompa). PRVD. perist. 11, 105 composito satis instruxere -u martyrism ad poenam verbera, vincla, feras. MAR. VICTOR. aleth. 3, 745 maiore bonus iudex damnare -u mavult *Sodomitas*. PAVL. PETRIC. Mart. 5, 299 funereo . . . -u (cf. *Sulp. Sev. dial. 3*, 4, 1 diversa perdendis parari iubet genera poenarum). 5, 589 hanc . . . Martino cupienti evertere molem (sc. *idolum*) cuncti defuerant ad talia vota -us (*Sulp. Sev. dial. 3*, 9, 1 nulla erat facultas). β *belli*, pugnae sim. (cf. SEN. supra): VAL. FL. 2, 510 *Herculem* immanem . . . -u. TAC. Agr. 25, 3 magno -u . . . oppugnare . . . castella. IVVENC. 4, 520 (*Christus ad Iudam tradentem*) totum complere licebit, huc venisse tuo quaecumque est causa -u (parato var. l.; vix dat., ad 'inf. omisso accusativo' v. *Huemer in indice p. 161*). PRVD. psych. 200 *Mens Humilis* . . . egens alieni auxilii proprio nec sat confisa -u (cf. 198 paupertinis . . . armis). CLAVD. 21, 336 *Martis* graviore -u.

b *de herbis, frugibus* sim., quaecumque regio quaedam parat (subestne imago ornatus sim.?): IVLIAN. in Ioel 2, 4sq. l. 129 ut omnem -um regionis vultumque delerent *locustae* sim.

2 *potius de incorporeis*: a *quae homines sibi parant*: SEN. dial. 3, 20, 7 mala ingenia magnitudinem . . . non habebunt; ceterum sermone, conatu et omni extra -u facient magnitudinis fidem (*intellegam, quaecumque non innata parari possunt, sc. habitus, dignitas, vis sim.; vix de solo ornatu*). GELL. 17, 2, 13 (ad *Quadrig. hist.* 8 magnum viaticum, sc. *eloquentiam, dignitatem* sim., . . . ad rem publicam evertendam habere) 'magnum viaticum' pro magna facultate et -u magno nove positum est (postea: apparatus). b *quaecumque vita parat, sc. eventus* sim.: SEN. dial. 9, 15, 3 qui *miserias ineptiasque vitae deridet*, nihil magnum, nihil severum, ne miserum quidem ex tanto -u putat. Breimeier.

paraverēdus, -ī m. a gr. παρά et veredus, sec. parangaria; ad compos. duarum vocum peregrinarum cf. *epiraedium*. scribitur etiam -verid-, -vared-, -verend-, -vend-. NOT. Tir. 112, 71a (antea: veredus). legitur in litteris publicis inde ab a. 339; transit in gr. παραβέδδος. [francog. vet. et med. palefroi; prov. vet. palafrei; fortasse hisp. palafren. cf. M.-L. 6231. Wartburg VII 640 sq. *Corominas III 618 sq. St.*]

significatur equus, qui ad magistratus sim. in viis non principalibus portandos a provincialibus quasi tributum exigebatur (in viis principalibus veredi cursus publici adhibebantur, cf. *iuxtapos. p. 324, 10* et COD. Iust. 12, 50, 23 pr. CASSIOD. var. 5, 39, 14; cet. saepe iuxta parangaria nec non angaria, unde -us hic illic per brevilloquentiam

vergit in notionem muneris, e. g. l. 18. 24. ad rem v. *Seeck, RE IV 1852sq.*, *Rittweger, De equi vocabulo, Diss. 1890, 42sq.*): 1 coeretur usus, licentia -orum postulandorum vel punitur abusus: COD. Theod. 8, 5, 3 praesidibus et rationalibus . . . usurpandi agminalis seu -i licentia derogetur. 8, 5, 6 ne quis agminalis ac -os aestimet postulandos, sc. temere. 8, 5, 7 ut quisquis alius (sc. praeter agentes in rebus) -um exegerit, non ei cedat inpune (antea: -orum exactio patrimoniam multorum evertit). 8, 5, 15 qui -os . . . ad canalem audeat commovere eqs. 8, 5, 16 pr. in Sardinia, in qua nulli paene discursus veredorum seu -orum necessarii esse noscuntur, ne provincialium status subruatur, memoratum cursum penitus amputamus. 8, 5, 59 si quispiam -um . . . non ostensa evectioe . . . praesumpserit, . . . singulas lib(ras) auri per singulos -os det. 8, 5, 63. 8, 5, 64 pr. NOVELL. Maior. 7, 13 unam sibi angariam et duos -os alteramque angariam officio suo et -os duos liceat postulare iudici provinciali. COD. Iust. 12, 50, 23 pr. CASSIOD. var. 5, 39, 14. 2 datur immunitas certis personis vel corporibus: COD. Theod. 6, 23, 3, 1 ne angarias vel parangarias sive -os ulla eis decurionibus et silentiariis . . . inponat auctoritas (de eisdem 6, 23, 4 pr.). 11, 16, 15 inter sordida munera, quibus eximuntur consistoriani comites, notarii eqs. (11, 16, 18 excipiuntur ecclesiae, rhetores, grammatici). Iust. 12, 5, 2 pr. ne cubicularii -os . . . dare cogantur. 3 cetera exempla: NOVELL. Theod. 5, 3, 1 possessiones habere donatas concedantur, si contactos et bastagas et -os . . . sine mora dependant. CASSIOD. var. 11, 14, 1 -orum assiduitate . . . esse fatigatos *Comenses* (sim. 12, 15, 6, ubi seq.: -orum . . . praebitionem . . . in assem publicum constituimus imputari). 12, 18, 2 -orum adscriptus numerus procuretur. PAP. Tjäder 47-48 B 13 br(evis) de paraverid(i)s. Oesterle.

? parauma n. trad. in serie subst. gr. in a exeuntium PROB. app. gramm. IV 195, 18 reuma, [-a], centema eqs. ([-] paramma, pneuma, paradigma temptaverunt viri docti; compos. vocis auma [v. vol. II 1465, 60] fortasse cum gr. αὔω coniungendum dubitanter defendit *Heraeus, Arch. Lat. Lex. 11, 1900, 68*).

parauxēsis, acc. -in f., παραύξησης. litt. gr. trad. QUINT., MAR. VICTORIN. gramm. VI 49, 14. i. q. amplificatio, incrementum:

1 in arte rhetorica: QUINT. inst. 9, 2, 106 (inter figuras sententiarum) Rutilius sive Gorgias adicit . . . αντίρρονον, -w eqs. 2 in arte metrica (syn. incrementum): MAR. VICTORIN. gramm. VI 43, 11 sq. fiunt enim ex syllabis pedes ordine incrementorum, quem Graeci syllabicen -in vocant; item temporum, quem Graeci chronicen -in nominant (49, 14 porriguntur tempora . . . χρονική -ει).

paraxis v. paropsis.

parazēlus, -ī m., παραζήλος (gr. non legi videtur nisi forma τὸ παραζήλον, quam e scriptore saec. IX affert *Lampe, Patristic Gr. Lex. s. v.*). i. q. prava aemulatio: AMBR. in psalm. 36, 5, 2 (ad 36, 1 μὴ παραζήλου ἐν πονηρομένοις, μηδὲ ζήλου κτλ.) aliud . . . esse zelum, aliud -um: haec est enim prava aemulatio eqs. (36, 10, 1 distinguuntur subaemulatio . . . , aemulatio).

paraziēnum v. parazonium.

? parazōna, παραζώνη fortasse recte restituit *Forcellini s. v. pro vareza* NOT. Tir. 77, 56 (inde GLOSS. I p. 246 sine explicatione); sequitur enim 77, 57 varezonium (Gloss. *ibid.* v.: παραζώνιον); faretra et faretrazonium intellexit *Schmitz vix recte; v. etiam Heraeus, Arch. Lat. Lex. 12, 1902, 79*.

parazōnium, -ī n., παραζώνιον. scribitur in GLOSS. variis modis depravatam: paraziēnum, paradionium sim. NOT. Tir. 77, 57 varezonium. de notione: GLOSS. cingulum. prope balteum. genus teli Macedonici. GLOSS. I p. 246 varezonium (e NOT. Tir. supra): παραζώνιον. i. q. genus baltei vel gladii (ad rem cf. *Lambertz, RE XVIII 4, 1416*): INSCR. Année Epigr. 1948 n. 58 (aet. *Tiberii?*) anulum aureum (cum) gemma . . . (in qua) imago Ti. Caesaris (est e)t -um. MART. 14, 32 tit. -um: militiae decus hoc gratique erit omen honoris, arma tribunicium cingere digna latus. ITALA II reg. 21, 16 (cod. 91) praecinctus erat -um (Vulg. ense novo, gr. LXX κορόνην, sed παραζώνην *Theodot.*). IV reg. 3, 21 (cod. 91) denuntiaverunt omni praecincto gladium et -um ferenti ad pugnam (Vulg. balteo, gr. ζώνην, var. l. παραζώνην). Gatti.

*parca (Parca), -ae f. [fortasse a parcere, sc. de dea puerperii, quae hoc nomine propitiatur; cf. l. 72. qui cum VARRONE (v. sub IA2) a parēre derivare student, in formatione vocis singulari haerent. Sch.] de origine: VARRO frg. Gell. 3, 16, 10 a partu (v. sub IA2). SACERD. gramm. VI 461, 23 si dicimus fata -as, quod non parcant (sc. per euphemian vel antiphrasin ut: 462, 12 DON. gramm. IV 402, 5 SERV. Aen. 1, 22 HIER. epist. 40, 2, 3. et saepe; cf. LYD. mens. 3, 10, p. 48, 17 W. Πάρκας . . . τὰς μηδενὸς φειδομένης Μοίρας). scribitur: parcarum CE 1128, 1 (*Romae*). litteris gr. LYD. supra. abbreviatur: par CIL VII 418 INSCR. Gall. Narb. Espér. 65. 66. parc CIL VII 927. cf. l. 80. de formis: dat. sing. -a in titulo antiquissimo sub IA allato. dat. pl. -abus CIL V 8242 XI 621 XII 5890. INSCR. Gall. Narb. Espér. 83 Parca(bus). Année Epigr. 1969 n. 339 (Gall. Narb.). de notione: SACERD. gramm. VI 461, 23 fata (MART. CAP. 4, 360 GLOSS.). GLOSS. -a: πεπωμένη. -ae: Μοίραι. Μοίραι, Κῆρες. fa[c]ta vel fortunae melioris. uuyrdae (anglosax. ut: -as: burgrunae). legitur in titulo antiquissimo saec. III a. Chr. (v. sub IA), postea [Zoppi]

in versu inde a CATVILLO eiusdemque aetatis CE (v. p. 326, 1. 38) et VERG. ceterisque poetis aevi Augusti idque maxima frequentia apud STAT. et CE, in prosa oratione apud VARRONEM, CAESELL. posterioresque gramm., ceterum apud SEN. apocol., PETRON., HYG. al. et in titulis (v. IB). [falso trad. -ae pro partae AVSON. 336, 7 p. 200 P.]

nomen dearum (ad usum metonymicum v. IIB): I in re sacra et in describenda religione Romana: A pertinet ad cultum veterem dearum ad partum pertinentium (ad rem v. Tels - de Jong, Sur quelques divinités rom. de la naissance et de la prophétie, 1960, 67 sqq.): I nomen generale dearum (hucine VARRO p. 326, 1?): INSCR. lib. rei p. Degrassi 10 (cippus agri Lavinatis saec. III a Chr.) -a Maurtia, dono (I dat., v. Leumann, Gram. 1977, 419 sq.; Maurtia videtur esse i. q. Mavortia, Martia, v. e. g. Leumann l. c. 121. Schilling, Gnomon 32, 1960, 652, sed pro Mortia accipit e. g. Latte, Röm. Religionsgesch. 53, 1 coll. CAESELL. infra; ad vim potius generalem vocis -ae cf. titulum geminum ibid. Neuna fata, sed v. VARRO sub 2). CAESELL. Gell. 3, 16, 11 tria . . . nomina -arum sunt: Nona, Decuma, Morta (affert Liv. Andr. Carm. frg. 11 quem diem profata Morta est. pergit Gell. Mortam quasi nomen accepit Caesellius, cum accipere quasi Moeram deberet). 2 nomen proprium unius ex tribus fatis (ortumne errore ex usu supra illustrato, an INSCR. huc trahas ex I?): VARRO frg. Gell. 3, 16, 10 -a immutata una littera a partu nominata, item Nona et Decima a partus tempestivi tempore (eandemne vocat Partulam Tert. anim. 37, 1?).

B aetate imp. per plur. respiciuntur sive Μοῖραι (ut sub II), sive Matronae illae Gallorum aliorumque (ad quas certe referri possunt l. 38 sq.; v. Heichelheim, RE XIV 2230, 53 sqq.): 1 nude ponuntur: HOR. Carm. saec. 25 vos . . ., veraces cecinisse -ae, quod . . . rerum terminus servet, bona iam peractis iungite fata (Act. lud. saec. Aug. [CIL VI 32323] 92 Moerae). CIL V 8235 Libero . . . et Pa(reis) (si recte suppletur). 8242 aram -abus et Bonae Deae phialam . . . dono dedit. VII 928 -is . . . v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito) (eadem vel simili formula: XI 621 [v. editorem ad l.]. XII 348. 645. al. ibid. INSCR. Gall. Narb. Espér. 65. al. ibid. INSCR. Année Epigr. 1969 n. 339 [Gall. Narb.]. fortasse addendum CIL XII 659 <d>is inferis sive <Par>c(is)). 2 cum appositione vel attributo: CIL V 3280 (item 3281 et 3282) -is Aug(ustis). VII 418 (item 927) matribu(s) Par(cis). XIII 6223 deabus -is <C>aesonius Liberalis (INSCR. Brit. Collingwood-Wright I 247 -is d. et numinibus Aug.). INSCR. Année Epigr. 1946 n. 158 (Gall. Narb.) -is trebus sororibus.

II in poesi et mythologia i. q. Μοῖραι (v. etiam IB). epitheta notabilia: infestae CE 55, 13 (aet. Catulli, ut etiam 59, 3, si recte suppl.), concordēs VERG. ecl. 4, 47 CIRIS 125, iniquae HOR. Carm. 2, 6, 9, non mendax HOR. Carm. 2, 16, 39 (cf. Carm. saec. 25 veraces [v. sub IB]. PERS. 5, 48 tenax veri), immites PROP. 4, 11, 13 STAT. Theb. 7, 774, nubila OV. trist. 5, 3, 14, dura OV. Pont. 4, 15, 36 STAT. Theb. 3, 491. 6, 325, saevae VAL. FL. 5, 531 STAT. silv. 2, 7, 89, celeres STAT. Theb. 8, 328. 8, 439 CE 378, 5, nocentes STAT. Theb. 11, 462 silv. 5, 2, 85. coniungitur cum Fortuna VERG. Aen. 12, 147, fatum SIL. 9, 649 (STAT. Theb. 1, 706 silv. 5, 2, 85 Ach. 1, 255. ceterum voces variant in contextu OV. Pont. 3, 7, 20 SIL. 5, 75, dissimili ratione adhibentur e. g. LVCAN. 6, 812 et saepius; cf. p. 324, 81).

A usu communi: 1 plur.: a loci generales, quibus illustrantur -arum ortus, nomina sim. nec non ratio quae intercedit inter -as et alios deos (ad fatum cf. l. 50): CIC. nat. deor. 3, 44 -ae, Hesperides, Somnia; quos omnes Erebo et Nocte natos ferunt genealogi (sim. narrat HYG. fab. geneal. 1. cf. Hesiod. theog. 217 Μοῖραὶ καὶ Κῆρα). VERG. Aen. 12, 147 qua visa est Fortuna pati -acque sinebant. HOR. Carm. 2, 17, 16 sic potenti Iustitiae placitumque -is. OV. fast. 3, 802 -arum monitu . . . trium (SEN. apocol. 3, 1. al.; cf. p. 326, 24 et OV. fast. 6, 795 tot restant de mense dies, quot nomina -is. SERV. auct. ecl. 8, 75 ternario numero continentur). STAT. Theb. 8, 119 cum -ae tua (i. Ditis) iussa trahant (Schol.: fata ad tuum arbitrium fila disponere. similiter potentior est Proserpina: CLAUD. rapt. Pros. 2, 305 [verba Ditis ad P.] accipe . . . famulas . . . -as; sit fatum quodcumque voles. CE 492, 6 Proserpinam solventem fila dearum, quae globo -arum revoluta cuncta gubernant). STAT. Ach. 1, 255 (Thetidis verba ad filium) nil humiles -as terrenaque fata vererent. HYG. fab. geneal. 1 -ae tres, id est Clotho, Lachesis, Atropos (fab. 171, 1. 277, 1 -ae C. L. A. invenerunt litteras quasdam. SERV. auct. Aen. 1, 22. al.). SERV. auct. Aen. 3, 233 alii eas harpyias . . . -as esse tradunt, unde et divinatō [ei] data est ([I] respicitur Celaeno). ADNOT. Lucan. 6, 703 'sorores' -as dicit. CLAUD. rapt. Pros. 1, 48 -ae vetuere minas Ditis . . ., quarum sub iure tenentur omnia eqs. MART. CAP. 1, 3 quidquid ille Iuppiter . . . -arum pugillo asservante dictaverit (ad -as scribentes cf. infra p. 326, 8. 68). 1, 32 (vers.) -arum chorus humana fata pensat, tuque, Iuppiter, sortem caelitem.

b inducuntur habitu sollemni: α canentes (cf. VERG. ecl. sub β): CATVLL. 64, 306 veridicos -ae coeperunt edere cantus (postea describuntur -ae nentes). 64, 383 carmina divino cecinerunt pectore -ae (TIB. 3, 11, 3 te nascente novum -ae cecinerunt puellis servitium. HYG. astr. 2, 15 p. 54, 4 fata [item fab. 171, 1. 174, 2]. CE 1141, 15 futura. 1533, 4 quem terminum. v. etiam l. 29. p. 326, 16 sq.).

CE 55, 13 cinerem . . . infistae -ae deposierunt carmine. VARRO ling. 6, 52 tempora quod tum pueris constituentur -ae fando, dictum fatum. STAT. Theb. 6, 923 dirae recinebant (retinebant plurimi codd.) omnia -ae. β nentes (cf. 2b et p. 325, 80): VERG. ecl. 4, 47 'talisa saecula' suis dixerunt 'currite' fuis concordēs stabili fatorum numine -ae (AVIEN. Arat. 208 decursis -arum ab origine fuis). Aen. 1, 22 sic volvere -as (SERV. [aut] a filo traxit volvere [aut] a libro, una enim loquitur, altera scribit, alia fila deducit [I] add. auct.). cf. STAT. Theb. 4, 787 sic -as volvere. 7, 774 immites scis nulla revolvere -as stamina). 10, 815 extrema . . . Lauso -ae fila legunt ([I] lina l. var. l.). STAT. silv. 3, 1, 171 [verba Herculis] -arum f. tenebo extendamque colus [item f. -arum: CE 1109, 2 aet. Flav. Ps. ALEX. c. Dind. coll. p. 174 CLAUD. 2, 157]. CE 627, 7 cunctis f. parant . . . nec parceretur [i. -itur] ullis. 15 HOR. epod. 13, 15 unde tibi Achilli reditum certo subtemine -ae rupere (LVCAN. 3, 19 lassant rumpentis stamina -as. STAT. Theb. 8, 13 rumpebant stamina -ae. CE 1997, 2). TIB. 1, 7, 1 hunc cecinere diem -ae fatalia nentes stamina ([eadem fere OV. trist. 5, 3, 25]. SEN. Herc. O. 1098 nulli non avidi colus -as s. nectere. LVCAN. 6, 777 -arum s. [CE 587, 1. 1128, 1]. frg. 1, 1 nunc plenas posuere colos et s. -ae [STAT. silv. 5, 1, 169]. al.; cf. supra l. 15 sq.). SEN. Herc. f. 559 evincas . . . -arum . . . colos non revocabiles (MART. 9, 17, 2 -arum . . . pensa brevesque c. CLAUD. Carm. min. 26, 87. cf. l. 18. 19). apocol. 4, 1 vers. 20 plus solito nevere . . .; 'ne demite, -ae' Phoebus ait. PETRON. 29, 6 in pariete pictae sunt tres -ae aurea pensa torquentes (Ivv. 12, 64 -ae meliora . . . p. manu ducunt hilares et staminis albi lanificae. cf. MART. supra). al.

c vario usu: α futura sciunt variaque agunt, iubent, vetant sim.: CATVLL. 68, 85 scibant (scirant coni. L. Müller) -ae non longo tempore abisse (coniugium an coniugem?). VERG. Aen. 3, 379 prohibent . . . cetera -ae scire Helenum (HOR. Carm. 2, 6, 9 STAT. Theb. 6, 325 CLAUD. 15, 121). 5, 798 si dant ea moenia -ae (LVCAN. 6, 812 fatum cognoscere -ae . . . dabunt). 9, 107 aderat . . . dies et tempora -ae debita complebant. CIRIS 125 patriam incolumem . . . concordēs stabili firmarant numine -ae (cf. supra l. 5). 270 cui Mino -ae tribuere nec ullo vulnere laedi (CE 1612, 1 annos -ae quos tribuerent). VAL. FL. 5, 531 num saevae . . . petant iam vellera -ae. 6, 693 iuvenem terris -ae tenuere Cytaeis. al. β mortem destinant (v. etiam passim sub b): CE 59, 3 (aet. Catulli) (infestae) -ae . . . finem vitae statuerunt. VERG. Aen. 10, 419 Halaeso iniecerē manum -ae telisque sacrarunt Euandri (cf. LVCAN. 1, 113 -arum Iulia saeva intercepta manu). CE 965, 12 (a. 10) supremum annum (vel diem) -ae sorte dedere mihi (2121, 14 [saec. I?]). EPICED. Drusi 73 claudite iam, -ae, nimium reserata sepulcra. SEN. Herc. f. 188 nimium . . . properas . . .: certo veniunt tempore -ae. SIL. 4, 203 -ae . . . ad manes traxere Sarmantem. STAT. Theb. 5, 736 haud . . . indebitus . . . luctus adest, recto descendunt limite -ae. 7, 367 fessum vita dimittite, -ae. silv. 2, 1, 148 -is fragiles urgentibus annos. CE 430, 2 quam -ae . . . mererunt funere acerbo. 537, 1 -ae te rapuerunt . . . spectantes . . . tuae gloriae cursum (1119, 4). et saepius in CE. γ exempla cetera: VERG. Aen. 12, 150 -arum . . . dies et vis inimica propinquat (cf. PROP. sub 2a). PROP. 4, 11, 13 immites habuit Cornelia -as (cf. OV. trist. 5, 3, 14 sub 2a, an et epist. 11, 107 sub B?). OV. met. 5, 532 sic -arum foedere cautum est. SIL. 5, 75 heu vani monitus, frustra morantia -as prodigia (syn. fata). 5, 406 augurio -arum impellere metas. 8, 6 expectanda esse viri fata, optandumque . . . -arum auxilium. 9, 475 fixas -arum vertere leges (al. v. vol. VII 2, 1250, 15 sqq.). 9, 649 -arum . . . fraus. STAT. Theb. 8, 439 heu celeres -ae (item in exclamatione: silv. 2, 7, 89 o saevae nimium gravesque -ae. MART. 6, 62, 3 heu crudele nefas malaeque -ae. CE 1204, 1). et saepe.

2 sing. (v. etiam sub IA et p. 324, 82): a vario usu: HOR. Carm. 2, 16, 39 mihi parva rura . . . -a non mendax dedit. PROP. 3, 5, 18 optima mors, -ae quae venit acta die (-ae Lachmann, -a fere trad.; Parca . . . dea Hailer; alii aliter; cf. VERG. sub 1cy). OV. trist. 5, 3, 14 nubila nascenti . . . mihi -a fuit. Pont. 4, 15, 36 dura iubet gelido -a sub axe mori. PERS. 5, 48 nostra . . . aequali suspendit tempora libra -a tenax veri (CE 1164, 4 invidia quem tenerum -a t. rapuit; quo matri multos scripsit annos?). STAT. silv. 2, 1, 138 subitas inimica levavit -a manus. parum constat de CIL II 6064.

b respicitur actio nendi sim. (cf. 1bβ): OV. am. 2, 6, 46 stabat vacuo iam tibi, psittace, -a colo. EPICED. Drusi 164 hanc lucem celeri turbine -a neat. CE 221, 6 (non am)ori . . . (-a pa)rcit coniugis, (quae morte) rupit sta(mina). 1144, 1 vitae tempus . . . mihi . . . stamine -a praeripuitque colu.

B ad notionem metonymicam q. e. fatum fortasse vergunt: OV. epist. 11, 107 nubite felices -a meliore sorores (Planudes vertit κόρη βελτιότι, sed conferre possis supra l. 51. 65). Pont. 3, 7, 20 -a . . . ad extremum, qua mea coepit, eat. CE 1206, 1 invidia -arum series livorque malignus . . . mea ruperunt stamina lucis (Lucan. 1, 70 invidia fatorum series contulit Heraeus in exemplari suo, v. etiam vol. VI 1, 367, 64 sqq.; an series de tribus dici potuit?).

in lusu verborum cum parcere CE 627, 7 (e coni. etiam 221, 6; cf. p. 324, 72).

parcarpus v. panc.

Zoppi.

[πεπωμένον: **parcātum** GLOSS. II 401, 53. *vix cogites de adi. sec. fortunatus formato et notionis q. e. a Parcis affectus sim.; potius corruptum videtur pro Parca, <fa>tum (cf. p. 324, 82).*]

parcē v. parcus.

parcelalon trad. inter nomina leontopodii (pedeleonis) Ps. APVL. herb. 7 l. 10 add. rec. β (inde GLOSS. III 573, 66 -on: pedeleonis). *obscurum; vix est, quod conferas Ps. Diosc. Vind. 3, 96 p. 109, 14 παραβέγκλουμ (non παρα-, ut affirmant Howald-Sigerist ad l.); fortasse latet potius pardalion (cf. Diosc. 3, 106 p. 422, 27 leontopodium aut pardalion).*

parcellis, plur. -ides. *vulgari quodam modo depravatam e gr. παρακερκίς (an sec. σκέλος mutatum?), nisi mendose trad. i. q. ossilago cruris (ad rem v. Hippiatr. gr. II p. 259, 6; ad ossa q. d. metacarpalia refert Fischer in plagulis coll. voce parastaticus sub 2b):* CHIRON 576 de -es. 593 si quod iumentum -es [submiseri]n[t], sic intelliges: iosu (i. deorsum) quam genu... tubiscula (i. tuberc-) ex osso nata invenies (cf. e. g. 642 si quod iumentum ossilaginem... summiserit).

1. **parceo** v. parco.

2. **parceo** v. porceo.

W.

parceprōmus, -a, -um. a parce promere (-ē sec. bene-, maledicus sim.); compos. a 1. parcus et promus intellegunt qui parci-promus legunt. [falso legebatur olim PLAVT. Pseud. 1266.] i. qui parce promit, avarus: PLAVT. Truc. 183 qui cum geniis suis belligerant -i (-e- P; in A littera incerta est).

parciloquium, -i n. a 1. parcus et loqui; cf. pauciloquium. i. q. locutio parca, sc. taciturnitas: APVL. met. 5, 13, 1 fidei atque -o meo (-i mei var. l.) perpendisti documenta.

parcimōnia, **parcimōnium** v. parsimonia.

? **parciōsus**, -a, -um.

a 1. parcus (sc. pro *parcosus sec. ebrius), si agnoscenda est vox.

i. q. moribus parci, avari sim. praeditus: GLOSS. III 374, 35 (in capite de moribus) -us: φαίλος (trad.; φειδωλός conl. Vulcanius; sed fortasse latet φαῦλος, si huc trahi possunt GLOSS. III 459, 22 et 475, 16 partiosus: φαῦλος [an partiosus i. q. partes sequens, sc. factiosus?]).

parciprōmus v. parce-

Korteweg.

⑬ *unt dei, mors, fortuna sim.*: α *usu pagano*: PLAVT. Merc. 680 Apollo, quaeso te . . . , meo . . . ut -as gnato pace propitius (affert PORPH. HOR. carm. saec. 33 sq. tuens notionem non nocendi; an ad 2?). Trin. 829 (825 sqq. te omnes saevum . . . commemorant; . . . ego placido te et clementi . . . usus sum) pauperibus te -ere . . . , divites damnare atque domare (de Neptuno ut: Ov. rem. 743 nepoti, sc. Hippolyto). ENN. ann. 199 sq. (Pyrrhus ad captivos) quorum virtuti belli fortuna -ercit, eorundem libertati me -ere certumst (Cic. fam. 13, 4, 2 NEP. Thras. 1, 5 VAL. MAX. 6, 9, 15. SEN. Herc. f. 326 maximis virtutibus. dial. 6, 16, 8 LVCAN. 2, 518. al.). VERG. Aen. 6, 63 vos quoque Pergameae iam fas est -ere genti, dique deaeque. HOR. carm. 3, 2, 15 mors . . . non -it inbellis iuventae poplitibus timidove tergo (SEN. Herc. f. 872. Tro. 402 noxia corpori, nec -ens animae). 3, 9, 12 si -ent animae fata superstiti (ibid. 16. SEN. dial. 12 [11], 1, 2, 4, 1 nihil umquam ulli -unt nec remittunt. SACERD. gramm. VI 461, 24 dicimus f. Parcass, quod non -ant [462, 11 MART. CAP. 4, 360]. CE 96, 7 f. non -unt bonis. al.). TIB. 1, 2, 99 mihi -e, Venus; . . . quid messes uris acerba tuas? (Ov. epist. 7, 31 DRAC. Romul. 10, 588). 2, 6, 7 (5 ure, puer) quodsi militibus -es (de Amore ut: Ov. epist. 4, 148 qui mihi nunc saevit, sic tibi -at Amor. DRAC. Romul. 10, 588). PROP. 1, 17, 28 (ad Nereides) mansuetis socio -ite [litoribus] (abl., nisi dat. ut vergat ad 2; v. Fedeli, 1980, ad l.). Ov. met. 9, 728 sq. si di mihi -ere vellent, -ere debuerant; si . . . perdere vellent eqs. fast. 2, 451 -e, precor, gravidis, facilis Lucina, puellis. 4, 911 aspera Robigo, -as Cerialibus herbis. al. LIV. 27, 33, 11 deos inmortales, miseritos nominis Romani, -ercisse innoxii exercitibus. PAVL. FEST. p. 239 ut vivis liberis et servis -rent Lares. CE 1020, 3 (act. imp. Tib.?) (sit tibi) terra quies, -ito et ipse tuos (item de dis manibus: CIL VI 13101, 6 -e matrem . . . et sororem tuam . . . , ut possint tibi facere . . . sollemnia. INSCR. Année Epigr. 1967 n. 238 [Hisp. Tarrac.] -e tuos). SEN. Herc. O. 1137 (Hercules ad Iovem) debuit frangi polus; quid -is astris? dial. 1, 4, 7 eos . . . , quibus indulgere videtur deus, quibus -ere, molles venturis malis servat. al.

β *usu christiano (exempla selecta)*: TERT. adv. Marc. 1, 26 p. 328, 1 quia . . . malo . . . -ere deum indignius sit quam animadvertere. ITALIA deut. 33, 3 (Lugd.) -ercit plebem suam dominum (Vulg. dilexiti). psalm. 6, 3 (cod. 136 Cas.) ne . . . in furore tuo corripias me; -e michi, dominus (gr. ἐλέησόν με, Veron. al. et Vulg. miserere). Ion. 4, 11 (Wirc.) Ninevem civitatem magnam (VVLG. dat.). Rom. 8, 32 (cod. d, sim. al. et VVLG.) qui deus nec filio suo -ercit, set pro nobis omnibus tradidit illum (inde e. g. TERT. fug. 12, 3 f. s. non -ercit pro te). II Petr. 2, 4 (Aug. civ. 15, 23 al. = VVLG.) deus angelis peccantibus non -ercit. CYPR. epist. 61, 3 qui essent, quos inimicus laceraret, qui contra, quibus diabolus ut suis -ret. FIRM. err. 28, 13 diu criminibus tuis -ercit divina moderatio, diu facinus tuum cum dissimulatione respexit (sim. non puniuntur crimina: VVLG. Iob 14, 16 -es [-is vel -e var. ll.] peccatis meis [SACR. Gelas. 1341 M. GREG. M. moral. 9, 83. al.]. GREG. M. moral. 9, 80 praeterita, quae deliquimus. 10, 12 verbum prolatae contumeliae. cf. l. 49. p. 334, 73; structuram 'aliquid alicui', ut vergat in vim ignoscendi, v. sub 3). VVLG. gen. 18, 24 (loquitur Abraham) non -es loco illi propter quinquaginta iustos? (Itala, Quodv. prom. 1, 16, 23 remittes). Iob 7, 16 (verba Iob) -e mihi (gr. ἀπόρτα ἀπ' ἐμοῦ. Hier. interpr. Iob discede). Is. 30, 18 exspectat dominus, ut misereatur vestri, et . . . exaltabitur -ens vobis. PRVD. ham. 937 confiteor, dimitte libens et -e fatenti. al.

⑭ *cum respectu custodiendi, curae adhibendae sim.* (cf. C2b): α *exempla usum praeparantia* (sc. quodam modo vigente adhuc vi non laedendi, non molestandi sim.; exempla potiora, ceterum cf. e. g. l. 17. p. 333, 11. 44): PLAVT. Asin. 177 sibi (v. p. 333, 7). Bacch. 751 potin ut cures te atque ut ne -as mihi? mea fiducia opus conduxi (cf. Cic. Catil. 4, 3 consulite vobis; prospicite patriae; conservate vos . . . ; mihi -ere ac de me cogitare desinite). Cic. Flacc. frg. Cus. 15 huic hominum generi maiores nostri sic -endum . . . arbitrabantur, ut eos . . . etiam in culpa defenderent. rep. 3, 24 iustitia . . . praecipit -ere omnibus, consulere generi hominum eqs. leg. 3, 9 (verba legis) magistratus sociis -unto, se et suos continente. BELL. Alex. 24, 2 ut consuleret novus rex regno paterno, -ret . . . patriae afflictas. SALL. Iug. 106, 3 (verba Sullae) se mansurum potius, quam . . . turpi fuga . . . vitae -ret. HOR. epist. 1, 7, 11 hieme ad mare descendet vates tuus et sibi -et. PHAEDR. app. 6, 11 amicos sublevate, miseris -ite (cf. [Korteweg])

OCTAVIA 473 pulchrum . . . est . . . consulere patriae, -ere afflictis, fera caede abstinere. ITALA psalm. 71, 13 [Veron. al. = VVLG.] -et rex bonus pauperi et inopi et animas pauperum salvas faciet). PLIN. nat. 8, 134 aliter non est occidere irenaceos et tergori -ere (quod morituri urinae aspersione corrumpere temptant). al.

b usu pleno fere i. q. servando, custodiendo consulere alicui (exempla minus dubia): α animantibus: PLAVT. Capt. 32 nil pretio -sit pater, filio ab hostibus capto dum -ret. ACC. trag. 137 (verba Ismenes Antigonom a consilio periculoso absterrentis) me par est tibi consulere et -ere. ITALA gen. 20, 6 (Ambr. Abr. 1, 7, 59. al.; loquitur deus ad Abimelech) -erci tibi, ut non peccares in me ([Vulg. custodi] ENNOD. epist. 9, 12, 2 p. 237, 27 -at tibi . . . deus, ut credas me immemorem tui esse). psalm. 18, 14 (Sangerm. al., sim. VVLG.) ab occultis meis (sc. delictis, v. AVG. ad l.) munda me, domine, et ab alienis -e servo tuo ([Hier. psalt. sec. Hebr. 19, 14 libera. huc spectat AVG. serm. 216, 10]. 21, 21 [Barnab. 5, 13] -e animae meae a gladio [gr. ibid. πῆσαι, sed LXX ῥῶσαι, Veron. al. et Vulg. erue]). PASS. Macc. 14, 7 apes raptorem mellis pungentes plus -unt generi quam saluti suae. RVSTIC. Conc.^s I 4 p. 131, 21 deus nostrae unanimitati prospiciens et saluti populorum -ens (gr. I 1, 7 p. 163, 18 κηδόμενος, Conc.^s IV 1 p. 134, 31 procurans. cf. p. 339, 37). reflexive (se custodiendo, abstinendo): AVG. epist. 211, 14 (inde Ps. AVG. reg. III 6, 2) vobis a verbis durioribus -ite. in euang. Ioh. 22, 12 (ad temere loquentem) -e tibi; noli praecipitare sententiam (cf. -ere voci sim. p. 331, 64 sqq.). β rebus: ITALA Ezech. 24, 21 (Wirr.) ego, deus, profano sancta mea . . ., desiderabilia oculorum vestrorum et quibus -bant animae vestrae (cod. 176 ex quibus pascebantur [man. pr. ex parc-] animae v., Vulg. super quo pavet anima v.). GRILL. rhet. ed. Courcelle, Rev. Phil. 29, 1955, 36 l. 84 nulla . . . a Romanis illata poena . . ., quod antea (i. ante bellum) non amiserant, -erunt Rhodii. DICT. 5, 2 praeteritorum satias; futuris saltem -endum ac consulendum est.

β structura novata alicui aliquid vergit in vim q. e. indulgere, condonare sim. (cf. vol. VII 1, 1253, 19 sqq.; dat. commodi iunctura laxiore appositum v. p. 339, 52. 340, 1): α cum respectu indulgenter concedendi, praestandi: GELL. 16, 19, 10 vitam . . . sibi ut -rent oravisse Arionem (sec. Herodot. 1, 24, 2 πύχην . . . παρατερόμενον). CASSIOD. var. 11, 35, 3 (remuneratio collegae militiae juncto statim praebatur) tibi . . . praestas, quod -is alteri, quando indemnitas prioris lucrum potius fit sequentis eadem expectantis ('indulges' Traube in indice ed.; sed vide, ne quod -is alteri sit idem atque 'eo quod damnus non infers alteri'; sequitur enim indemnitas). b cum respectu indulgenter remittendi, non puniendi (obi. sunt crimina ut p. 336, 60): VITA Caes. Arel. 2, 24 illi misello -at deus peccatum hoc. GREG. M. moral. 15, 39 illis . . . minima crimina sim. -untur, qui maiora . . . defleverunt. CE 709, 8 ([multo ?] post 542) in se linquentibus facinus funditus -ens episcopus.

α absolute, sc. non indicatur cui temperetur (structuras e contextu subaudiendas hic non attulimus, cf. p. 332, 57; dat. commodi accedit sub 1aβ): 1 cum respectu parce vel non adhibendi, utendi sim.; -unt: α qui rem familiarem vel alimenta servant, non profundunt: α vario usu: PLAVT. Aul. 381 festo die si quid prodegeris, profesto egere liceat, nisi -erces (edd. varie emendaverunt formam perf. a Plauto alienam [cf. p. 329, 2]). TER. Haut. 139 illi filio, quem male tractavi, de me supplicium dabo laborans, -ens, quaerens (SCHOL. Ter. Bemb. servans [affert VERG. p. 330, 34]. item explicat: TER. Ad. 813 conserva, quaere, -e, fac quam plurimum illis filiis relinquant). CATO agr. 58 eas oleas condito; -ito, uti quam diutissime durent (nisi acc. etiam ad -ito trahas; cf. p. 339, 59). NOVIVS Atell. 78 (versu lacuna depravato) qui non -sit apud se . . . frunitus est. CAES. Gall. 7, 71, 4 frumentum se . . . dierum xxx habere, sed paulo etiam longius tolerari posse -endo. PORPH. Hor. sat. 2, 2, 106 -endo prospicis, ne umquam tibi desit, quod eqs. CIL XIII 10018, 133 -e (in vase patorio, cf. p. 331, 24). β accedit dat. animantis, cuius commodo sumptus non fiunt (minus probabiliter, idque certe non apud PLIN., intellegi potest etiam dat. hominis damno non afficiendi): LVCIL. 619 sumptum homini praebeat, genium suum defrudet, (et) ali(i) -at (si recte conii. Krenkel, Miscellanea Critica II, 1965, 176; det alii, -at Marx, alieno -at Ribbeck). CE 366, 1 (aet. imp. Aug.) -itis heredi ([v. Wieland, Mus. Helv. 14, 1957, 193 sqq.]. 1106, 2 avarus, h. -ens, invidus ipse sibi). PLIN. epist. 9, 37, 2 coloni omnia consumunt . . ., ut qui iam putent se non sibi -ere.

b qui verbis abstant, tacent (de carminibus VERG.; saepe forma imperativi): PLAVT. Poen. 250 soror, -e, amabo: sat est istuc alios dicere nobis . . . : quiesco. 993 eum appella, quid velit, quid venerit eqs.: ne -seris. TER. Phorm. 793 ostenderem . . ., quo pacto. : -e sodas (cf. SCHOL. Ter. p. 138, 3 minus loquere). VERG. ecl. 8, 109 -ite, ab urbe venit, iam -ite, carmina, Daphnis (huc traximus coll. 61 desine, tibia, versus. an intellegas 'ne nocueritis'?). PHAEDR. 3 epil. 1 supersunt mihi, quae scribam, sed -o. SEN. Herc. O. 1447 (ad se ipsum) -e et hanc vocem occupa. 1942 -e (cf. structuram plenam 1965 -e . . . questibus). LVCAN. 6, 773 ne -e, precor: da nomina rebus, da loca eqs. TAC. dial. 27, 1 'non verebor nominare singulos scholasticos . . . : -e' (aparte sim. trad.). ITALA Is. 58, 1 (Tert. adv. Iud. 9, 30 al.) exclama in vigore et ne -erces, exalta ut tuba vocem tuam

(Vulg. cesses). II Cor. 12, 6 (cod. d al.; sim. VVLG.) veritatem dicam, si gloriabor; -o autem, ne quis eqs. HIL. syn. 90 -ens . . . de his nihil dico. al.

c qui in quibuslibet condicionibus abstant, se continent (v. etiam sub 2aβ): PROP. 3, 9, 29 Maecenas, cum possis summos honores adipisci, -is et in tenues humilem te colligis umbras. GERM. 656 Orion ob scelus poenas luit ideoque -ite mortales: numquam levis ira deorum. GELL. 2, 1, 5 saeviente pestilentia Socrates -endi moderandique rationibus dicitur . . . retinuisse salutem (sc. vita continentem). ITALA Is. 54, 2 (Aug. civ. 18, 29, sim. VVLG.) dilata locum tabernaculi tui . . .; fige, noli -ere, prolonga funiculos tuos. CLAUD. rapt. Pros. 1, 67 Pluto iratus -erit erubuitque preces ('desiit furere' Burman; ceterum v. Hall, comm. 1969 ad l.). DRAC. Romul. 8, 155 (Cassandra suadet, ut Paris necetur) Troile, quid cessas? quid -is, . . . Hector? (159 sqq. vos saltem surgite cives . . ., muris depellite fratrem). part. praes. -ens pro adi. fere i. q. parcus, avarus: HOR. Carm. 3, 19, 21 cur . . . cessant flamina tibiae . . .? -entes ego dexteris odi: sparge rosas (PORPH. otiosas, quae . . . non spargant rosas).

2 cum respectu non laedendi sim.: α notione communi (sc. iisdem fere coloribus ac sub B1; -unt fere homines, sed res e. g. l. 32. 34, dei l. 39. 48. al., animalia l. 47): α in universum: ① formae variae (exempla selecta inde a SEN. rhet.): LIV. ANDR. Carm. frg. 28 -entes praemodum (deficiente contextu dubitanter huc traximus; v. e. g. Broccia, Ricerche su Liv. Andr., 1974, 40 sqq.). TER. Ad. 562 venit . . . insaniens; nil -erit meque verberavit. LVCIL. 1089 quom -ere possint (suppleas perdunt sim., si recte confertur CIC. Quint. 51 mavolt vir bonus commemorari se, cum posset perdere, -ercesse, quam, cum -ere potuerit, perdidisse). OV. Pont. 1, 7, 45 qua . . . est res passa, -erit Augustus, usus et est modice fulminis igne sui. LIV. 39, 50, 5 multitudo . . . -endum . . . censebant; . . . alii ad necem eius Philopomenis consentiebant. MANIL. 4, 76 contra rationem laeduntque cibi -untque venena. SEN. contr. 7, 1, 8 praedones iam miserentur, piratae (irati trad.) iam -unt. SEN. Med. 432 o . . . sortem asperam, cum saevit et cum -it ex aequo malam (cf. Phoen. 35 [loquitur Oedipus] Cithaeron . . ., semper cruenta, saeve . . ., cum occidis et cum -is). clem. 2, 7, 2 -et . . . sapiens, consulat et corriget (distinguitur; ignoscet). LVCAN. 8, 652 (Cornelia ad Pompeium mortuum) hoc merui . . . in tuta puppe relinqui? perfide, -bas? (vergit ad b). 8, 707 Pompeius fuit felix nullo turbante deorum et nullo -ente miser. SIL. 14, 430 qua . . . -bat . . . vapor ignis. STAT. silv. 1, 2, 80 (loquitur Amor) virginem summa leviter . . . lampade -entes . . . strinximus. 3, 3, 168 victis -entia foedera Cattis . . . donat clementia Caesaris (vergit in usum adi. q. e. mitis, non gravis sim.). TAC. Agr. 20, 2 -endo . . . incitamenta pacis ostentare. TERT. pudic. 16 p. 255, 6 hic (I Cor. 7, 28) -endo permittit nuptias apostolus. ITALA Ezech. 8, 18 (cod. 176 = VVLG.) non -et oculus meus neque miserebor (9, 10 [ibid.]. VVLG. Ezech. 5, 11. al.). CYPR. domin. orat. 21 Daniel inter feras esurientes et -entes . . . pascitur. VVLG. thren. 2, 17 destruxit et non -erit dominus. RVST. HELP. benef. 37 Christus obses -endi. DRAC. Orest. 600 ut Clytaemestra, nisi interficiatur, ingerat inferias animam -entis Orestis. LEX Visig. 1, 1, 7 iudex erit in percutiendo parcus, in -endo adsiduos. VICTOR. CAP. frg. Spicil. Solesm. I p. 271 VIII (ad exod. 4, 24 sqq.) occasionem propitiandi per circumcisionem, qua -ret, deus dare dignatus est Moysi (parcerit cod., -serit editor vix recte; non enim intellegenda est circumcisio, qua abstinuit Moyses, sed occasio veniae danda ut ibid. postea: per datam occasionem . . . voluit -ere delinquenti). al. ② forma '-ente re' vel '-endo' adhibetur ad indicandum modum actionis, sc. non infestum, gravem, sed cautum, lenem, providum sim. (part. praes. vergit in usum adi.; cf. p. 339, 37. 45, part. coniunct. l. 41, aliter abl. gerund. l. 43 sq.): STAT. Theb. 3, 131 matres corpora caesorum curant, pars spicula dextra nequiquam -ente trahunt, pars molliter aptant braccia (SER. SAMM. 77 corpus d. -ente foveto). Ach. 1, 572 thyrsos -ente ferit Achilles Deidamiam. CYPR. laps. 14 (in imag.) medicus vulnera manu -ente contrectat (AVSON. 238, 4 p. 79 P.). CLAUD. 26, 122 (in imag.) medici sollertia . . . -endo . . . secat, ferro ne largius acto eqs. (sim. CONC.^s I 5 p. 354, 20 quos episcopos -endo excommunicationi subiecimus [gr. I 1, 5 p. 130, 34 πεπεσμένως, dat. eis addit RVSTIC. Conc.^s I 4 p. 47, 26]. ORIBAS. syn. 1, 9, 2 La p. 46, 19 Mø. validiores amplius evacuas, . . . infirmiores -endo evacuas [gr. φειδομένως, Aa parcus]). SIDON. Carm. 11, 41 -enti pistre flagellat Triton Galateam amatam.

β in precatationibus, adhortationibus, iussis (animo obversari videtur hic illic non tam homo non laedendus quam ipsa actio intermittenda vel non suscipienda, ut loci pertineant ad 1c; sed notiones certa ratione separari non possunt): ① variis: VERG. Aen. 6, 834 -e . . ., proice tela manu (SERV.: Caesari dicit, quem clementem circa Pompeianos legimus). 12, 693 -ite iam Rutuli, et vos tela inhibete, Latini. TIB. 1, 4, 83 (81 Marathus lento me torquet amore) -e, puer, quaeso (sc. non spernendo amantem ut: 1, 5, 7. 2, 6, 29. Ov. epist. 4, 167 per Venerem, -as, oro). PROP. 2, 29, 19 (log. unus e Cupidinibus) -ite iam, fratres: iam certos spondet amores poeta vincetus. Ov. am. 3, 11, 45 (41 fores . . . minus improba vellem) -e per o lecti socialia iura eqs. (sc. oro). met. 2, 361 sq. (verba Heliadum) -e, precor . . .; nostrum laceratur in arbore corpus. trist. 2, 179 (ad Augustum) -e, [Korteweg]

precor, fulmenque tuum . . . reconde (*in eadem re*: Pont. 2, 8, 23. *al.*). NVX 182 (*loquitur nux ad viatores*) -ite. SEN. contr. 2, 2, 9. 7, 2, 2 -e iam, quaeso, Popilli: nihil tibi nisi occidendum Ciceronem mandavit Antonius. PHAEDR. 2, 8, 8 ille cervus fugiens supplex: vos modo, boves, inquit, -ite. SEN. Herc. f. 1314 (*Hercules ad Amphitryonem*) iam -e, genitor, -e, iam revoca manum (*sc. a te*). *al.* *verba iudicis vel domini sollemnia ad tortorem* (*cf. p. 334, 18*): PASS. Saturn. Dat. (BHL 7492) 6, 9 -e' inquit iudex reclusumque in carcerem passioni . . . martyrem destinavit. 8, 7 proconsul . . . lingua nolenti -e' prosilivit; cessavere carnifices. *al. ibid.* AVG. in psalm. 122, 6 l. 17 servus adtendit ad manus domini sui, qui eum caedi iussit, quoadusque dicat: -e' (*sim.* CASSIOD. in psalm. 122, 2 l. 51). CHART. lat. ant. 518 III 21 (*saec. IV/V*). PASS. mart. gr. (BHL 3970) 14 p. 98^E iussit caedentibus -i (*i. imperavit verberantibus, ut -atur*). ⑩ *ad deos, elementa naturae sim. spectantibus*: HOR. carm. 2, 19, 7 sq. recenti mens trepidat metu . . ., euhoe, -e Liber, -e, gravi metuende thyrso. 4, 1, 2 Venus, . . . rursus bella moves? -e, precor, precor. TIB. 1, 3, 51. 1, 9, 5 -ite caelestes periurium non punientes. LYGD. 5, 21 -ite, pallentes undas quicumque tenetis . . . dei. OV. epist. 17(18), 45 (*Leander ad Boream*) -e, precor, facilemque move moderatius auram. fast. 4, 921 (*ad Robiginem*) -e, precor, scabrasque manus a messibus aufer. *al.* SEN. Med. 595 -ite, o divi, veniam precamur, vivat ut tutus Iason. SIL. 6, 588. 8, 659 -ite, crudeles superi: iam stragis acervis deficiunt campi. STAT. silv. 1, 2, 269 -at Lucina, precor. MART. epigr. 25b, 4 (*Leander ad undas*) -ite dum propero, mergite cum redeo. *al.* *in parenthesis ad excusanda verba impia*: CONC. S IV 2 p. 101, 13 examinata sunt, quae dubitationem . . . generare videbantur et, -at divina maiestas, qualia . . . aliqui blasphemizabant (*item fere rec. altera Athan. ed. Opitz III p. 53, gr. ibid. φεισάσθω*).

⑪ *vergii in vim custodiendi, consulendi sim. (cf. p. 338, 38, ceterum v. B2; cum acumine iteratur vox notionibus diversis l. 34 sq.)*: QVINT. decl. 246, 9 inventa est . . . una quae magis amaret, una quae -ret: noverca (*privignum in bellum proficisci prohibens*). HIER. epist. 55, 5, 5 crudelitate elementi non -it medicus, ut -at, saevit, ut misereatur (*sim.* MAX. TAUR. serm. 75 p. 684^D summam medendi artem non -it, ut -at). RVSTIC. Conc. S I 4 p. 76, 38 divina gratia homines -endo gubernat et misericorditer regit (*gr. I 1, 7 p. 76, 22 χάρω . . . κηδομένην tantum, I 5 p. 374, 6 cui omnium hominum cura est. cf. p. 337, 20*). ARATOR act. 2, 685 arca i. ecclesia servata . . . crescit per spatium -entis opem (*sc. L cubitorum [v. gen. 6, 15]; cf. 2, 675 sacer numerus, sc. L, delicta resolvit*). SACR. Greg. 202, 50 (202, 925 D.) familiam tuam . . ., domine, caelesti protectione circumda, ut te -ente sit libera, te custodiende a malis . . . sit segura.

⑫ *vi novata pro subi. est ipsa res, a qua abstinetur, quae non adhibetur, sc. non nisi forma '-ente re' fere i. q. cessante, non intercedente sim. (cf. p. 338, 57 et part. praes. verborum transitivorum intransitive adhibita apud Hofmann-Szantyr 290 δ; syn. cessare exstat apud eundem DRAC. p. 338, 14)*: DRAC. Romul. 2, 155 fracta leonis colla Cleonaei telo -ente necantur a Hercule. 10, 96 ut venias -ente mora.

⑬ *structurae variae, quibus indicatur: A cui temperetur, sc.: I rei non adhibendae, non faciendae vel parce utendae sim. (indicatur simul persona vel res, ad quam respicit parsimonia, dativo p. 330, 30. 34. 75, praepos. erga p. 332, 18, pro p. 331, 37 [ibid. alia versio exhibit gen. sec. gr.])*: a *struct. nominali*: α *dat.*:

NAEV. com. 69 PLAVT. Bacch. 996 (*et novies*). et passim. accedit ab c. *abl.*: ITALA sap. 1, 11 (*Aug. de mend. 16, 31 al. = VVLG.*) custodite . . . vos a murmuratione . . . et a detractone -ite linguae (*gr. ἀπὸ καταλαλιᾶς φεισάσθε γλώσσης. inde ISID. reg. monach. 3, 2 a d. -at monachus linguam*). β *acc.* (*cf. locos dub. vel con. p. 330, 13. 331, 71. 337, 58. 340, 81*): PLAVT. Curc. 381 eam pecuniam. Mil. 1220 vocem. Most. 104 sumptum (-u *var. l.*), operam. Pseud. 79 id (*sed v. p. 332, 2*). LVCR. 2, 1163 fetus. RVT. LVP. 2, 15 nihil (STAT. Theb. 7, 14 [*nisi pro mera negatione accipias*]). PAUL. FEST. p. 222 (*formula prisca*) linguam. ARNOB. nat. 7, 8 animos (*loco varie temptato*). MAX. TAUR. serm. 75 p. 684^D artem. ISID. reg. monach. 3, 2 (*v. supra*). PASCHAS. verba patr. 55, 5 vestimentum (*postea dat.*; Migne gr. 65, 304^A gen. bis; VITAE patr. 6, 4, 30 *dat.*). CIL XIII 10018, 134. 135. accedit *acc. relationis*: ROMVL. fab. 42, 2 rec. W ille . . . alapas non -et caput (*rec. gall. et vet. sibi alapis non -bat. Phaedr. 5, 3, 2 alapam sibi duxit*). γ *abl.* (*primitus fortasse relationis, qui postea etiam pro instrumentali vel separativo accipi potuit. formas decl. quartae in u exeuntes ad dat. traximus, e. g. VERG. Aen. 1, 257 -e metu [sed cf. SERV. auct. ad loc. ablativum pro dativo, item PRISC. gramm. II 363, 10]. cf. etiam dubia p. 331, 65. 71; vix addas p. 332, 84. 338, 53*): CATO agr. 1, 1 opera (*accedit inf., v. p. 330, 21*). ITALA prov. 26, 25 (*Hier. adv. Rufin. 3, 43*) voce (*addas p. 331, 61*). AVSON. 130, 4 p. 430 P. caede. HIER. epist. 55, 5, 5 crudelitate. SEDVL. carm. pasch. 5, 77 mucrone (*mucroni var. l.*). δ *praepos.*: v. p. 330, 84. 340, 38; *aliter, sc. struct. partitiva* PAUL. NOL. p. 330, 29.

⑭ *struct. verbali*: v. IA2 et p. 340, 55. 2 *animanti non laedendo, rei non violandae sim.*: α *sine additamento*: α *dat.*: PLAVT. Asin. 176 (*et septies*). ENN. ann. 199. 200 scaen. 134. et passim; *refl. p. 333, 32 nec non* PLAVT. Asin. 177 HOR. epist. 1, 7, 11 SEN. benef. 4, 14, 4. al. β *acc.* (*cf. IB3 et*

p. 330, 39. 334, 2. 340, 73; *iuxta dat. comm. l. II, cf. l. 18; vix recte a doctis quibusdam huc trahuntur* DRAC. Orest. 600, v. p. 338, 50. CASSIOD. hist. 7, 14, 1 Paulino . . . reveritus eius vitam -ercit. in psalm. 117, 18 filio [*ed. Migne; fili cod. unus; fidelis Adriaen*] non -itur): Cic. Verr. II 2, 76 (*per perseverationem; v. p. 334, 45*). CE 1020, 3 (*aet. imp. Tib.?*) -ito . . . tuos (*al. v. p. 336, 43 sqq.; ceterum in titulis*: CE 1466, 2 -e opus hoc [*cf. 1883, 2 -e tumulum*]). ITALA deut. 33, 3 (Lugd.) plebem (*gr. τοῦ λαοῦ, Aug. quaest. hept. 5, 56 populo*). Ion. 4, 11 (Wirc.) Ninevem civitatem (*v. l. 26*). II Macc. 5, 6 (*rec. X*) acies civium (*v. p. 332, 82*). 5, 12 (*recc. LX*) cursantibus (*v. p. 332, 77*). ANTH. 15, 128 lectum iugalem natis -e tuis. VVLG. thren. 2, 2 praecipitavit dominus nec -ercit omnia speciosa. VEREC. in cant. 3, 12 D. adolescentulos (*trad. ; dat. restit. viri docti*). GREG. M. dial. 2, 12, 2 culpam (*cf. moral. 9, 80 praeterita, quae deliquimus. 9, 83 peccatum. 10, 12*). loco obscuro: CE 2122, 2 (*saec. I?*) filium amissum, mater, . . . doleto; fatal(e) hoc vitium est par(e) te [*puero*] (*abl. compar. 'te potius quam puerum' intellexit Löfstedt, Rhein. Mus. 67, 1912, 219, dat. comm., sc. 'cui sollemnia facias', van Leijenhorst in plagulis coll. p. 336, 44*). γ *praepos.*: ITALA deut. 13, 8 (Lugd. *al.*) non -et oculus tuus super eum (*[gr. ἐπί, VVLG. ei]. 19, 13 [ibid.; gr. ἐπί, Vulg. misereberis]*). Ion. 4, 10 [*Wirc.*] s. cucurbitam [*gr. ὑπέρ, Lucif. Athan. 2, 33 cucurbitae, Vulg. doles*]. *al.* VVLG. Ezech. 7, 4. *al.* LIB. iubil. 47, 5 filia Pharaonis -ercit s. te [*sc. Moysen. cf. ITALA exod. 2, 6 Lugd. -ercit ei*]). Ezech. 16, 5 (*cod. 176*) nec -ercit oculus meus in te (*[gr. ἐπί, VVLG. super]*). Ion. 4, 11 [*Lucif. Athan. 2, 33*] in Nineve civitatem [*gr. ὑπέρ, VVLG. civitati*]. addas l. 60. 65 et fortasse VVLG. I reg. 15, 29 triumphator in Israel non -et. vol. VII 1, 749, 77 sq. vix recte adduntur LVCR. 6, 399 APVL. met. 1, 8, 2, v. supra p. 330, 43. 332, 59; *ceterum cf. p. 332, 70*). *aliter, sc. struct. partitiva*: ACT. Petr. 30 usque et de servis suis non -it fornicatrix (*aliter gr.*). ?δ *gen. (non nisi in var. l. sec. gr.)*: ITALA Ier. 17, 17 (*Hier. ad l. p. 214, 21*) -ens mei (*cod. L saec. VI/VII; sed var. l. mihi confirmatur loco gemino p. 215, 10; aliter Vulg.*). VVLG. Iob 20, 13 illius (*cod. L saec. VII al.; dat. exhibet etiam HIER. interpr.*). ?ε *abl.*: non nisi in var. ll. *infra l. 73 et p. 335, 47. 49. adde* AVG. catech. rud. 19, 6.

⑮ *indicatur insuper ipsum malum, cui temperatur vel consultitur: α praepositionibus*: ① *in c. abl. (exempla notabiliora exclusis iis, quae meram occasionem indicant, ut Cic. p. 335, 81)*:

SIL. 10, 329 Poenus . . . tum denique Martem dimisit tandemque suis in caede -ercit (*sc. ne caedentes laborarent; aliter, sc. ne caederentur*: VVLG. II Macc. 5, 6 [*v. p. 332, 81*]). VLP. dig. 29, 5, 1, 33 impuberi . . . utrum in supplicio tantum -imus an vero etiam in quaestione? et magis est, ut de impubere nec quaestio habeatur. PAUL. dig. 49, 16, 14, 1 tironi in hoc crimine. GREG. M. moral. 11, 48 qui sibi nunc in culpa -it, ei postmodum in poena non -itur. ② *ab c. abl. (cf. p. 339, 56)*: ITALA psalm. 18, 14 et 21, 21 v. p. 337, 14 sqq. 77, 50 (*Sangerm. al. = PSALT. Rom.*) non -ercit a morte animabus (*[gr. ἀπὸ θανάτου τῶν ψυχῶν, VVLG. a m. animarum, HIER. psalt. sec. Hebr. morti animae]. HIER. interpr. Iob 33, 18 animae eius a m., ne cadat in bello [gr. ἀπό, Vulg. eruens]*). ACT. Archel. 51, 4 a plagis Pharaoni (*Pharaonis var. l.*). AVG. civ. 21, 18 p. 523, 30 D. ab ea poena supplicibus. epist. 193, 12 ab hac condicione. 211, 14 v. p. 337, 22. GREG. M. past. 3, 25 p. 97^D ab increpationis gladio.

β *structura verbali (sc. enunt. secund. praeter l. 72; non huc pertinent quae rationem -endi indicant coniunctione quod LVCAN. 3, 96. 4, 596 al., vel merum effectum finemve coniunctione ut FRONTIN. strat. 2, 11, 6 LAVOL. dig. 42, 5, 28 al.)*: TERT. apol. 37, 2 nec mortuis -unt Christianis, qui in illos de requie sepulturae . . . avellant (*ITALA Iudith 2, 11 v. infra. SYMM. epist. 1, 88 numquam in me -am, q.*). resurr. 15 p. 45, 13 censura humana non -ens . . . illis ministris sceleris, quominus cum auctoribus puniantur (*ITALA Iudith 2, 11 v. infra. ORIG. in Matth. 13, 11 p. 211, 3 [gr. ἵνα μὴ]*). ITALA gen. 20, 6 (*Aug. quaest. hept. 5, 55*) -erci tibi, ne peccares (*[gr. τοῦ μὴ ἁμαρτεῖν, Ambr. Abr. 1, 7, 59 al. ut non]*). Ezech. 20, 17 [*cod. 176*] -ercit oculus meus in eos, ne delerem illos [*gr. ἐφείσατο . . . ἐπ' αὐτοὺς τοῦ ἐξάλειψαι, VVLG. super eos, ut non]*]. addas l. 50 et fortasse p. 332, 66). Iudith 2, 11 (*Reg. al.*) super contumaces . . . non -et oculus tuus, ut des illos in occisionem (*[gr. τοῦ δοῦναι, Sangerm. 15 usquequo des illos in mortem, Complut. qui(n), cod. 62 quominus]*). ENNOD. epist. 9, 12, 2 p. 237, 27. ut non: ITALA gen. 20, 6 [*v. supra*]. VVLG. IV reg. 5, 20. Ezech. 20, 17 [*v. supra*]). ad c. gerund.: ITALA (= VVLG.) IV Esdr. 16, 72 Weber insani neminem -entes ad diripiendum (*nemine man. pr. cod. A saec. IX*).

γ *abl. instrumenti, sc. rei vel actionis infestae, qua quis non utitur (sc. ut -ere adhibitum videatur pro non laedere, vim non inferre sim.; dub. an huc trahi possint PLAVT. p. 330, 39, Ov. p. 332, 15; cf. etiam p. 339, 76 sq.; ceterum ablativo indicatur res, qua quis consultit, e. g. Cic. Verr. II 2, 49 summa cura. 5, 48 litteris. SALL. Iug. 106, 3 fuga)*: ROMVL. fab. 42, 2 v. p. 339, 69. AVSPIC. ad Arbog. 22, 3 cupiditas in alumnos desaevit, nec saeva -it rabie (*Brandes, rabiem cod.*), quorum amore pascitur. DRAC. satisf. 157 inimicorum iugulis mucrone -ercit David (*e. g. I reg. 24, 4 sqq.*). cf. *abl. absol.*: PRVD. cath. 7, 85 incolis fulmen . . . pie repressis ignibus -ercit.

♂ acc. obi., sc. notione deflexa in structura 'alicui aliquid' v. sub IB 3 b.

B obi. *internum*: PLAVT. Men. 848 quicquam (*nisi aliter explicandum, v. p. 330, 39*). TER. Haut. 43 nihil (SEN. dial. 12[11], 4, 1. v. *etiam p. 338, 25*). 164 aliquantulum. PROP. 4, 6, 81 aliquid.

part. praes. parcens usurpatur plus minusve pro adi. p. 338, 16. 42. 59.

in lusu verborum cum Parca v. p. 326, 82; per homoeoprophoron in formula supplicantis -e, precor: TIB. 1, 8, 51 (voces disiunguntur 2, 6, 29). HOR. Carm. 4, 1, 2 -e p. p. Ov. epist. 7, 165. met. 2, 361. et saepe; vox iteratur notionibus diversis p. 333, 84. 335, 26. 337, 8. 339, 34 sqq. (cf. p. 330, 5sq.).

deriv.: parcus; cf. parsimonia (-ium).

compos.: comperco (*vel -ar-*), deperco, imperco, reparco (*vel -er-*); cf. comperco et imparcenter. Korteweg.

1. *parcus, -a, -um. [*a* parcere; fortasse sec. largus: largiri formatum; cf. Leumann, *Gramm.* 1928, 202. Sch.] *de origine:* GAV. BASS. frg. (6 F.) Gell. 3, 19, 2 -us composito vocabulo est dictus quasi 'par arcae' eqs. (*v. sub pararcus*). contra GELL. *ibid.* 4 sq. *inducit Favorinum a pecunia et arcere iocose fingentem formam primitivam pecuniarcus, deinde serio proferentem* (5) -us ... ab eo, quod est 'parum' et 'parvum', denominatus est. a verbo derivat PRISC. gramm. II 136, 17 probo probus, ... parco -us. *compar. -ior et superl. -issimus inde a PLAVTO. de notione (v. etiam p. 342, 25. 345, 3 sq.).* SYNON. Cic. p. 440, 26 -us. frugi. abstinens. parvo contentus. suo contentus. alieni contemptor. GLOSS. II 218, 12 ἀδάπανος: sine in-

pena, -us. 470, 27 φειδωλός: -us, tenax, abstinens. IV 266, 47 -us: 'cupidus', abstinens (I) v. vol. IV 1427, 31 sqq.). V 318, 40 qui se continet ubique. *al. legitur in versu inde a PLAVTO, CAECIL., TER., in prosa oratione inde a RHET. Her., Cic.; pluribus quam decem locis adhibent SIL. (15), MART. (12), PLIN. min. (13), Script. hist. Aug. (22), SYMM. (20) al.; ex auctoribus potioribus adi. neglegunt e. g. VARRO, LUCR., CAES., LIV., CÆLS., qui tamen omnes adv. parce utuntur.*

[*confunditur in codd. maxime cum paucus Ov. am. 3, 6, 9 CYP. epist. 2, 2 al. (restituatur APVL. Carm. frg. 1 PANEG. 2, 18, 1), parvus Ov. fast. 2, 538 MART. 10, 41, 6 al. (restituatur SER. SAMM. 1072 VEG. mulom. 1, 35, 2), partus MART. 9, 101, 19 Ivv. 10, 116. de CATULLO 39, 11 v. vol. VI 1, 281, 5 (-us defendit e. g. Schuster, Wien. Stud. 64, 1949, 91, sed v. Fordyce, 1961, ad l.), de PROP. 3, 5, 18 v. p. 326, 63.*

loco corrupto: GLOSS. IV 549, 5 -us: crimen 'talis' (scelus var. l.)]

I respicitur habitus animantium non effusus, fere i. q. temperans, continens, abstinens sim. (*item de rebus ad animantes pertinentibus; per similitudinem de rebus naturalibus vel manu factis sub A 1c*).

pro syn. accedunt avarus, tenax p. 342, 73 sq., ceterum e. g. continens PLAVT. Most. 31 PLIN. epist. 5, 19, 9, sobrius TER. Ad. 95 CYP. epist. 11, 6 AMM. 21, 16, 5. al., modestus CIC. de orat. 2, 287 VAL. MAX. 2, 1, 9 FRONTO p. 46, 17 v. d. H. EVTR. 9, 11, 2, frugalis CIC. de orat. 2, 287 CYP. epist. 2, 2 (cf. frugi Ivv. 14, 112 AVSON. 205, 9 p. 63 P.), abstemius APVL. Carm. frg. 1 AVSON. 205, 9 p. 63P. AMBR. in psalm. 118 serm. 20, 4, 2; distinguuntur vel opponuntur avarus p. 342, 52, sordidus p. 342, 63, ceterum prodigus RHET. Her. 4, 34, 46 CLAVD. Carm. min. 9, 29, avidus VAL. MAX. 6, 4 pr. CAPITOL. Gord. 21, 1 Maximin. 28, 2 SPART. Pesc. 6, 6, effusus SEN. dial. 3, 4, 3 CAPITOL. Opil. 13, 4 (cf. profusus APVL. apol. 25, 2), largus COLVM. 10 praef. 1 VOPISC. Car. 14, 2 CE 1347 A, 14 (saec. IV). EVGRAPH. Ter. Haut. 437. al. et multae aliae voces. in figura q. d. litotes p. 343, 9. 17. 57. al. usurpatur saepe praedicative, sc. -us est sim. inde a PLAVTO passim, ceterum p. 343, 9. 33. 48. 344, 26. al.

A usu communi pertinet ad res utendas, adhibendas vel alicui tribuendas: **1** in universum: a de animantibus, sc. hominibus vel deis, qui non large (vel nullo modo, ut l. 74.78): α adhibent quilibet: PLAVT. Rud. 919 (*verba piscatoris*) opera haud fui -us mea. SEN. dial. 10, 7, 5 custos eius (sc. temporis sibi tributi) -issimus. LVCAN. 9, 590 somni -issimus ... est Cato (IVST. 11, 13, 2 Ps. AVR. VICT. epit. 47, 5). PLIN. paneg. 83, 7 uxor tua quam modica cultu, quam -a comitatu. ARNOB. nat. 5, 10 p. 261, 16 M. (*ironice*) frugalitatis magnae viri et circa res etiam flagitiosi operis -iores nolentes Iovis semina sine effectu effusa putari. β beneficiis, donis sim. vel poenis afficiunt: CIC. Balb. 50 nimium -us in largienda civitate M. Crassus (*item in conferendis honoribus*: SVET. Aug. 38, 1 in bellica virtute honoranda. AMM. 21, 16, 1 erga tribuendas celsiores dignitates impendio -us. CLAVD. 28, 555). PANEG. 2, 18, 1 ut -ior (paucior trad.) tardiorve tempore quem, cui quid promiseris, modove decipias. AMBR. paenit. 1, 2, 9 delinquenti -us (sc. veniam non dans, si recte edidit Gryson 1971; var. l. delinquendi partem praetulit Faller). Ps. AMBR. apol. Dav. II 4, 20 deus non avarus munerum nec beneficii -us nec gratiae angustus (eadem fere Ps. GREG. Tvr. Thom. 76 Z.). PRVD. cath. 7, 165 sucum papillae -a nutrix derogat infantibus (SCHOL. avara. *item in alendo*: PAVL. NOL. Carm. 18, 228 agricola -ior ... natis quam pecori). CLAVD. 8, 114 Theodosius pietatis abundans, poenae -us erat (cf. IULIAN. in Am. 3, 12 -us ... vindicandi et miserandi dives deus). rapt. Pros. 3, 36 Natura -um ... Iovem se divite clamat, qui campos horrere situ velit.

b de animantium partibus, actionibus, qualitatibus sim.:

HOR. Carm. 3, 16, 44 deus obtulit -a quod satis est manu (VAL. MAX. 6, 4 pr. nec -a nimis nec rursus avida manu ... hauriamus exempla). VAL. MAX. 7, 1 pr. patet Fortunam ... adversas res cupido animo infligere, secundas -o tribuere. STAT. Theb. 7, 200 (*verba Iovis*) cui ... sanguinis usus -ior humani quam mihi? (ARATOR act. 2, 351 partium virilium). AMBR. exc. Sat. 1, 57 iustitia est sibi -ior ... et quidquid habet ... transfundit in proximos. PRVD. ham. 331 mediocriter uti muneribus dei -umque modum servare fruendi (cf. c. Symm. 2, 135 munera -is ... fruenda moribus). CLAVD. Carm. min. 9, 29 in hystrice est -us ... [sui] tumor iraque numquam prodiga telorum (I) i. rei suae, sc. spinarum, cf. p. 344, 53; 'furor parcens sibi' Burman vix recte).

c de rebus naturalibus vel manu factis (fere hominum modo -is): PROP. 4, 3, 60 -a lucerna (sc. male lucens, v. Camps, 1965, ad l.). PLIN. nat. 14, 29 helvola vitis alternis annis fertilis est, sed melior vino, cum -ior. 16, 44 taeda est abundantior suco quam reliqua genera, -ior liquidiorque quam picea (loco obscuriore tam de arbore quam de eius pice loqui videtur auctor, cf. André, 1962, ad l.). STAT. silv. 4, 5, 13 nos -a tellus solatur (nisi coll. I parvi beatus ruris honoribus ad IB 2 trahas. sed cf. LEO M. serm. 12, 3 l. 73 si ... -ior fuit in susceptis terra seminibus et castigatiore proventu vites ... fluxerunt). AVIEN. Arat. 512 -ior hic Aries rutillae semper facis, indigus ignis spectatur iusti (gr. 228 ωδὴς καὶ ἀνάστερος).

2 in re familiari administranda, pecunia utenda sim.:

a de animantibus (fere hominibus; de Minerva l. 46, de apibus l. 39):

α in bonam vel neutram partem, ut vergat in vim q. e. frugi (de ambiguitate vocis agit SEN. benef. 2, 34, 4): ① vario usu: PLAVT. Most. 31 nemo adaeque ... antehac est habitus -us nec magis continens. 237 (antea: parsimoniam adhibet). TER. Ad. 95 fratrem ruri esse -um et sobrium (DON. ad loc. 1 non prodigum. GLOSS. frugi). RHET. Her. 4, 34, 46 ut si quis hominem prodigum et luxuriosum inludens -um et diligentem appellet. CIC. de orat. 2, 287 cum optimus colonus, cum -issimus, modestissimus, frugalissimus esset eques quidam. Brut. 148 Crassus erat elegantium -issimus, Scaevola -orum elegantissimus (item masc. pro subst.: HOR. sat. 1, 3, 16 huic -o, paucis contento. PHYSIOGN. 34. 75). orat. 83 sic ut in epularum apparatu a magnificentia recedens quidam non se -um solum sed etiam elegantem videri volet. SALL. Catil. 9, 2 in supplicii deorum magnifici, domi -i erant prisca Romani (cf. LVCAN. 3, 161 -orum mores ... avorum. MART. 14, 43, 2 patres). VERG. georg. 1, 4 apibus ... -is

([SERV. servatricibus, frugi, quae mella custodiunt]. MART. 14, 222, 2 Ps. QVINT. decl. 13, 3). HOR. Carm. 2, 8, 22 meretricem metuunt ... senes -i (ad β trahunt alii). Ov. am. 1, 3, 10 temperat ... sumptus -us uterque parens. met. 7, 656 Myrmidones, -um genus ... quaesitique tenax et quod quaesita reservet. fast. 4, 692 cum duro -a colona viro (NVX 72). STAT. silv. 4, 6, 51 -i domus ... Molochi. 5, 1, 123 coniunx agricolae -i. Ivv. 10, 116 uno -am colit asse Minervam discipulus (partam var. l.; v. Courtney, 1980, ad l.). PLIN. epist. 5, 19, 9 Zosimus est tam -us et continens, ut eqs. APVL. Carm. frg. 1 fuisti ... Athenis -us (paucius trad.) atque abstemius. PORPH. HOR. sat. 2, 2, 55 nimium (VOPISC. Car. 14, 2 n. avarus, n. -us es. al.; cf. CAPITOL. Pius 7, 11 principis ... nimis -i). al. ② distinguitur qui parsimoniam in vitium vertit (cf. p. 343, 21): avarus (non huc l. 50): NIGID. frg. (25 F.) Serv. auct. georg. 1, 47 qui -ior est, suo contentus est, quod a. non facit (praemonet SERV. auct.: plus est [sc. 'avari agricolae'], quam si dixisset '-i'). HOR. epist. 2, 2, 194 quantum discordet -us avaro; distat enim eqs. (cf. PORPH. ad 192/3 quamvis par[um] considerantibus simile(s) esse videat[ur]). RVT. LVP. 1, 4 nolito te saepius -um appellare, cum sis a.; nam qui -us est, utitur eo quod satis est, tu contra eqs. (cf. QVINT. inst. 3, 7, 25 [sec. Cels.] ut pro ... avaro -um vocemus. Ivv. 14, 111 tamquam frugi laudetur a., tamquam -us homo). TAC. hist. 1, 49, 3 pecuniae alienae non adpetens Galba, suae -us, publicae a. HIER. epist. 22, 33, 1 quidam ... -ior magis quam avarior. sordidus: QVINT. inst. 5, 13, 26 pro sordido -um ... dicere. PORPH. HOR. sat. 1, 1, 101/2 Naevius ... fuit in tantum -us, ut s. merito haberetur. LACT. inst. 6, 14, 3 liberalem a prodigo separare ... , aut -um a sordido. cf. AVSON. 319, 7 p. 22 P. -us sine sordibus.

β in malam partem i. q. avarus (saepe syn. avarus vel tenax; nimis -us sim. v. supra; vitium -i describitur HIER. in Is. 57, 10 l. 27): PLAVT. Aul. 206 neque illo quisquam est alter hodie ex paupertate -ior. 314 (v. p. 348, 32). 315 esse -um et misere vivere. 335 senem -issimum (Stich. 555. TAC. hist. 1, 18, 3 de Galba. PORPH. HOR. Carm. 2, 11, 6-8 -i ac tenaces. cf. supra l. 42). CAECIL. com. 204 (200 parentem ... avarum) a -o patre (CIC. Cael. 36 p. -o ac tenaci). TER. Ad. 866 (loquitur Demea) ego ille agrestis, saevus, tristis, -us, truculentus, tenax (cf. Menand. frg. 11 Körte φειδωλός. potius pro subst., ut certe: POMPON. Atell. tit. -i [trad. NON. p. 476, 11 Pomponius partis, corr. Bothius]). NOVIVS Atell. tit. -us. HOR. epist. 1, 5, 13 -us ob heredis curam nimiumque severus adsidet insano. QVINT. decl. 260, 12 avari -ique. APVL. apol. 25, 2. CYP. elem. 9 p. 380, 17 -os et steriles). HOR. sat. 2, 5, 79 magnum donandi -a iuventus. SEN. benef. 2, 34, 4 -issimum hominem. SVET. Tib. 46 pecuniae -us ac tenax. Galba 14, 2 Galba erat modo acerbior -iorque, modo remissior ac neglegentior quam conveniret principi electo (huc trahitur vulgo coll. l. 72, sed v.

Venini, 1977, ad l.). GELL. 10, 17, 3 persona . . . divitis avari et -i (in mimo Laberii). APVL. met. 7, 16, 5 Diomedes sic -us hordei fuit, ut . . . iumentorum famem corporum humanorum largitione sedaret. *al.*

b de rebus: α variis (sc. quae minore sumptu curantur, parantur, vel quae hominum modo -ae sunt [OV., SIL.]): PROP. 4, 10, 18 a -o (a porco, aprico trad.) . . . Lare Romuli. OV. epist. 15(16), 191 -a . . . est Sparte, tu, Helena, cultu divite digna. SIL. 11, 539 pateant non -a aeraria militibus conducendis. MART. 10, 41, 6 nimium munera -a (parva var. l.; item de ludis: LAMPR. Alex. 43, 4). PLIN. paneg. 55, 5 moderatio est eligere -issimos honores; quo temperamento . . . acrarario consulis. β de qualitatibus, actionibus, statibus, partibus animalium: VITR. 1, 2, 8 distributio (i. οὐκονομία) . . . est . . . -a . . . in operibus sumptus ratione temperatio. COLVM. 10 praef. 1 cum -ior apud priscos esset frugalitas (Ps. QVINT. decl. 9, 5). STAT. Theb. 12, 487 -a superstitione parva tantum dona afferens. MART. 12, 62, 11 cernis . . . , quantus luxurietur honos Saturnalibus, quam non -a manus eqs. (PALLAD. hist. mon. I 36 p. 322^A [opp. cum largitate, gr. p. 138, 21 B. φειδωλῶς]). Ps. QVINT. decl. 14, 2 -a mediocritate. SYMM. epist. 6, 26, 1 -a . . . expansio alimentorum. rel. 13, 2 munitentia. PRVD. psych. 558 Avaritia mutat habitum, non ut avara lues, sed virtus -a putetur. *al.*

3 in dicendo, scribendo (respiciuntur verba sive breviter sive raro prolata, sed subluceat hic illic color moderate loquendi, maxime apud PLIN. nat. et STAT. sub a, SIL. sub b): **a de animantibus:** CIC. orat. 81 ille tenuis orator . . . nec in faciendis verbis erit audax et in transferendis verecundus et -us. PLIN. nat. 6, 72 Indus per tot milia passuum, -issimis auctoribus, navigatur (sc. qui minimum indicant numerum. cf. AVSON. 419, 26 p. 360, 174 P. ego in numero indicando consulatum, quos a te geri velim, -ior, quia tu in munere liberalior: . . . te saepius hoc honore defraudas, ut et aliis largiaris). STAT. Theb. 2, 176 Adraste, quam te -um in praeconia famae mens agitat matura tuae. 2, 422 (Eteocles ad Tydea) -ior eloquio et medii reverentior aequi inciperes orationem. PLIN. epist. 5, 8, 13 in historia recentium temporum, si laudaveris, -us, si culpaveris, nimius fuisse dicaris, quamvis illud plenissime, hoc restrictissime feceris. 9, 2, 1 in quibus epistulis -ior fui (sim. SYMM. epist. 4, 29, 1). 10, 26, 2 in laudando. paneg. 3, 3 in laudibus suis -um (opp. nimium). Ps. AVR. VICT. epit. 45, 5 Valentinianus sermone cultissimus, quamquam esset ad loquendum -us. SYMM. epist. 1, 26 -us est litterarum (i. epistularum). AMBR. in psalm. 118 serm. 4, 18, 2 qui sit -us alloqui nec sermonis intemperans (opp. in multiloquio). *al.* **b de sermone, animo, affectibus (quaedam etiam ad II trahi posse vix mireris):** VAL. MAX. 2, 1, 9 quam -o et quam modesto sermone . . . soliti sint uti (SYMM. epist. 1, 103 [opp. prolixior]. *al.* MACR. somn. 2, 5, 4 Tullianus sermo . . . verborum -us, rerum fecundus). SEN. dial. 3, 4, 3 sunt irae quaedam saevae manu, verbis -iores, quaedam in maledicta . . . effusae. SIL. 17, 208 navita -o . . . voto non auras poscit amicas contentus caruisse Noto. SYMM. epist. 1, 23, 1 Atticis salibus aspersa . . . , sed -ior pagina tua (antea: brevis). 2, 40 -iorem . . . testimonii cautionem. 4, 12, 3 mea gratia quae -a sermonis est (ibid. verborum modicus sum). ENNOD. epist. 3, 2, 4 p. 73, 4 feriato ore in planctibus -us est animus. 4, 26, 3 p. 117, 9 conloquia (epist. 5, 5, 1 p. 128, 2). 6, 31, 2 p. 167, 6 -a in maximis elocutione contentus. *al.*

4 in edendo, bibendo (separare nolimus locos quosdam potius animum moderatum, non avidum respicientes, qui vergant ad B1 vel 3):

a de hominibus: HOR. sat. 2, 2, 62 veteris non -us aceti avarus quidam. 2, 3, 114 si quis . . . potius foliis -us vescatur amaris quam frumento. PLIN. epist. 1, 22, 4 quam -us in victu, quam modicus in cultu T. Aristo. SVET. Iul. 53 vini -issimum fuisse (Aug. 77. CAPITOL. Maximin. 28, 2 [opp. cibi avidus]. TREB. Claud. 13, 5 [opp. ad cibum promptus]. *al.*). CAPITOL. Opil. 13, 4 si prandisset . . . , -issimus, in cena effusissimus. Gord. 6, 6 vini -us, cibi -issimus (19, 2. SPART. Pesc. 6, 6 [opp. vini avidus]. *al.*). 21, 1 pomorum . . . avidissimus fuit, in reliquo genere ciborum -issimus. ITALIA Sirach 31, 24 (Ps. Aug. spec. 52 = VVLG.) somnus sanitatis in homine -o (opp. viro infrunito. gr. 34, 20 ἐπὶ ἐντέρω μετρίω). HIL. in psalm. 14, 7 p. 89, 10 ut pecuniam spernat, ut ieiuniis -us sit. SYMM. epist. 8, 23, 2 deliciarum -us. PRVD. cath. 7, 66 (de Iohanne baptista). POMER. 2, 23, 1 qui -iores videri volunt et gloriam sibi velut de abstinentia districtiore conquirunt. *al.* **b de hominum vita sim. nec non de ipsis epulis:**

CVRT. 6, 2, 3 -o ac parabili victu ad implenda naturae desideria defungi (8, 4, 28 SIL. 15, 810. TAC. ann. 15, 63, 3 senile corpus Senecae et -o v. tenuatum. CYPR. epist. 11, 6 RVFIN. hist. mon. 29 p. 455^B. *al.*). SIL. 6, 95 -a vires accersere mensa (TAC. ann. 13, 16, 1. AMM. 16, 5, 1 [opp. ambitiosam]). MART. 13, 116, 2 sitis. PLIN. epist. 3, 12, 1 cena (SPART. Sept. Sev. 4, 6). CYPR. epist. 2, 2 sumptibus -ioribus quidem sed salutaribus (antea: frugalioribus et innocentibus cibis). PANEG. 2, 14, 4 imperatoris epulae mensis communibus -iores locorum . . . fructibus instruuntur. LAMPR. Alex. 37, 2 convivium neque opiparum neque nimis -um (SYMM. epist. 6, 81). VOPISC. Tac. 11, 1 fuit vitae -issimae (AMM. 19, 9, 9 Persarum. 21, 16, 5. 22, 16, 18. PALLAD. hist. mon. I 9 p. 281^C arida -aque). PRVD. cath. 7, 15 -am . . . disciplinam ieiunii (cf. ALC. AVT. epist. 83 p. 94, 24 -ioribus . . . ieiuniis).

B in variis condicionibus se continendi vel abstinendi: **1 moderate, sine studio, non vehementer agendo (hucine l. 19? ceterum v. quae ad A3 et 4 monuimus):** de animantibus: HOR. carm. 1, 34, 1 [-us deorum cultor] et infrequens (L SCHOL.: minus colens. sed illiberalem, sc. parva tantum munera afferentem, intellegunt alii coll. p. 343, 16). PLIN. epist. 9, 19, 6 in quo (sc. quod vetuit monumentum sibi fieri) tibi -ior videtur et pressior Frontinus quam Verginius. paneg. 21, 2 tu . . . , beneficiorum tuorum -issimus aestimator. 51, 1 tam -us in aedificando es, quam diligens in tuendo (in cum gerund. ut: SVET. Claud. 12, 1 in semet augendo -us atque civilis praenomine imperatoris abstinet). GELL. 3, 1, 12 in sese colendo. ENNOD. opusc. 1, 15 p. 265, 19 in exigendis praemiis). de affectibus (nisi ad 2 trahas): OV. ars 1, 281 -ior in nobis nec tam furiosa libido est quam in animalibus. Pont. 1, 2, 98 paene . . . merito -ior ira imperatoris meo est. **2 non laedendo, incommodis non afficiendo (hucine l. 12? vix etiam p. 342, 10):** de animantibus: SIL. 3, 577 populus Romanus haud umquam -us pro laude cruoris et . . . famae sitiens (CLAUD. 22, 29 Iuppiter nostri . . . c. -us. cf. TAC. hist. 3, 75, 1 moderatum et civium sanguinis -um). 12, 424 Aceris deletis nihilo levior nec -ior ira Nucerriam diruit Hannibal (nisi ad 1; cf. vol. VII 2, 1209, 34 sqq.). FRONTO p. 46, 17 v. d. H. (antea: ne tibi litterae meae crebriores oneri essent) me laborum tuorum -iorem . . . esse oportet. AMM. 30, 9, 1 in provinciales admodum -us erat tributorum . . . molliens sarcinas. Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 7, 28 p. 848 quis tam . . . -us anima, ut eum non paeniteat hucusque vixisse? (gr. 7, 378 φιλόψυχος. cf. vitae parcere p. 334, 74). de armis vel dextera armata: STAT. Theb. 7, 689 -ior ad cives Polynicis inhorruit ensis. PRVD. perist. 10, 1064 -a ad secundum dextra. COMM. instr. 1, 17, 8 sacerdotes Bellonae insaniam fingentes dorsa sua allidunt -a bipenne. **3 quidlibet non faciendo vel non sectando sim. (cf. quae ad A4 monuimus):** cum inf.: SIL. 1, 680 Fabius -us . . . lacessere Martem. 8, 462 haud -i Martem coluisse Tudertes. MART. 9, 101, 19 Domitianus recusatos -us duxisse triumphos. cum gen. rei qua quis abstinet, cuius cupidus non est: SIL. 10, 32 ruebat acies non -a fugae. TRAIAN. Plin. epist. 10, 9 statuam poni mihi . . . , quamquam eius modi honorum -issimus, tamen patior. IVST. 6, 8, 6 pecuniae adeo -us fuit, ut sumptus funeri defuerit (aliter p. 342, 61. 82). ? cum abl.: GLOSS. II 575, 57 culpa -us (carens Loewe dubitanter): inculpabilis.

C appende structurarum (ad A et B); indicatur: **1 qua (in) re quis -us sit:** **a structura nominali:** α abl. (sc. instr. vel limitationis): PLAVT. Rud. 919 opera haud fui -us mea. SEN. dial. 3, 4, 3 irae verbis -iores. SIL. 12, 424 -ior ira Hannibal (irae Gronovius). STAT. Theb. 2, 422 eloquio. PLIN. paneg. 83, 7 comitatu. CE 492, 17 (saec. III) manu. SPART. Pesc. 1, 4 vita (AVG. civ. 4, 3 p. 149, 26 D.). *al.* β gen. (rei adhibendae, admittendae sim. vel etiam appetendae, temptandae): HOR. sat. 2, 2, 62 avarus quidam veteris non -us aceti. LVCAN. 9, 590 somni (IVST. 11, 13, 2 Ps. AVR. VICT. epit. 47, 5). SIL. 3, 577 cruoris (CLAUD. 22, 29. cf. TAC. hist. 3, 75, 1 sanguinis). 10, 32 fugae. TAC. hist. 1, 49, 3 pecuniae (sc. utendae ut SVET. Tib. 46. appetendae: IVST. 6, 8, 6). TRAIAN. Plin. epist. 10, 9 honorum. SVET. Iul. 53 vini (al. v. p. 343, 60). FRONTO p. 46, 17 v. d. H. laborum tuorum. APVL. met. 7, 16, 5 hordei. CAPITOL. Aur. 5, 8 rei suae (cf. sui: CLAUD. carm. min. 9, 29 SIDON. epist. 3, 5, 2). *al.* γ praepos. (hic illic pendent non tam ab ipso adi. quam a toto praedicato ut l. 62): in cum abl. (vix iam VITR. 1, 2, 8 p. 343, 13): PLIN. epist. 1, 22, 4 in victu. 9, 2, 1 in quibus epistulis. 9, 19, 6 in quo. paneg. 3, 3 in laudibus suis. CAPITOL. Aur. 23, 2 in largitionibus pecuniae publicae. Gord. 21, 1 in reliquo genere ciborum (cf. GREG. TVR. vit. patr. 14, 1 in cibis). *al.* in cum acc.: IVST. 41, 3, 10 Parthi sunt in libidinem proiecti, in cibum -i. circa: ARNOB. nat. 5, 10 p. 261, 16 M. viri c. res etiam flagitiosi operis -iores. erga: SYMM. epist. 2, 2 mihi e. Lucilli praedicationem sermo -ior, fides maior est.

b structura verbali: α gerund.: **① cum praepos.:** in cum abl.: CIC. Balb. 50 in largienda civitate. orat. 81 in transferendis verbis. PLIN. epist. 10, 26, 2 in laudando. *al.*, v. etiam supra l. 8. ad: Ps. AVR. VICT. epit. 45, 5 ad loquendum. PRVD. perist. 10, 1064 ad secundum. erga: AMM. 21, 16, 1 e. tribuendas celsiores dignitates. **② gen.:** HOR. sat. 2, 5, 79 magnum donandi -a iuventus. AMBR. Abr. 1, 5, 38 loquendi (ENNOD. epist. 1, 2, 4 p. 4, 10 opusc. 3, 58 p. 345, 18). IVLIAN. in Am. 3, 12 vindicandi. SVLP. Sev. chron. 2, 46, 4 utendi. SIDON. carm. 5, 148 habendi.

β inf.: v. l. 30.

II *praevalente notione efficiendi, inveniendi (v. quae prae- monuimus sub I; quaedam difficiliter distinguuntur a p. 408, 48, ubi vide; syn. consequi p. 403, 1, excogitare l. 82, fingere p. 403, 19, gignere l. 76, procreare p. 403, 11, producere p. 403, 22, proferre l. 76, quae- rere l. 78. al.):* A -untur incorporea: I proferendo *sim. (sc. ingenio, arte, industria):* a argumenta, orationes, verba *sim. excogitando:* RHET. Her. 4, 4, 7 cum -ere et ipsi gignere et proferre debent oratores (*opp. aliorum boni selectores*). LVCR. 5, 5 talia nobis pectore -ta suo quaesita(que) praemia liquit Epicurus. CIC. de orat. 2, 120 quae tota ab oratore -untur (*sc. argumenta ut: part. 48 quod ea a. non -it oratoris ars, sed foris ad se delata tamen arte tractat*). 3, 58 alii . . . ut dialectici, novum sibi studium ludumque -erunt (*antea: excogitant*). orat. 114 dialectici . . . spinosiora multa -erunt. rep. 1, 2 nihil . . . dicitur a philosophis . . . quod (non) ab iis -tum confirmatumque sit, a quibus civitatibus iura discripta sunt. parad. 17 [Kruse]

siquidem nihil -peri tale, nihil consecutus sum, ut *eqs. fin. 3, 3* nobis quibus etiam verba -enda sunt imponendaque nova rebus novis nomina. nat. deor. 2, 74 qui ista -perit (off. 2, 8 i. praeclara). PLIN. epist. 2, 3, 10 orationem melius . . . pronuntiasse ipsum, qui -erat. GELL. 7, 13, 11 quoddam novum. APVL. Socr. prol. 1 p. 105 haec . . . quae inpraesentiarum et quasi vobiscum -enda sunt (*opp. scripta*).

Varia: LVCR. 5, 334 (*de inventione organi hydraulici?*) organici melicos -perere sonores. Cic. de orat. 1, 202 id ipsum, quod erat hominis proprium, non -tum per nos, sed divinitus ad nos delatum. 2, 356 (*agitur de memoria*) ars . . . dicendi . . . habet hanc vim, non ut totum aliquid, cuius (in) ingeniis nostris pars nulla sit, -at et procreet, verum ut ea, quae sunt orta iam in nobis et procreata, educet atque confirmet. orat. 183 esse . . . in oratione numerum quendam non est difficile cognoscere . . . : ita notatio naturae et animadversio -perit artem. rep. 6, 10 ut cogitationes sermonesque nostri -ant aliquid in somno tale, quale de Homero scribit Ennius. parad. 2 quae *philosophia* -perit dicendi copiam. Tusc. 4, 4 ne ea, quae -isse (reperisse *Davisius*) ipsi putamur, aliunde didicisse videamur (*sim. fam. 4, 13, 7 ingenio studioque*). PLIN. nat. 35, 9 quae non sunt, finguntur -untque desideria non traditos vultus, sicut in Homero evenit. IVV. 15, 145 exercendis -endisque artibus (*sim. ARNOB. nat. 2, 19 p. 88, 1 M. grammaticam, musicam, oratoriam . . . et geometricas formulas*). TERT. adv. Marc. 1, 8 novitas, quae . . . ethnicis deos -perit (*postea: produxerit. cf. IVST. 4, 1, 13 fabulae Scyllam et Charybdin -perere*). AVG. civ. 17, 4 p. 205, 31 D. *iustitiam* velut a se sibi -tam, non ab illo, *deo*, inpartitam. *al.*

2 condendo, instituendo: CIO. rep. 2, 17 Romulus cum . . . haec egregia duo firmamenta rei publicae -isset, auspicia et senatum. leg. 2, 36 quom multa eximia divinaque videantur Athenae . . . -isse . . . , tum nihil melius illis mysteriis. Tusc. 5, 5 tu, *philosophia*, urbis -isti (*cf. AVG. in psalm. 132, 2 [quam . . . iucundum habitare fratres in unum]*) ista suavis melodia . . . etiam monasteria -perit). CYPR. Fort. 11 p. 338, 16 *ecclesia Hierosolymitana* mater, origo et radix, quae ecclesias septem postmodum -perit (*nisi potius ad p. 408, 48*). AVSON. 419, 72 p. 372, 483 P. -to et condito optimo rei publicae statu.

3 vario modo: Cic. de orat. 2, 146 ea, *res et sententiae*, vi sua verba -ent, quae . . . satis ornata mihi . . . videri solent, si eius modi sunt, ut ea res ipsa -isse videatur (*cf. 3, 125 rerum . . . copia verborum copiam gignit*). nat. deor. 1, 19 formae . . . apte cadentes ad animum afficiendum (*eff. trad.*) -endosque sensus. MANIL. 4, 129 velleria *arietis* diversos ex se -entia quaestus: nunc glomerare rudis, nunc rursus solvere lanas *eqs.* VITR. 3, 1, 1 *symmetria* -itur a proportione (*var. l. paratur*). 10, 3, 1 *motus diversi machinae* -unt eos perfectus. PLIN. nat. 7, 87 patientia corporis . . . innumera documenta -perit, clarissimum in feminis Leaenae meretricis. SIL. 16, 229 -bat . . . Aurora diem (APVL. met. 9, 28, 2 rota solis. REGVLA mag. 33, 4 nox. *addas: VVLG. Soph. 2, 2 priusquam -at iussio quasi pulverem transeuntem d.*). APVL. mund. 16 *praestigiae quaedam* speciem . . . spectaculi -unt. 20 *litterae* mutuis se auxiliis adiuvantes syllabas -unt et de syllabis voces. TERT. test. anim. 5 p. 141, 17 in ipsis quodammodo labiis -ta (*sc. ea, de quibus loquimur; parat ed. Mesnartii*). *al.*

B -untur corporea: CATVLL. 66, 45 Medi -perere novum mare, *sc. perfodientes Athon*. GELL. 5, 12, 11 quae *sagittae* sunt . . . -tae ad nocendum. AVG. civ. 2, 2 p. 55, 16 D. Romam . . . -tam veterum auctamque laboribus. MARCELL. med. carm. 12 quae sunt -ta salutis (*i. medicamina*). ALC. AVIT. carm. 4, 247 *in arca* mansor conponat -tis dispersa cubilia cellis. 4, 342 *Noe* evasit -to diffusa pericula claustris. ENNOD. carm. 2, 20, 2 conditor Armenius . . . hic -perit fontem vivificantis aquae (*i. exstruxit baptisterium*).

CAPVT ALTERVM: spectat ad ortum viventium vel quasi viventium, fere i. q. generare, gignere (*at -ere aliter ac gignere semel tantum de masculis, v. sub IA 2 [cf. etiam p. 404, 30]. adiecimus imagines sim., v. sub II; ceterum varia ratione dicitur de feminis, quae infantes aliarum usurpant*, PLAVT. Cist. 140 TRUC. 807 SEN. Med. 922 *nec non p. 404, 58. pass. perraro legitur, sc. perf.* VARRO frg. Gell. 16, 17, 2 ling. 5, 69 LVCR. 5, 865 COLVM. 3, 10, 16 PLIN. nat. 7, 45. *al., praes. PLIN. nat. 10, 145. 11, 91. 16, 220 ITALA Luc. 20, 34 [cod. d.] al.*): **I proprie:** A in generis propagatione (*herbarum sim. v. sub B 3, prodigia sim. p. 405, 25. 407, 12*): **I -unt feminae** (*venter p. 405, 60. 62; viri, sc. per adynaton sim. p. 405, 13*): **a homines, deae sim.: α usu communi:** **① cum obi:** **Ⓐ accedit dat.** *personae (maxime patris; aliorum l. 78. 81. 83. 84. p. 404, 2.6. al.; adde p. 404, 18):* PLAVT. Amph. 718 speravi . . . istam tibi -ituram filium (ITALA gen. 4, 1 [Ps. Hier. epist. 6, 6 p. 85^A. *al.*] ei *Adam* [*gr. ἄδων, VVLG. sine dat.*]). CYPR. Fort. 11 p. 341, 1 deo potius . . . , non saeculo. et saepe. *cf. CAECIL. com. 26 puerum [v. p. 401, 55]. VARRO Men. 19 Iovi puellum*). ENN. scaen. 61 progeniem Priamo (*reperisti fere trad.*). OV. met. 13, 516 (*log. Hecuba*) inferias hosti -peri (*i. Polyxenam immolatam*). 14, 334 nymphen, quam . . . dicitur . . . -isse Venilia Iano. Ib. 214. SEN. contr. 1, 7, 8 *uxor* -perit mihi tria . . . prodigia (*i. filios scelestos*). 7, 6, 10 servis tuis -itura fratres (CLAUD. 18, 290). PHAEDR. 3 prol. 19 Mnemosyne Iovi fecunda novies artium -perit chorum. SEN. Ag. 163 (*loquitur Clytaemnestra*) lustrale classi Doricae -peri caput. Herc. O. 1496 (*ad Hyllum*) tibi illa -at, quidquid ex nobis habet

(*cf. STAT. Ach. 1, 954 -at ne quid tibi barbara coniunx*). 1776 Herculem . . . Iovi. Phoen. 136 uno avia partu liberos -perit viro sibi et nepotes (*de Iocasta, cf. STAT. Theb. 10, 797 nec nato -peri . . . n., sc. sicut Iocasta; aliter: Ach. 1, 656 caelo Deidamia*). MART. 6, 64, 3 Curio *coniunx*. PLIN. paneg. 22, 3 cum cernerent *feminae*, cui principi cives, cui imperatori milites -issent. *al.* **Ⓑ accedunt determinationes variae:** PLAVT. Amph. 720 ut salva -am filium (*cf. 879 uno fetu . . . sine doloribus [Cist. 140 s. d. TRUC. 807 labore alieno puerum suppositum -perit s. d.] AMBR. inst. virg. 4, 29 cum salute . . . cum dolore*). 1138 uno partu duos -perit simul (SEN. Phoen. 136, v. l. 2 et *cf. l. 8. aliter: ENN. frg. var. 77 tertio p. TRAG. inc. 82 p. postremo*). Cist. 163 decumo post mense exacto. 181 eius . . . ex iniuria (*cf. Epid. 542 meo compressu. MANIL. carm. frg. 3 complexu Iovis. AVG. civ. 3, 5 p. 101, 20 D. ex concubitu Anchisae. ex patre: CATVLL. 111, 4 ex patruo. OV. met. 5, 541 ex Acheronte. PAVL. FEST. p. 220. al.; sed mater ex se: SVLP. RVF. Cic. fam. 4, 5, 3 ut ea liberos ex sese -ret*). ENN. frg. var. 76 Neptunum clam (*praepos.*) Saturno Ops -it. CE 59, 6 (*saec. I a. Chr.*) (*recte*) . . . patrono. VARRO ling. 5, 69 -tus . . . in lucem. PLIN. nat. 7, 45 Agrippas ut aegre -tos (*sic legas cum SOL. 1, 65; aegri et partus var. ll.*). **Ⓒ cetera exempla (selecta):** PLAVT. Amph. 480 *Alcumena* -et filios geminos (1070 *infra*. 1088 TRUC. 522 TER. Haut. 1022. *al.; cf. PLAVT. Truc. 640 filiolum*). 1070 geminos filios pueros (Cas. 256 Men. 21 TRUC. 389. *al. VARRO rust. 2, 10, 9. al. Cic. Att. 10, 18, 1 p. ἐπιταρνιαίων*). Cist. 140 puellam (TER. Haut. 627 OV. medic. 17 ARGVM. Plaut. Cist. 3. *cf. PLAVT. Cist. 569 filiam [617 sq. Cic. Flacc. 72]*). TRUC. 399 si quod -issem, id (non) necarem (TER. Andr. 464 CIC. Cluent. 33 QVINT. decl. 338, 18. *al.; cf. TER. Andr. 219 quicquid. SEN. contr. 2, 5, 2 nihil [MART. 10, 91, 2]. ENN. ann. 56 quos -isti. LVCR. 119 non -perit, verum postica parte profudit (obi. deperdito)*). AFRAN. com. 298 *pater* me genuit, -perit mater. Cic. Verr. II 1, 48 Apollinem Dianamque (*de iisdem: APVL. Plat. 1, 1. al.*). HOR. carm. 3, 3, 32 *de Ilia*. OV. met. 5, 48 Athis, quem flumine Gange edita Limnae vitreis -isse sub undis creditur. 11, 318 duos (SEN. Med. 957. *cf. OV. fast. 2, 615 geminos [COLVM. 2, 1, 3 trigeminos aut g.] SEN. Phoen. 449 utrumque. IVLIAN. dig. 46, 3, 36 quinque simul. sim. al.; cf. geminos l. 21. 22*). SEN. contr. 2, 4, 5 meretrix. SEN. Phoen. 369 nocentes (*log. Iocaste ut: STAT. Theb. 7, 514 -peri . . . nefas*). dial. 6, 11, 1 mortalis nata es, mortales -isti. PETRON. 94, 1 o felicem . . . matrem tuam, quae te talem -perit. BVC. Eins. 2, 29 hostem (STAT. Theb. 7, 491). PLIN. nat. 7, 51 quasdam *feminas* sibi similes semper -ere, quasdam viro *eqs. al. part. praes. fem. pro subst.*: SEN. contr. exc. 6, 8, 2 quidni invideat Corneliae, quidni illi quae Catonem -perit, quidni sacerdotes -entibus?

Ⓓ sine obi. (*statum nuptiae significari volunt quidam apud PROP. 4, 4, 55, sed de textu parum constat, v. Shackleton Bailey, Propertiana 237, nec comparandum STAT. Theb. 12, 539*): **Ⓐ accedunt determinationes variae:** PLAVT. Amph. 1100 sine dolore (*cf. TERT. cult. fem. 1, 1 l. 13 in doloribus et anxietatibus -es [sec. gen. 3, 16 ubi legitur in tristitia vel in dolore -es filios sim., v. ed. Beuron.]*). Aul. 798 tua gnata -perit decumo mense post (CAECIL. com. 164 soletne mulier d. m. -ere? pol nono (quo)que, etiam septimo atque octavo [*Menand. frg. 343 Koerte κρεῖ*]). *cf. TRAG. inc. 81 expletis . . . ad -endum mensibus. OV. fast. 3, 124 bis quino . . . m.*). ENN. scaen. 263 ter sub armis malim vitam cernere, quam semel modo -ere (*[sec. Eur. Med. 251 τρεῖς]*). PLIN. nat. 7, 23 s. in vita. 7, 29. *cf. OV. met. 5, 304 novies. sim. al.*). TER. Andr. 497 -isse hanc e Pamphilo (*sim. ex patre: Hec. 527 ex quo? cf. AVG. civ. 15, 3 p. 62, 2 D. de quo viro [16, 28 p. 171, 23 de iuvene]. aliter de Sarra per partum ancillae -ente: 16, 25 p. 165, 14 ad -endum ex altera, quod non poterat ex se ipsa*). Hec. 531 et recte et tempore suo. 781 clam (*cf. OV. met. 11, 762 furtim*). OV. fast. 5, 242 -ere intacto . . . viro *voluit Iuno*. PLIN. nat. 7, 29 septimo aetatis anno. 10, 32 difficulter (27, 30 [*part. praes. pro subst. ut: 28, 102. item difficile: 24, 185 PLAC. med. 23, 8 et 29, 6 rec. β. aegre: PLIN. nat. 11, 203]. cf. PALLAD. hist. mon. I 23 p. 304^C cum maxima difficultate -bat [gr. p. 107, 17 B. ἐδυστόχεῖ*]). 20, 192 facilius (PLAC. med. 16, 11 rec. β facile. *cf. 23, 8 rec. β sine labore*). QVINT. decl. 327, 4 infeliciter (CALP. decl. 2 p. 3, 6. *cf. TERT. virg. vel. 14, 8 felicissime*). *al.* **Ⓑ accedit dat.:** LVCR. 4, 1255 quibus . . . nequissent uxores -ere. SEN. contr. 2, 5, 13 rei publicae . . . tyranno. STAT. Theb. 6, 172 belli, cui -peri (*querela Eurydices*). MART. 11, 53, 5 marito. **Ⓒ cetera exempla (selecta):** PLAVT. Amph. 1102 postquam -perit, pueros lavere iussit nos. TRUC. 86 -isse (rep. trad.) simulat sese (TER. Andr. 472). 198 quae numquam fuit praegnas, qui -ere potuit? (TER. Ad. 931 -ere iam diu haec per annos non potest. VARRO Men. 553. *al.*). CAECIL. com. 220 quae non -perit, lacte non habet (*cf. LVCR. 5, 814 femina quaeque cum -perit, dulci repletur lacte*). TER. Andr. 233 facilitatem (*facul. var. l.*) -undi (PLIN. nat. 21, 167. *item pendet gerund. e subst.:* VARRO rust. 2, 10, 9 tempus [PLIN. nat. 1, 7, 4. 7, 40. *cf. PALLAD. hist. mon. I 57 p. 340^B hora; gr. p. 166, 10 B. τοῦ τρεῖς, cf. II 17 p. 377^A dies partus*]). IVLIAN. in Ioel 2, 32 l. 552 C. viribus). 771 in -undo aliquot adfuerunt liberae (*item gerund. cum praepos.:* Cic. Verr. II 1, 48 ad -endum temporibus exactis. nat. deor. 2, 68 Lucinam in -endo invocare [*cf. p. 405, 8*]). AVG. civ. 14, 26 p. 54, 12 D.). Phorm. 47 ubi era -pererit (46 v. p. 400, 4). POMPON. Atell. 19 sq. si [Kruse]

praegnans non es, -ibis numquam. RHET. Her. 2, 25, 39 necesse est -isse, quoniam sustinet . . . infantem (*item illustratur modus argumendi*: CIC. inv. 1, 44 si -perit, cum viro concubuit. *sim.*: 1, 72. 73. 74. 75 QVINT. inst. 5, 9, 5. 7). Ov. epist. 20 (21), 102 de qua -ens arbore nixa dea est. PLIN. nat. 36, 151 *aëtitae lapides* nisi parturientibus auferantur, omnino non -ant. Ivv. 5, 141 Mycale -at licet et pueros tres in gremium patris fundat semel. *al. part. praes. pro subst.*: VARRO ling. 5, 69 -entes eam *Iunonem Lucinam* invocant (*sim.* Ov. met. 10, 507). Ov. met. 9, 283 praepositam timidis -entibus Ilithyiam (*patientibus M¹*). 9, 322. FEST. p. 177 nixi di . . . velut praesidentes -entium nixibus (*in eadem re* PAVL. FEST. p. 52). MART. 11, 55, 6 pallidior . . . -ente (*pariete var. l.*). QVINT. decl. 306, 6 convenerunt ad -entem consolantes propinqui. *al.*

β extra rationes naturales: ① *de viris (sc. per adynaton, iocum, ironiam sim.)*: PLAVT. Amph. 785 sq. (*Sosia ad Amphitruonem*) tu -isti Amphitruonem, ego alium -peri Sosiam; nunc si patera pateram -perit, omnes congeminavimus. Stich. 166 (*loq. parasitus*) uteri dolores mihi oboriuntur cotidie, sed matrem -ere nequeo (*155 famem ego fuisse suspicor matrem mihi*). MART. 12, 42, 6 exspectas numquid ut et -at? (*vir viro nuptus ut*: Ivv. 2, 138 quod nequeant -ere). TERT. adv. Marc. 3, 20 p. 411, 12 (*explicit psalm. 131, 11 fructu ventris tui*) neque enim -iturus esset David (p. 412, 5 David -isse Salomonem, *sc. ridiculum est*). adv. Val. 32 p. 208, 14 ut Marcus aut Gaius . . . in nymphone pleromatis . . . forsitan -at aliquem . . . Aeonem. ② *respicitur partus prodigiosus*: ENN. scaen. 35 mater gravida -ere (*ex*) se ardentem faciem visa est in somnis Hecuba (*de eadem re*: Ov. epist. 16[17], 239). CIC. div. 1, 121 si mulier leonem -isse visa esset. PLIN. nat. 7, 34 serpentem -perit . . . ancilla (LAMP. Comm. 1, 3. *cf. Alex. 14, 1 dracunculum*). *in convicio*: CIC. de orat. 2, 267 (*dictum Scipionis min.*) si quintum -ret mater eius *Metelli Caprarii*, asinum fuisse -ituram. *in narratione fabulosa*: APVL. met. 1, 9, 3 octo annorum onere misella illa velut elephantum -itura distenditur.

γ notabilia quaedam ad ius pertinentia: ① *sine obi.*: SEN. contr. 2, 5 them. sterilitatis nomine dimisit *maritus* intra quinquennium non -entem (*item part. praes. pro subst.*: QVINT. decl. 251 them. *verba legis*). 2, 5, 15 [*bis*]. 16 QVINT. decl. 251, 6. *cf. quinquennio* SEN. contr. 2, 5, 14. 15. 16). CELS. dig. 40, 2, 19 si minor annis . . . matrimonii causa praegnatem manumiserit eaque interim -pererit, in pendenti erit, servus an liber sit, quem ea -perit. IVLIAN. dig. 1, 5, 26 si ancilla praegnans subrepta fuerit, quamvis apud bonae fidei emptorem -pererit, id quod natum erit, tamquam furtivum usu non capitur. 30, 82, 4 quod si legatum mihi est, quod ex Pamphila natum erit, ego Pamphilam mercatus sum et ea apud me -perit, non possum videri partum ex causa lucrativa habere. EDICT. praet. perpet. Vlp. dig. 25, 4, 1, 10 *quater (agit de inspiciendo ventre custodiendoque partu)*. VENVL. dig. 41, 1, 66 cum praegnans mulier legata aut usucapta aliove quo modo alienata -at, eius fient partus, cuius est ea. 42, 8, 25, 5 Proculus ait, si mulier post alienationem conceperit et antequam ageretur -pererit, nullam esse dubitationem, quin partus restitui non debeat. GAIUS inst. 1, 88 si ancilla ex cive Romano conceperit, deinde manumissa civis Romana facta sit, et tunc -at, licet civis Romanus sit qui nascitur *eqs.* *al.* ② *cum obi.*: QVINT. inst. 3, 6, 25 an is, quem, dum addicta est, mater -perit, servus sit natus. CELS. dig. 23, 3, 58, 1 quod ea -pererit (MARCELL. dig. 25, 3, 8. *sim.* POMPON. dig. 30, 24 pr. quidquid [VLP. dig. 40, 7, 16]). IVLIAN. dig. 38, 16, 8, 1 si uxor mortuum -isset *eqs.* (VLP. dig. 21, 1, 14 pr.). GAIUS inst. 1, 84 liberum (VLP. dig. 1, 5, 18. 40, 7, 6, 1. *al.*). 1, 92 *peregrina civis Romana facta civem Romanum -it (ibid. iterum. VLP. dig. 1, 5, 18)*. VLP. dig. 29, 2, 30, 1 *venter* qui suum heredem -iturus est (*cf. 29, 2, 30, 2 eum . . . , qui suus heres futurus est. 38, 16, 1, 1 ut uxor . . . suum -at*). *ibid.* qui legitimum vel consanguineum -iturus est *venter*. 40, 7, 3, 16 servos (INST. Iust. 1, 4 pr. liberum an servum). 49, 15, 21 pr. eam quae postliminio reversa erat libera et ingenua, ingenuum -isse constat (COD. Iust. 7, 4, 4 [a. 222?]). *al.*

δ animalia (sc. ad feminina referas, etsi quaedam de toto genere dicantur, e. g. p. 406, 12. 41. 51; negantur -ere mares p. 406, 17):

α in universum (ad plura genera spectant: LVCR. 5, 865 genus omne, quod est veterino semine -tum. PLIN. nat. 7, 38 ceteris animantibus statum et -endi et partus gerendi tempus est; homo toto anno et incerto gignitur spatio. 10, 175 ocissime -unt, quae plurimos gignunt):

① *vivipara (pertinent ad omnia eorum genera, i. ζωότοξα*: PLIN. nat. 10, 183 quaecumque animal -unt, in capita gignunt *eqs.* [10, 212 *de facultate somniandi*. 11, 228 quae a. -unt, pilos habent, quae ova, pinnae aut squamas aut corticem *eqs.* 11, 232 ova gignentium nulli mammae sunt, nec lac nisi a. -enti]):

② *mammalia q. d. terrestria*: ① *sine obi.*: ② *accedunt determinationes variae*: PLAVT. Vid. frg. 18 feminam . . . leonem semel -ire (GELL. 13, 7, 1 [*de isdem sec. Herodot. 3, 108 τίχτει*]. *cf. VARRO rust. 2, 3, 4 bis. 2, 4, 14 bis . . . in anno. COLVM. 6, 27, 13 omnibus annis. PLIN. nat. 10, 179 omni mense*). VARRO rust. 2, 1, 19 alia alio tempore -ere solet: equa enim ventrem fert duodecim menses, vacca decem *eqs.* (*cf. COLVM. 7, 9, 3 quattuor . . . mensibus feta sus, quinto -ere. PLIN. nat. 8, 177 boves -unt mense decimo*). 2, 4, 7 ut aestate -at *sus*; . . .

tunc -it, cum pabulo abundat terra (*sim.* 2, 5, 13 temperatissimo anni tempore. 2, 6, 4 eodem tempore alterius anni. 2, 9, 11 circiter solstitium. PLIN. nat. 8, 200 Martio. 10, 179 vere). *ibid.* ut bimae -ant *sues* (*cf. 2, 5, 13 vaccae trimae. PLIN. nat. 10, 179 a trimatu*). 2, 5, 13 in decem annos (*cf. PLIN. nat. 8, 200 octonis annis*). Ov. met. 9, 323 *mustela* ore -it (*cf. l. 79. p. 407, 8*). PLIN. nat. 8, 105 hyaenis utramque esse naturam et alternis annis mares, alternis feminas fieri, -ere sine mare vulgus credit. ③ *sine determinationibus*: CATO agr. 150, 2 oves, quae non -pererint (VARRO rust. 2, 2, 15 cum -ere coeperunt. ITALIA gen. 30, 42 [Lugd.; *gr. ἔρερον, Vulg. aliter*]). CIC. div. 2, 49 quo modo equa -at (*cf. VARRO rust. 2, 7, 7 equinum pecus pascendum . . . faeno; cum -erunt, hordeo adiecto*). VARRO rust. 2, 1, 24 quot feminas habeat *grex quorumlibet pecorum*, quae -ere possint. 2, 4, 15 cum -perit *sus* (PLIN. nat. 25, 133 quae numquam -pererit [*sim.* 28, 136]. 28, 139 MART. epigr. 12, 4). 2, 5, 15 *vaccae* cum -ere coeperunt (PAVL. FEST. p. 353 tauras vaccas steriles *dici* . . . , quod non magis -ant quam tauri). PHAEDR. 2, 4, 2 feles cavernam nancta in media *quercu* -erat. PLIN. nat. 8, 112 in -endo semitas minus cavent humanis vestigiis tritas (*cervae ut*: 20, 37). 8, 126 -entem . . .

ursam. 8, 151 iusta ad -endum annua aetas *canum*. *al. part. perf. depon. -ta i. q. quae -perit (sec. enixa sim.?)*: COLVM. 7, 4, 3 (*de ove*) quo . . . -ta nutrici consociata minus labore in educatione fetus sui.

④ *cum obi.*: *sine determinationibus*: VARRO rust. 2, 2, 18 oves, quae geminos -ere solent (PHAEDR. 3, 15, 9. 11 feminam [PLIN. nat. 20, 29]). 2, 4, 4 si porcos multos -unt *sues* (2, 4, 17 -ere dicunt oportere porcos, quot mammas habeat; si minus -at, fructuariam idoneam non esse, si plures -at, esse portentum). 2, 4, 12 ut *sorex* -isset mures. 2, 8, 4 cum -perit equa mulum aut mulam (CHIRON 757 masculum). 3, 15, 2 *glires* ubi pullos -ere possint. COLVM. 7, 6, 7 *capra* -it . . . frequenter duos, nonnumquam trigeminos (PLIN. nat. 8, 200 quaternos). PLIN. nat. 8, 168 *asina* raro geminos -it (28, 225 marem). 10, 176 *de vulpe*. 10, 178 *de canibus*. *al.* HYG. astr. 2, 33 p. 71, 19 ut alios -ret, alios haberet in ventre *lepus*. *accedunt determinationes*: PLIN. nat. 8, 45 leaenam primo fetu -ere quinque catulos. 8, 126 -unt xxx die plurimum quinos *ursae*. GELL. 14, 6, 4 singulas pecudes in singulos annos terna -ere.

⑤ *cetera*: PLIN. nat. 9, 12 *ballaenas* statis temporibus in quodam sinu placido . . . -ere (*de isdem l. 40 et 9, 13 utero graves -endive poenis invalidae*). 9, 21 -unt catulos *eqs.*). 9, 41 *aquatilia quaedam animal -unt*, ut pristis, ballaena, vitulus (9, 43 delphinus ac vipera [*cf. 11, 215 delphini*]). 9, 78 cum ceteri pisces ova -ant, . . . *genus cartilagineorum a. -it (de isdem: 9, 165. inde 1, 9, 75)*. 10, 168 volucrum a. -it vespertilio tantum [*inde 1, 10, 81*]). *ibid.* hic vitulus -it in terra; . . . -it nonnumquam geminis plures. 9, 165 *torpedo* intra se -it *eqs.* ([*inde 1, 9, 75*]. 10, 170 [*de vipera ut*: 11, 209]. *cf. 21, 104 lappa herba* intra se germinat velut animalia, quae in se -unt). 11, 86 scorpiones terrestres vermiculos ovorum specie -unt (11, 91 -untur . . . undeni). 11, 120 corpus -entibus *insectis*.

⑥ *ovipara (part. praes. pro subst. ova -entia, i. ζωότοξα* PLIN. nat. 11, 188. 204. 206. 249. 263. 267 [*cf. ova gignentia 11, 204. al.*]):

① *aves*: ① *cum obi.*: ENN. ann. 10 ova -ire solet genus pennis condecoratum, non animam (CIC. ac. 2, 57 gallina. VARRO rust. 3, 9, 8 *iuxta*: incubare. COLVM. 8, 14, 5 *anser*. PLIN. nat. 10, 85 *luscini*. 10, 143. 158. *et saepius; v. et l. 50*). VARRO Men. 565 pullos . . . fritinnientis (PLIN. nat. 30, 91). PLIN. nat. 10, 27. 10, 32 corvi -unt . . . quinos (*item numerus pro obi.*: 10, 97 binos. 10, 165 ternos. *ibid.* novenos. 36, 149). 10, 159 columbae marem semper et feminam -unt. *al.* ② *sine obi.*: CATO agr. 89 gallinas . . . , quae primum -ent (*cf. COLVM. 8, 14, 6 ubi primo -perit anser femina*). CIC. nat. deor. 2, 129 *locum* requirunt ad -endum. VARRO rust. 2, 1. 27 in Italia . . . , in omnibus terris (*item indicatur ubi*: COLVM. 8, 9, 1 in ornithone. 8, 14, 5 extra saeptum. PLIN. nat. 9, 63 Romae *aves peregrinae*. 10, 26 in alienis nidis *coccyx*. 10, 100). 3, 7, 9 diebus quadragenis concipit et -it et incubat et educat *columba* (PLIN. nat. 10, 90 totidem [*i. septem*]). 3, 10, 3 *anseribus* . . . tempus est aptissimum . . . ad -endum et incubandum (a Kalendis Februariis . . .) usque ad solstitium (*item COLVM. 8, 14, 4. cf. 8, 5, 1 confecta bruma. PLIN. nat. 10, 106 post solstitium. 10, 146 omni tempore. 10, 147 brumali mense. sim. al.*). *ibid.* ter in anno (*cf. COLVM. 8, 14, 4 ter anno [PLIN. nat. 10, 161]. PLIN. nat. 10, 147 deciens anno*). *al.* COLVM. 8, 3, 5 matricem ad cubilia vel -endi vel incubandi causa perveniant. 8, 5, 3 (4 dum edant ova). 8, 5, 25 cum -ere desinent. 8, 15, 7 -ere cunctantur in servitute. PLIN. nat. 10, 161 pavo a trimatu -it. 10, 164 aegre -unt *ardiolae*. *al.*

③ *pisces*: PLIN. nat. 1, 9, 15 quomodo -ant *animalia marina*. 9, 65 *mulli* -unt ter annis (*cf. 9, 162 bis anno eqs.*). 9, 76 murena quocumque mense -it, cum ceteri pisces stato -ant (*cf. 9, 163 polypi -unt vere ova*). 9, 78 *supra l. 41*. 9, 81 *phycis* nidificat ex alga atque in nido -it. 9, 158 saepiae et lolligines . . . ore . . . -unt. 9, 164 saepia in terreno -it inter harundines. 9, 166 acus sive belone.

④ *cetera ovipara*: VARRO rust. 3, 14, 5 *cochleae* in fetura -unt innumerabilia. PLIN. nat. 8, 89 *crocodilus* -it ova quanta anseres (9, 37 *testudines* -unt o. avium ovis similia ad centena numero. 9, 166 mus marinus [*i. genus testudinis*] in terra scrobe effosso -it o. 10, 169

in terrestribus o. -unt serpentes [*inde* 1, 10, 82]. 11, 101 *locustae*. 11, 155 *quadripedes* [*item* 11, 156]. 9, 159 *ranae* . . . -unt minimas carnes nigras, quas gyrynos vocant (*simili errore*: 11, 85 *aranei* . . . -unt vermiculos ovis similes [*cf. Arist. hist. anim. 555b28 γεννῶν . . . σκωλήνια*]. *addas de ceraste*: 16, 220 et 17, 221 [*sec. Theophr. hist. plant. 4, 14, 5 ἐπίκτορται*]). 9, 164 *purpurae*, murices eiusdemque generis vere -unt (*cf.* 11, 102 *vergiliarum exortu locustae*). 10, 187 *quadripedum ova gignentium lacertas ore -cre*. 11, 85 *aranei -unt* . . . omnia in tela. *ibid. phalangiae -unt* . . . trecenos. 11, 102 *matres locustarum*, cum -pererint. 16, 220 alii *teredines* . . . ipsa materia, alii -untur *ex ceraste* (*sim.* 17, 221).

β respicitur partus prodigiosus (formulam magicam v. l. 18): HEMINA hist. 11 monstrum fit: sus -it porcos triginta (*item* VARRO ling. 5, 144 rust. 2, 4, 18 CLAVD. DON. Aen. 3, 390 p. 319, 27. *cf. p. 406, 27*). VARRO rust. 2, 1, 27 -isse mulam; . . . si hic in Italia, cum -perit mula, sit portentum eqs. (*idem disserunt*: CIC. div. 2, 49 bis [*v. Pease ad 1, 36*]). 2, 61 AVG. doctr. christ. 2, 23, 36. *eventum referunt*: LIV. 26, 23, 5. 37, 3, 3 PLIN. nat. 8, 173. *in formula magica*: GARG. MART. cur. boum 14 VEG. mulom. 4, 26 MARCELL. med. 8, 191 ANON. med. ed. Piechotta 170. *cf. etiam p. 408, 54*). LIV. 23, 31, 15 bos eculeum -perit. PHAEDR. 3, 3, 4 -erunt oves agnos humano capite. SPART. Geta 3, 2 ovum gallinam . . . -isse purpureum.

2 de masculis i. q. procreare (aliter p. 405, 14. 406, 17): CAECIL. com. 19 ait hic vicinus se eas -isse (*textu parum certo*; se asperisse *trad.*; *explicitat* NON. p. 464, 21 -ere etiam viros dici posse; *idem affert Hom. Z 155 ἔτικτεν*).

3 neglecto respectu sexus de utroque parente: VARRO rust. 3, 7, 9 *columbarum pulli nascuntur bini, qui simulac creverunt et habent robor, cum matribus -unt* (*nisi ad p. 406, 58, sed huc traximus coll. Geopon. 14, 1, 4 μετὰ τῶν τεκόντων . . . ἀρχονται τίκτεν*). ITALA Luc. 20, 34 (cod. d) *fili huius saeculi -untur et -unt, nubunt et nubuntur* (*add. sec. var. l. gr. γεννῶνται καὶ γεννῶσιν, aliae vers. generantur [nascuntur] et generant, deest Vulg.*). ISID. orig. 9, 5, 4 *parentes quasi -entes dicuntur*.

B de qualibet procreatione; -unt: 1 *tellus, mare, elementa sim. (loci generales, sc. obiecto carentes*: LVCR. 5, 826 PLIN. nat. 18, 111 APVL. mund. 23); -untur: a *animantes*: ENN. frg. var. 48 *gentis omnium -perit terra mater* (PACVV. trag. 93 t. -it corpus, animam aether adiugat. LVCR. 2, 994 *fruges arbustaque . . . et genus humanum, . . . omnia saecula ferarum*. PLIN. nat. 3, 78 *serpentes*. DRAC. laud. dei 1, 333 *hominem non t. -it*). VARRO rust. 1, 8, 5 si -it humus mures. OV. met. 1, 417 *tellus animalia* (MANIL. 4, 667 *saevos . . . leones*). COLVM. 10, 67 nos . . . Deucalioniae cautes -perere (*antea*: prognerat). APVL. met. 4, 28, 3 *deam, quam caeruleum profundum pelagi -perit*. b *herbae, fruges sim.*: CIC. nat. deor. 1, 4 et fruges et reliqua, quae terra -at (LVCR. sub a. PLIN. nat. 14, 149). 2, 83 *terra, quae gravidata seminibus omnia -at et fundat ex sese* (LVCR. 5, 234 *tellus . . . naturaque . . . rerum*. OV. ars 1, 757. *cf. COLVM. 1 praef. 2 cuncta*). CATVLL. 64, 282 *aura -it flores . . . Favoni* ([*antea*: ferunt campi, creat]. OV. ars 3, 185 *terra [sim. COLVM. 10, 20]*). OV. Pont. 3, 8, 15 -unt *absinthia campi*. BVC. Eins. 2, 35 *novos . . . fetus*. PLIN. nat. 18, 2 *noxia (infra: genuit)*. AVG. civ. 7, 16 p. 294, 3 D. *Dianam viarum praesidem, unde et virginem volunt, quod via nihil -at (respici videtur Matth. 13, 4)*. al. c *varia*: PROP. 3, 18, 28 *Pactoli quas -it (premit var. l.) umor opes (i. aurum; cf. ENNOD. epist. 1, 18, 2 p. 29, 15 quae aurum -at terra)*. MANIL. 1, 135 seu liquor hoc -perit (*sc. mundum*). PLIN. nat. 2, 239 cum . . . se . . . ipsa -at (*item de igne*: 36, 201 *dubium sit, plura absumat aut -at*). APVL. mund. 18 sunt quae *terrae fontes -unt eqs*. EPIST. Alex. l. 12 H. *terra quantum aut bonarum rerum -at aut malarum, conceprix et parens publica ferarum ac fructuum eqs. (de textu varie depravato v. quae adnotavit de Boer)*. DRAC. satisf. 71 -it *gemmas . . . terra*.

2 natura, deus (cf. l. 48 supra): CIC. Catil. 1, 25 ad hanc te amentiam natura -perit, voluntas exercuit, fortuna servavit (*item homines*: PLIN. epist. 6, 21, 1 neque . . . natura nihil iam laudabile -it [*de ingenii aetatis suae*]). ITALA Iac. 1, 18 [cod. ff] -perit nos *deus verbo veritatis [gr. ἀπεκρίσεν, Vulg. genuit]*. al.). COLVM. 10, 176 quos mille -it . . . natura colores, *sc. florum*. PLIN. nat. 9, 2 *mari . . . accipiente causas genitales e sublimi semperque -ente natura*. 17, 177 nihil natura *portionibus -it*. GELL. 7, 1, 9 (*transl. e Chrysippo*) cum multa . . . atque magna gigneret *natura -retque aptissima et utilissima*. PRVD. apoth. 777 ipse *Christus gerit, quod struxit, opus nec ferre pudescit factor, quod -perit, corpus loquor atque animae vim*. al.

3 herbae, fruges, arbores sim.: a cum obi.: α ratione naturali: VARRO rust. 1, 31, 2 ut . . . in -endis colibus vires habeat maiores *vitis* (*cf.* 1, 31, 3 ad *uvae -endas*. 1, 31, 4 *capreolum*). 1, 44, 4 *poma aut spicam* (PLIN. nat. 13, 59). 2, 1, 27 *palmulas careotas . . . -ere*. OV. rem. 176 quod -perit, . . . onus. PAVL. FEST. p. 220 *frugibus -endis*. COLVM. 3, 10, 16 *reser fecundis -tus seminibus* (*cf. PLIN. nat. 19, 72 semina . . . proceras cucurbitas -unt*). PLIN. nat. 11, 14 quae *arbores glutinum -unt*. 16, 31 tot res praeter *glandem -unt robora, sed et boletos suillosque* (28 *gignit*). 17, 155 *sarculi tempestive sati praegnates inchoatos conceptus . . . -unt (antea: ferunt)*. APVL. met. 4, 2, 5 *caliculos . . . , quos . . . rosas laureas appellant*. β *ratione*

quadam peculiari: PLIN. nat. 16, 174 *salices -unt . . . balteo corticis vincula (i. materiam vinculis conficiendis praebent)*. 16, 199 (*in oraculo*) cum arbor arma -isset (*i. arbor succisa arma intus latentia prodidit sicut animal fetum*).

b *sine obi.*: VARRO rust. 1, 31, 3 *genus vitis quoddam dictum videtur a -endo parilema*. 1, 41, 5 ubi obrutae in seminario -ant *fici*. NVX 107. PLIN. nat. 1, 21, 64 *lappa herba, quae intra se -it* (*cf. p. 406, 46*). 16, 94 -unt . . . cum florent *arbores (item indicatur, quando*: 17, 105, 19, 118 *semina quaedam anno tantum suo -unt, quaedam saepius (antea: gignit)*). 16, 135 *fastidit . . . palma ubique nasci aut nata -ere vel . . . educare, tamquam invita -pererit*. 17, 178 *inhibenda fecunditas est: ea est natura, ut -ere malit quam vivere* (*cf.* 17, 179 ut *crecere etiamnum malit quam -ere*). al. SERV. auct. Aen. 4, 402 *Minerva volens . . . ostendere Atticis, quo expeditius segetes -rent. per structuram singularem, sc. accedit abl. respectus*: PLIN. nat. 19, 138 ne prius *cyma quam caule -at brassica* (*cf. Colum. 11, 3, 24 in cymam prosilit nec . . . caulem amplum facit*).

4 *regiones, civitates sim., quae proferunt: a res (fere herbas, lapides)*: OV. Pont. 4, 15, 10 *Africa quot segetes, quot Tmolia terra racemos, quot Sicyon bacas, quot -it Hybla favos*. COLVM. 10, 130 quae *brassicae genera -unt . . . Cumae eqs*. PLIN. nat. 19, 26 *Hispaniae pars quaedam, nec haec tota, sed quatenus -it, montes quoque sparto operit*. 37, 128 *India xython -it, plebeiam sibi gemmam (antea: fert)*.

b *homines*: LIV. 45, 23, 16 *Asiae regionem inaniora -ere ingenia (parare trad.)*. COLVM. 1, 1, 8 *Athenae . . . scriptorum frequentiam -erunt*. SIL. 7, 692 *Catonem Tuscula . . . moenia*. TERT. pall. 2, 6 *Romanos Phryges -unt (gens ut: PRISC. periheg. 924)*. PANEG. 2, 4, 5 *Hispania durissimos milites, haec experientissimos duces, haec facundissimos oratores, haec clarissimos vates -it eqs*. CLAVL. 22, 361 *domus haec . . . reginas . . . -it reginarumque maritos*. AVG. civ. 15, 1 p. 59, 25 D. *superna civitas, quamvis hic in terra -it cives* (17, 16 p. 240, 16 *Christum*). ENNOD. epist. 2, 1, 19 p. 60, 6 non est . . . *effeta Liguria: nobilitatem -endi nec in temporum extremitate deposuit*.

5 *res variae (addidimus conchas margaritam proferentes, v. AMM.)*: LVCR. 2, 899 haec, *sc. ligna glabraeque, cum sunt quasi putrefacta per imbres, vermiculos -unt (sim. de arboribus*: PLIN. nat. 15, 80 *caprificus culices -it [79 gignitur aliquid]*. *cf. p. 407, 10*). PLIN. nat. 20, 1 *aquas sole devorante, luna -ente*. 31, 112 *praegnantibus nitrariis, sed nondum -entibus spumam nitri (sim. -itur metallum*: 34, 159 *plumbum nigrum aut . . . sua provenit vena nec quicquam aliud ex sese -it, aut cum argento nascitur eqs.*) 36, 134 *esse aliquos lapides, qui -ant (cf. 37, 180 paeantitides . . . praegnantis fieri et -ere [inde SOL. 9, 22 concipere et -ere. PRISC. periheg. 439]*. 37, 188 *cymias . . . fracta ex se fabae similitudinem -it*). AMM. 23, 6, 85 *conchulae singulas margaritas . . . -unt* (86 *debilia, i. margaritas vitiosas*).

II *imagines et locutiones proverbiales (potiora tantum attulimus, sc. ubi notio partus contextu quodam illustratur; addi possunt fortasse quaedam p. 402, 70 sqq. allata)*: A *vario usu*: NAEV. carm. frg. 63 prius -et locusta lucam bovem (*item de partu impossibili [cf. p. 405, 17. 407, 12]*): PHAEDR. 4, 23 [24], 3 *mons murem -perit [sec. Hor. ars 139]*. PETRON. 45, 9 *colubra restem non -it*. SVET. Galba 4, 2 *ille de praesagio dubitans irridens 'sane', inquit, 'cum mula -pererit'*. RHET. Her. 2, 22, 34 *omnium malorum stultitia est mater . . . , ea -it . . . cupiditates . . . ; haec -unt avaritiam (cf. RVT. LVP. 2, 6 cum crudelitatis mater sit avaritia et pater furor, haec facinori coniuncta -it odium: inde . . . nascitur exitium)*. CIC. Phil. 2, 118 ut aliquando dolor populi Romani -at, quod iam diu parturit (*cf. LIV. 21, 18, 12 quod diu parturit animus vester, aliquando -at*). VARRO ling. 8, 9 duo . . . genera verborum, unum fecundum, quod declinando multas ex se -it *dispariles formas eqs. (cf. Ps. APVL. Ascl. 35 species . . . ex se totiens -ens imagines [antea: nasci]*. CHALC. comm. 36 cum . . . numeri . . . partim ipsi alios -ant, partim ab aliis -antur, eqs. [*item multiplicando*: FAV. EVL. 13, 2 sqq. W. = p. 8, 26 sqq. H. BOETH. arithm. 2, 4 p. 88, 10]). frg. Gell. 16, 12, 7 *faenus quasi a fetura quaedam pecuniae -entis atque incrementis (item explicant*: PAVL. FEST. p. 86 NON. p. 53, 28. *vix addas p. 398, 71*). PROP. 2, 3, 28 non *humani partus sunt talia dona: ista decem menses non -perere bona (cf. CENS. 3, 6 ille, dies natalis meus, mihi vitam, hic, tuus, vitae fructum . . . -erunt)*. GELL. 17, 10, 2 *Vergilium -ere . . . versus more atque ritu ursino (sim. DON. vita Verg. l. 81)*. Ps. APVL. Ascl. 20 *deus utraque sexus fecunditate plenissimus, semper voluntatis praegnantis suae -it semper, quidquid voluerit procreare*. 39 *εἰμαρμένην rerum omnium initia -it (cf. Lyd. mens. 4, 7 p. 71 W. κέει)*. ITALA Is. 59, 4 (Cyp. testim. 2, 4; *cf. VVLG.*) qui parturiunt *dolorem et -unt facinus ([gr. κύνωσω πόρον καὶ τίκτωσω ἀνομίαν]*. *sim. VVLG. Iob 15, 35 concepit dolorem et -perit iniquitatem et uterus eius praeparat dolos [item psalm. 7, 15, gr. ἔτεκεν. inde NICET. virg. laps. 45 p. 128, 18 B.]*. ARNOB. nat. 1, 57 p. 52, 22 M. quasi vero errorum non antiquitas . . . mater sit et non ipsa -pererit res *fabulosas*. QVEROL. p. 51, 2 R. *urna -perit auri gravida pondere vilisque mater grande puerperium dedit (sc. fracta)*. SERV. Aen. 4, 229 'gravidam imperiis': quasi -ituram imperia *Italiam*. VVLG. Is. 26, 18 *concepimus et quasi parturivimus et*

-perimus spiritum (*hinc per explicationem*: RVFIN. Orig. in num. 20, 2 p. 188, 26 sqq. Orig. in cant. 3 p. 213, 7 ORIG. in Matth. ser. 54 p. 123, 12). CLAVD. 28, 653 annus, natus fonte suo . . . , cuius cunabula fovit curia . . . , quem . . . -perit Victoria. AVG. in psalm. 35, 14 quod . . . parturiebant corde et lingua -ere non poterant (*eloquendo ut*: serm. 225, 1, 1 verba cogitatione concipiuntur, voce -untur. *cf. scribendo*: CONC. I 3 vers. Tur. p. 165, 22 manum . . . per litteras -entem sermonem [*gr. I 1, 2 p. 77, 36 τίκτουςαν. agit de nativitate verbi divini*]). *al.* **B** usu christiano (*sc. maxime de generatione spiritali*): TERT. adv. Marc. 4, 17 p. 474, 21 ille deus nunc me rursus filium nuncupat, iam non in animam, sed in spiritum -ens (HIL. trin. 3, 3 d. ex se filium genuit, . . . ; non ut -tum, *eqs.* VEREC. in cant. 2, 21 l. 63 D. spiritaliter [*deperisse trad.*; *cf. l. 86 generamur*]). CYPR. epist. 74, 7 sponsa Christi, quae -ere spiritaliter et generare filios deo possit ([*sim. QVODV. symb. 2, 12, 7. item de ecclesia sim.*: FIRMIL. Cypr. epist. 75, 14 ter. AVG. bapt. 1, 15, 23 p. 167, 4 per baptismum. QVODV. symb. 2, 4, 28 membra eius Christi [3, 1, 6]). OPTAT. 2, 7 p. 43, 17 quis spiritus . . . , nisi qui -at filios gehennae? RVFIN. Orig. in num. 20, 2 p. 128, 26 -it anima nostra et generat filios, sensus scilicet et opera, quae gerit. AVG. c. Faust. 29, 4 Christum quem . . . credendo conciperemus et confitendo quodammodo -remus (*sim. Ps. EVSEB. GALLIC. hom. 1, 7 G. concipiamus fide, -amus confessione. vice versa*: SACR. Leon. 1206 Felicitas confessionis . . . visceribus . . . conceptos per fidem denuo . . . -perit martyres ad coronam). Ps. PROSP. carm. de prov. 348 credulus Abram, multorum, -ente fide, genitor populorum. SACR. Greg. 85, 4 (85, 374b D.) ut omnes . . . -at gratia mater (*baptismo ut*: PASS. Petr. 4 p. 27, 22 S. per sacrum fontem domino. *v. etiam* AVG. bapt. supra; *parere intellegimus Tert. bapt. 3 p. 203, 22*). ORIG. in Matth. 17, 31 p. 675, 7 hos ambos (*i. sermonem legis et euangelii*) -perit sapientia mater (*gr. γεννώμενοι*).

lusus verb. inter notiones capite priore et altero illustratas v. PLAVT. Cist. 161 et 163. TRUC. 517 et 522. CAECIL. com. 26. TER. Phorm. 46 et 47. MANIL. 2, 876 SEN. Med. 25 QVODV. haer. 5, 15.

part. praes. pariens, -entis pro subst.: fem.: v. p. 399, 40. 404, 41. 62. 405, 7. 36. neutr.: v. p. 405, 76. 406, 50.

part. perf. partum, -i n. pro subst.: v. p. 400, 54 sqq. 402, 25. 42. depon. parta, -ae f. pro subst.: v. p. 406, 21.

deriv.: 2. partio, 2. partito, partitudo, partor (paritrix), partura, parturio, 2. partus. cf. 2. parens et p. 387, 25. 395, 13.

compos.: appario, reperio; expartus; frugi-, luciparens (cf. ambigua inter 2. parens et 2. pario: cuncti-, omniparens); flori-, frugi-, nugi-, omni-, ovi-, viviparus; dei-, gemelli-, primipara; puerpera, vipera; postpartor. cf. properies, opiparus (-is), pauper.

pariolus v. hariolus. **pariōtis** v. parotis.

parippus v. parhippus.

parison n., *πάρισον*. *trad. litt. gr. QVINT., AQRILA, SCHEM. dian. de figura rhet. (cf. p. 204, 75), sc. de specie quadam, quae paronomasiae vel isocolo similis est*: QVINT. inst. 9, 3, 76 *quaeritur verbum par et extremis syllabis consonans: 'non verbis, sed armis'. et hoc quoque . . . pulchrum est: 'quantum possis: in eo semper experire, ut prosis': hoc est -ov, ut plerisque placuit; Theo Stoicus -ov existimat, quod sit e membris non dissimilibus. AQRILA rhet. 24 p. 30, 12 -ov, prope aequatum: differt . . . a superiore (sc. isocolo), quod ibi membrorum verba paria sunt numero, hic uno vel altero addito aut in superiore membro aut in postremo pariter excurrunt (inde MART. CAP. 5, 531). SCHEM. dian. 41 p. 76, 4 -ov est adsimilatio sententiae membris non dissimilibus . . . et plerumque paribus et contrariis constans (cf. CASSIOD. infra). EVGRAPH. Ter. Haut. 1039 rec. a ('quaeris id, quod habes . . . ; quod abest, non quaeris eqs.') est compositum ex contrariis, quae figura dicitur antitheton vel -on, id est aequatio sententiae (CASSIOD. in psalm. 91, 7 -on, id est ae. s., quae saepe paribus, plerumque constat imparibus. 102, 16).*

parisōsis f., *παρίσωσις*. *fortasse de figura rhet. (cf. l. 61): GLOSS. I Ansil. PA 476 -is (pareosis trad.): adaequatio.*

pārīso, -āre. *a parere incohative sibi finxit VIRG. gramm. epist. 3 p. 140, 17 'florisso' primae coniugationis esse noscitur; sic 'calisso patisso -o'.*

paristhmia n. plur. (*inde paristhmiae f.*), *παρίσθμια (resp. gr.) scribitur -itm- ORIBAS. (alia l. 75. 76); -ichim- ALEX. TRALL. fem. -ae praeter MARCELL. et ORIBAS. tit. i. q. fauces, tonsillae (nec non tumor earum): MARCELL. med. 35, 12 ad faucium tumorem et dolorem, qui graece dicitur -a. ALEX. TRALL. 1, 138 donec liniantur parichimiae (1, 139 perichimias). ORIBAS. eup. 4, 71 (70) Aa tit. ad -a. 4, 71, (70), 1 Aa -as Graeci, quas nos tonsillas vocamus (*sim. La, ubi paremias. cf. 4, 71 add. La p. 589 -as id est tunsillas. ibid. molles . . . et inflammatae -ae (cf. La). ibid. add.: paretimiae (Ab -estm-).**

paristoria v. paristoria. **parit-** v. etiam pariet-

paritās, -ātis f. *a par. [falsa var. l. pro parilitate AVG. trin. 7, 6, 12 l. 150 (cf. etiam MART. CAP. 1, 8. 6, 668 infra). olim legatur SEN. suas. 7, 14 -e stultorum pro patris sui totum.]*

fere i. q. status vel condicio eius, qui (quod) par est: 1 generatim: a de statu simili: ARNOB. nat. 2, 50 neque . . . contrarium insitum esse contrario potis est aut (in) impari -s aut dulcedo in amaritudine contineri (nisi ad 2a). ZENO 2, 1, 1 (1, 45, 2 L.) -s sacra

dei patris et filii (antea: sancta aequalitas). MART. CAP. 6, 668 septem montes, qui -e (parilitate var. l.) cacuminis fratres sunt appellati. BOETH. diff. top. 2 p. 1190^D locus a similibus in quantitate -s, id est aequalitas, nuncupatur, in qualitate similitudo. b de statu apto:

MART. CAP. 1, 8 non facile quaequam . . . , quae congrua -e (parilitate var. l.) Tonantis nurus deligeretur, occurrit.

2 speciatim in arithmetica: a respicitur qualitas numeri, qui in duas aequas partes dividi potest: MART. CAP. 7, 732 dyas prima . . . forma -is est (cf. BOETH. arithm. 2, 28 p. 119, 4 cum in . . . ordine -is sit dualitas). 7, 736 numerus senarius fit ex triade, qui mas, quod impar est numerus, habetur, et dyade, quae femina -e. BOETH. arithm. 1, 5 p. 14, 22 sqq. par numerus est, qui in duo aequalia et in duo inaequalia partitionem recipit, sed ut in neutra divisione vel in paritati -s vel -i inparitas misceatur, praeter solum -is principem, binarium numerum, qui . . . ex duabus unitatibus constat et ex prima duorum quodammodo -e. 1, 10 p. 21, 25 -is naturam substantiamque. ibid. p. 22, 14 secunda . . . pars . . . , quod -is nomen est (opp. tertia . . . , quae impar est denominatio). 2, 27 p. 117, 18 cuiuscunque numeri medietas unus est, ille inpar est, cuius vero duo, hic -e recepta in gemina aequa disiungitur. et saepius apud eundem. b respicitur aequa proportio: BOETH. arithm. 2, 45 p. 149, 15 geometrica medietas vel in maioribus vel in minoribus terminis aequali omnium proportionalitate componitur, et est inter omnes -s quaedam medietatis aequum ius in proportionibus conservantis.

pariter v. sub par.

[zera: **paritio** GLOSS. III 193, 46 (*in capite de leguminibus*). ζηρά (*vel ζειρά*): panicium suspicatur Goetz in indice.]

parito, -āre. *a parare. i. q. (sedulo vel assidue) parare: PLAVT. Merc. 649 cum illuc, quo nunc ire -as, veneris. Poen. 884 dum ero insidias -em (Scaliger, pariter A, parilem P). Pseud. 486 ecquas viginti minas . . . -as ut a me auferas?*

1. pāritōr, -ōris m. *a parere, nisi ab apparitor retrograde.*

i. q. apparitor (SYNON. Cic. p. 446, 32. cf. GLOSS. V 423, 1 -es: ministros [referendum ad Greg. M. dial. 3, 31, 4 apparitores]: AVR. VICT. Caes. 2, 4 ceteros -orum praesidesque Augustus instituerat. HIL. in psalm. 128, 4 vasa diaboli, satanae ministerium et latrocinantium tela et alienae militiae ac nequitiae -es (portitores var. l.; sunt qui a parere derivent, vix recte).

cf. Onom.

2. paritor, -ōris m., *sc. a parere, ut significetur is, qui parit, v. l. 38.]*

paritoria v. pariatoria.

paritūdo v. partitudo.

paritūra v. partura.

Kruse.

parium n. sing., *sc. ex plur. paria formatum, v. p. 271, 9.*

***parma**, -ae f. [*orig. inc., nisi probas opinionem Niedermanni (v. infra l. 64 sq.) derivationem palma > *palmula > parmula (sc. per dissimilationem) > parma postulantis, haud inepte, quamvis obstare videatur ratio temporum (parma prius quam parmula legitur). Sch.]*

de orig.: VARRO ling. 5, 115 -a quod e medio in omnis partis par. *gen. sing. -ai LVCR. 4, 847. de notione:* NON. p. 554, 18 -a est scutum breve. ANON. de mach. bell. 9 -a, hoc est modicus clipeus eqs. ISID. orig. 18, 12, 6 -a levia arma, quasi parva, non clipeus. SYNON. Cic. p. 444, 30 scutum. clipeum. -a. cetra. GLOSS. ἀσπίδιον. θυρεός. scutum parvum. scutum breve. scutum brevissimum. genus scuti.

legitur inde ab ENN., POLYB., VARRONE, LVCR., sed admodum raro exceptis VERG., LIV., SIL., STAT.; deest e. g. CAES., CVRT., LVCANO, TAC.; transit in gr. πάριση (cf. πάριση). [loco lacunoso

FEST. p. 314. *in codd. confunditur maxime cum arma (MART. 9, 68, 8 GREG. TVR. Franc. 3, 15 p. 115, 4; e con. STAT. Ach. 2, 93) et palma (e. g. STAT. Theb. 8, 731 GREG. TVR. Franc. 2, 20 p. 91, 4; restit. MART. epigr. 29, 5; e con. Scaligeri TIB. 1, 9, 82 aurea -a [palma codd., quod alii coll. παλμουλάριος ut formam dissimilatam vocis -a accipiunt, cf. Niedermann, Essais d'étymol., 1918, 42 sq., sed v. supra p. 144, 72]; contra parmis pro palmis trad. VITR. 10, 3, 6.]*

I proprie i. q. genus scuti (in compar. p. 411, 7. 55. tropice p. 411, 46 metonymice sub B 2. ad rem v. Lambert, RE XVIII 2, 1539 sqq.): A quorumlibet, sc. fere militum, bello pugnantium (adiunximus instrumentum pilarii, v. MART. sub I): 1 strictius de scuto quodam minore fere equitum vel velitum (GLOSS. ἰπικὴ ἀσπίς. huc inseruimus omnia exempla LIVII, e ceteris non nisi certiora, v. quae ad 2a monemus): POLYB. 6, 22, 1 τοῖς . . . νεωτάτοις παρήγγελαν μάχαιραν φορεῖν . . . καὶ -ην (seq. descriptio. cf. LIV. 38, 21, 13 veles tripedalem -am habet). 29, 6, 1 (14, 4) τῇ δυνάμει τῆς -ης καὶ τῶν Ἀγροστικῶν θυρεῶν ἀρτεῖχον (inde LIV. 44, 35, 19 aut -a aut scuto Ligustino). VARRO Men. 21 secuntur cum rutundis velites leves -is, antesignani quadratis multisignibus tecti. SALL. hist. frg. 3, 102 se quisque in formam -ae equestris armabat scuto vimineo (LIV. 26, 4, 4 -ae breviores quam e.). VERG. Aen. 9, 548 Helenor, . . . ense levis nudo -aque inglorius alba (SERV. quasi tiro . . . , quia picta arma iam probati in bellis habebant). 10, 800 nati -a protectus (de eadem 10, 817 -am . . . , levia arma [a clipeo distinguit SERV., a scuto CLAVD. DON. ad l.]). 11, 619 equites fugientes reiciunt -as (SERV. auct.: -a . . . est equestre scutum. cf. CLAVD. DON. ad l.). 11, 693 equitis. 11, 711 purā . . . interrita -ā Camilla (CLAVD. DON. ad l. pura -a, hoc

est expedita et sine pondere). PANEG. in Mess. 95 quis eques -a . . . tueri possit. PROP. 4, 10, 21. LIV. 2, 6, 9 per -am . . . transfixus eques. 2, 20, 10 -as obiciunt equites (2, 46, 5 consul. 4, 38, 4 equites). 22, 1, 9 Arpis -as in caelo visas (inde OROS. hist. 4, 15, 1. GLOSS. V 378, 7 -a: scuta in caelo Amazonum). 31, 35, 6 veliti Romano -am gladiumque habenti. al. PLIN. nat. 3, 43 Italia Amazonicae figurā desinens -ae (inde Mart. Cap. 6, 639 peltae Amazonicae. cf. GLOSS. V Aa p 100 -a: scutum leve, id est Amazonicum [sim. Abba PA 67. v. etiam l. 7]). SIL. 3, 234 rudis his Poenis velitibus tum -a, brevique bellabant ense. 10, 317 transfixi clipei . . . fractaque . . . -arum tegmina. 13, 167 equitis. 14, 212 equitum ductoris caelata gerebat taurum -a. MART. 9, 38, 2 non . . . efficies, ut tibi -a cadat (de pilario -a ludente ut 9, 38, 10. cf. p. 412, 6). IVV. 5, 154 simia equitans capella tegitur -a. insigne est principis iuventutis: R. GEST. div. Aug. 14 ab equitibus Romanis -is et hastis argenteis donatum (gr. ἀσπίσιω, Cass. Dio 55, 12, 1 αὶ πέλται. cf. fortasse GLOSS. I Ansil. PA 530 -as: ornamenta militaria).

2 cum respectu potius facultatis, potestatis (exempla potiora; saepe subluet color q. e. instructus, ornatus, maxime sub b [cf. p. 425, 18]): α usu communi; de iis qui -i sunt: α ad quaslibet actiones (exempla selecta inde a CIC.): PLAVT. Trin. 1189 tu in perendinum -us sis, ut ducas uxorem (cf. TER. Phorm. 907 nuntio -um me esse: . . . uxorem date). VARRO Men. 175 pransum ac -um esse (ad hanc locutionem fere proverbialem cf. l. 82 et p. 432, 5). CIC. Manil. 55 homines in maritimis rebus exercitatissimos -issimosque (peri- var. l.; item in c. abl.: GRAT. 158 in utroque -us canis [sc. sagacitate et virtute]. c. acc.: SEN. epist. 121, 6 in omnem significationem rerum . . . -a illorum saltatorum est manus. HIER. epist. 64, 11, 2 in ministerium dei. al.). Phil. 7, 26 excitati erecti -i armati animis iam esse debemus, ne . . . fallamur (LIV. 34, 34, 3 et a. et corporibus ad sustinenda ea [sc. laborem . . . ac periculum]. cf. p. 429, 63). de orat. 2, 190 mens . . . ad comprehendendam vim oratoris -a (fin. 1, 49 ad dolores. nat. deor. 3, 29 omne animal ad accipiendam vim externam . . . -um est [antea: patibilem naturam habet]. al. CAES. Gall. 1, 5, 2 ad eam rem. LIV. 27, 43, 11 ad iter. SEN. benef. 6, 15, 6 ad incursum procellae. al.). Tusc. 5, 76 contra . . . animi perturbationes satis esse videmur . . . illis disputationibus armati et -i (5, 88 fam. 5, 13, 1). Att. 16, 4, 4 profecturus -iorem . . . offendi Brutum, quam audiebam; nam . . . bona navigia . . . habet. CATVLL. 15, 12 tuum penem moveto quantum vis, ubi erit foris 1, -um] (nisi interpunctione sublata pro neutro accipiendum. cf. PRIAP. 46, 7 quamvis videar satis -us. 85 [Verg. 2], 18 -a . . . mentula [contextu corrupto]. Ov. fast. 1, 437 Priapus obscena nimium . . . parte -us. ARNOB. nat. 5, 9 p. 260, 22 M. Iovis ad obsceni certaminis expeditionem -i. MARCELL. med. 33, 8 in venerem. al.; cf. supra l. 13. 39). VERG. Aen. 5, 578 signum . . . -is ad lusum pueris . . . dedit. SEN. benef. 5, 2, 4 vir bonus ad ultimum usque vitae diem stabit -us et in hac statione morietur. epist. 88, 17 secunda exspecto, malis -us sum. PETRON. 40, 6 -i aucupes cum harundinibus fuerunt. CALP. ecl. 5, 42 ovium pullos nondum stare -os. ITALIA Luc. 12, 40 (cod. e al. = VVLG.) vos estote -i, quia qua hora non putatis filius hominis venit. al. technice in formula aulae byzantinae '-us' (sc. qua indicatur imperatorem -um esse ad caerimonias quasdam vel ludos sim.): CONSTANT. PORPH. caer. aul. byz. 2, 51 Migne gr. 112, 1289^A ὄταν ἴδῃ ὁ σιλεντιάριος, ὅτι πάντα ἐτοιμά εἰσι, καὶ λάβῃ τὸ -us (sc. 'imperator iam est' Reiske in transl.). cf. p. 431, 75.

β ad pugnandum sim. (exempla selecta inde a CIC.; ad notionem cf. OP. imperf. in Matth. 10 p. 685 miles non ille -us dicitur ad bellum, qui concupiscit exire, sed qui potens est exire): CATO orig. 101 exercitum . . . pransum -um cohortatum eduxit foras atque instruxit. FRG. inc. Serv. auct. Aen. 3, 384 (ex annalibus; sc. Ennii? v. O. Skutsch, ed. 1985, 771 sq., ubi et de var. coniecturis) confricati oleo, [Breimeier]

lentati -ique ad arma. CIC. Tull. 21 *servi* multi armati -ique occidunt *alios servos* (Caecin. 61 perinde valebit, quasi armatissimi [-issimi *var. l.*] fuerint, si reperientur ita -i fuisse, ut vim vitae . . . potuerint adferre. dom. 12 -i atque a. seditionis duces. BELL. Afr. 31, 3. LIV. 6, 26, 4 [*ironice de inermibus*]. *al.*). Manil. 5 *successorem* non satis esse -um ad tantum bellum administrandum. Phil. 3, 1 *Antonium* instructum et -um ad urbem venturum esse (CAES. Gall. 7, 59, 5 -o atque i. exercitu. LIV. 31, 42, 4 eques. 37, 23, 9 hostium aciem i. et -am ad concurrendum. *al.*). 11, 35 -um habet imperatorem . . . nec -um solum, sed peritum atque fortem (TREB. trig. tyr. 13, 3 patre . . . f. et ad bellum -o). Att. 7, 6, 2 illi tum arma dedimus, ut nunc cum bene -o pugnaremus. fam. 6, 6, 10 animatus melius quam -us Pompeius. CAEL. Cic. fam. 8, 10, 1 quam -us ab exercitu esses (*ibid. iterum*. PLANC. et BRVT. Cic. fam. 11, 13^a, 2 quam -issimi . . . ab e. reliquisque rebus. *cf.* PLANC. Cic. fam. 10, 8, 6 ab omni re sumus -iores [*postea*: legiones habeo quinque *eqs.*]). CAES. Gall. 2, 9, 1 nostri . . . ut impeditos adgrederentur, -i in armis erant. civ. 1, 6, 2 legiones sese habere -as x. SALL. Catil. 27, 2 ipse cum telo esse, item alios iubere, hortari uti semper intenti -ique essent (Iug. 49, 3 -i -ique essent . . . Romanos invadere. LIV. 24, 39, 4. 29, 6, 11. *al.* CVRT. 5, 11, 1. *al.*). NEP. Dat. 4, 3 (*opp. imprudentem*). LIV. 8, 19, 3 Samnites nondum -i erant ad bellum. 21, 53, 11 -os pugnae esse Romanos. *sim. al.* formula iubendi sollempnis in re militari 'i' (*conferasne p. 422, 67?*): PS. MAVRIC. strat. 12, 8, 16, 9 *ἔταν . . . μέλλει πάντως ἢ συμβολῆ συνάπτεσθαι, παραγγέλλει*: '-i!' (*trad. litt. graecis; inde Leo tact. 7, 74 Migne gr. 107, 756^c ἔτοιμοι*).

γ ad dicendum, disputandum, probandum *sim.* (*saepe in iure, causis agendis sim.*; *hunc usum fortasse respexit* SYNON. Cic. p. 442, 32 summus vir. -us. doctus. perfectus. eruditus. *eqs.*): RHET. Her. 1, 6, 10 aliter ac -i fuerimus nos esse dicturos (*cf.* CIC. inv. 1, 25 te brevius quam -us fueris esse dicturum). CIC. Quinct. 39 cum -us meditatique venisses (Verr. I 7 -um atque instructum in iudicium venire. 32 nemo . . . -ior, vigilantior, compositior ad iudicium. Brut. 158 nat. deor. 3, 2. *al.* Q. CIC. pet. 2 ad dicendum. VARRO rust. 2, 5, 2 ad partes. *al.*). S. Rosc. 82 *accusator* nos . . . -iores reperiet quam putabat (*sim.* CAEL. Cic. fam. 8, 6, 1). div. in Caec. 41 tempus . . . in his studiis . . . consumam, quo -ior ad usum forensem promptiorque esse possim. de orat. 1, 103 *Gorgiam* ad omnia, de quibus quisque audire vellet, esse -um. Brut. 145 hominem acutissimum et in iure . . . -issimum. rep. 1, 34 qua in disputatione . . . tu -ior es. *al.* VERG. ecl. 7, 5 Arcades ambo, et cantare pares et respondere -i (SERV. auct.: pro '-i, ut cantarent et responderent'; vel 'pares -i' quasi 'pariter -i'. SCHOL. Bern.: docti, periti alterna dicere. *cf.* Theocr. 8, 4 *δέδαμμένω*). SEN. contr. 9, 2, 2 -us erat accusator cum commentariis. 10 praef. 2 nihil erat illo *Scauro* venustius, nihil -ius. ASCON. Scaur. p. 22, 17 ad dicendum. Mil. p. 37, 32. tog. cand. p. 70, 22 -us eruditusque. Ivv. 16, 46 -i digredimur, *sc. in lite*. PLIN. epist. 3, 9, 16 vir exercitatus et vigilans et quamlibet subitis -us. 4, 9, 3 -us et vehemens. 5, 9, 2. PAVL. dig. 22, 3, 25, 4 nisi *id* . . . probationibus . . . ostendere -us sit. *sim. al.*

b accedit indicatio instrumenti (*sc. ablativo, nisi huc trahas et l. 44. p. 428, 71; subluceat passim color q. e. instructus, ornatus, quae adi. iuxta ponuntur l. 54. 59. 68. 70*): CIC. div. in Caec. 47 in iudicio omnibus . . . rebus is, qui princeps in agendo est, ornatissimus et -issimus esse debet (Att. 5, 20, 5 omnibus r. ad defendendum. BELL. Alex. 18, 1 neque nostri aut scalis aut cratibus aut reliquis r. -i venerant ad oppugnandum. LIV. 35, 44, 3 nec -us satis ulla re. AVG. catech. rud. 10, 3 quibus r. *dicendis*). Caecin. 60 scutis telisque -i ornatique. de orat. 1, 38 *Gracchi* omnibus vel naturae vel doctrinae praesidiis ad dicendum -i. Att. 9, 13, 4 *Caesarem* -um . . . peditatu, equitatu, classibus, auxiliis (fam. 15, 4, 6 adulescens et e. et p. et pecunia). fam. 2, 8, 2 Pompeium . . . ad omnia *providenda* . . . et animo et consilio (CAEL. Cic. fam. 8, 14, 4 et a. et copiis. VERG. Aen. 2, 799 *socii* animis opibusque -i [*sc. ire sim.*], in quascumque velim . . . deducere terras [*Serv. auct.*: fortes pariter et divites]. *si locos recte huc traximus, adde* HIRT. et DICT. *infra*; *ceterum cf. p. 431, 20*). HIRT. Gall. 8, 18, 2 ad proeliandum animo atque armis (LIV. 10, 16, 8 exercitum -um instructum a., stipendio [*si abl. ἀπό κοινού*]. DICT. 2, 39 a. atque animis). LIV. 42, 47, 3 *post indutias Persea* nihilo -iorem, Romanos omnibus instructiores rebus coepturos bellum. VITR. 3 praef. 1 gratia forensi et eloquentia cum fuerint -i *artifices* (*aliter interpunxit Krohn*). Tac. Agr. 42, 2 *Domitianus* -us simulatione (*si recte huc traxerunt e. g. Ogilvie-Richmond, 1967, ad l.*; simulationis *var. l.*). SVET. Claud. 42, 1 utroque . . . sermone (*nisi ad ay*; peritus *var. l.*). APVL. Plat. 2, 21 vigore mentis ad omnia perpetienda. *al.*

B de rebus (*partes et coetus animantium supra inseruimus*): 1 *notione communi* (*ad rationem hominis -i propius accedente*): CIC. Tusc. 4, 52 non . . . desiderat fortitudo advocatam iracundiam, satis est instructa -a armata per sese. Att. 8, 15, 2 victoria . . . ita incerta, ut deterior causa -ior mihi esse videatur. fam. 2, 4, 2 est . . . tibi gravis adversaria constituta et -a, incredibilis quaedam expectatio. Ov. epist. 10, 113 (*loq. Ariadne*) *fuistis* vos quoque crudeles, venti, nimiumque -i, flaminaque in lacrimas officiosa meas (VAL. FL.

1, 691 sedent ad iussa ministri, qualiter ad . . . solium lovis omnia circum prona -a deo, ventique imbresque *eqs.*). SEN. contr. 9, 3, 2 *indulgentia* -a, quidquid posceretur, dare (*parat var. l.*). SEN. Thy. 824 sol . . . occiduus tenebras . . . iubet surgere nondum nocte -a: non succedunt astra *eqs.* clem. 1, 1, 9 *imperatoris* clementiam -am humanis erroribus. benef. 1, 6, 1 *beneficium est* benevola actio . . . in id, quod facit, prona et sponte sua -a (*sim.* 2, 1, 3 beneficia -a, facilia, occurrentia *eqs.*). dial. 4, 5, 2 haec non est ira, feritas est; . . . -a est, dum noceat, vel accipere *iniuriam*. 5, 8, 5 vir bonus, sed irae -ioris. epist. 59, 7 -a praesidia sint (*sc. virtutes quae comparantur cum exercitu pugnae -o*). 71, 30 *quae philosophia docet*, nondum tam -a haberem . . . , ut ad omnes casus procurerent. PETRON. 119 vers. 6 fatis . . . in . . . bella -is (*cf.* FIRM. math. 4, 19, 37 *dominus geniturae* ad nocendum -us). PLIN. nat. 11, 83 cum . . . captura incidit, quam vigilans et -us *accursus* *araneorum* (ad cursum *var. l.*). STAT. Theb. 12, 32 *qui propinquos caesos quaerunt*, ruunt planctu pendente et ubique -o. Ivv. 6, 273 *uxor plorat* lacrimis semper . . . -is in statione sua atque exspectantibus illam, quo iubeat manare modo (SCHOL. metaphora a militibus. paulo *aliter l. 25. 35 p. 425, 33*). *al.*

2 *coloribus peculiaribus* (*sc. imagine hominis -i fere evanida; exempla manifestiora*); -um esse dicitur: **a** quod subitum est actionem quandam imminentem: LVCR. 6, 564 in domo terrae motu concussa protractae . . . trabes inpendent ire -ae (*cum inf. ut* GREG. TVR. vit. patr. 2, 4 p. 671, 25 iam . . . -um est iugum . . . cum ipso igne corruere). STAT. Theb. 9, 36 deriguit iuvenis lacrimaeque haesere -ae. **b** quod per se facile admittit quosdam effectus (*hucine p. 426, 18?*): VITR. 2, 8, 1 *structurae* genus venustius est reticulatum, sed ad rimas faciendas . . . -um. LVCAN. 6, 93 caelo . . . -ior unda omne pati virus duravit *bibentium* viscera caeno (ADNOT.: quod facilius aqua ad se morbi contagionem trahat quam aer). RVFIN. Orig. princ. 2, 11, 4 v. vol. X 2, 652, 68. **c** quod obvium est, facile apparet: SEN. Oed. 77 peste saeviente negatur uni . . . in hoc populo mihi mors *tam* -a? ([*l. iam var. l.*]. epist. 30, 16 a quo . . . non prope est *m.*, -a omnibus locis omnibusque momentis? *aliter p. 425, 79. 426, 7. 56. 427, 64*). PLIN. nat. 11, 146 *lacrimarum* umor in dolore tam fecundus et -us (PLIN. epist. 2, 17, 25 quocumque loco moveris humum, obvius et -us u. occurrat).

appendix structurarum (*sc. saepe a locutione -um esse, habere sim. pendentium*): **1** indicatur is (*id*), cuius commodo vel incommodo quid -um (*quis -us*) sit: **a** dat.: PLAVT. Asin. 123 argentum . . . filio. Epid. 125 scapulis symbolae. *et saepe*. **b** *praepos.*: CIC. Mil. 56 contra illum (Phil. 11, 35 c. Dolabellam. *al. v. p. 428, 59*; *ceterum*: VVLG. Esth. 11, 6). fin. 1, 49 ad dolores (*item ad res*: Tusc. 5, 89 fam. 6, 6, 12. *al.* HIRT. Gall. 8, 47, 2 SEN. benef. 6, 15, 6. *al.*; *ad animantes*: TERT. idol. 18 p. 53, 6 poenae ad impios -ae. ITALA exod. 32, 26 [*Lugd. al.*] ad dominum [*Ambr. epist. 66, 7 a domino*; -us *inseritur contra LXX et Vulg.*]). PLANC. et BRVT. Cic. fam. 11, 13^a, 2 ad omnia pro vobis (VAL. MAX. 7, 3, 7. EPIST. pontif. Arel. 54 p. 79, 39 [*eadem* 56 p. 83, 17]). SALL. Iug. 101, 2 adversum omnia (Cod. Iust. 6, 44, 4 [*a. 240*]. EVGRAPH. Ter. Phorm. 426). NVX 126 semper habent in me tela -a viae. INSCR. Année Epigr. 1975 n. 880 (*Africa, saec. III ex.*) ob . . . -um (er)ga <omn(e)s amorem.

2 indicatur ad quem finem, propositum *sim.* quis -us (*quid -um*) sit: **a** *structura verbali* (*gerund. v. sub b*): **α** *enunt. secund.*: PLAVT. Trin. 1189 -us sis, ut ducas uxorem (*al. v. maxime p. 427, 44*; *ceterum e. g.*: CIC. Verr. II 5, 183. CAES. Gall. 2, 9, 1 [*nisi rectius iudicavit Meusel ad l.*]. SALL. Iug. 91, 2. *al.*). CIC. Verr. I 2 cum sint -i, qui . . . conentur (*al. v. maxime p. 427, 29*). ADNOT. Lucan. 5, 731 -us, quid uxori suaderet, sermone deficitur (*nisi ad c*). **β** *inf.*: act. vel depon. v. p. 427, 5 *sqq.*, *ceterum e. g. supra l. 23. p. 429, 20. 41* (*sc. inf. praes.*; *fut.*: CIC. carm. frg. 35 fore. DIONYS. EXIG. Avell. p. 472, 11 [*copula supplenda*]; *perf.*: LVCAN. 3, 344 [*iuxta praes.*]. 10, 150 MOYS. Cypr. epist. 31, 5 p. 561, 3). **pass.**: CIC. Tusc. 2, 5 et refellere . . . et refelli . . . -i sumus. PLANC. Cic. fam. 10, 21, 6 depugnare . . . , obsideri . . . , mori. VAL. MAX. 3, 2, 19 vinci (SEN. dial. 1, 3, 3 MART. 7, 42, 3). APVL. met. 2, 10, 3. ITALA I Petr. 1, 5 (cod. s *al.* = VVLG.) salutem -am revelari in tempore novissimo (*cf. p. 424, 33*). *al.* **γ** *acc. c. inf.*: v. p. 427, 71.

b *structura nominali* (*cf. etiam adv. e. g. p. 427, 24*): **α** *praepos.*: FRG. inc. Serv. auct. Aen. 3, 384 ad arma ([*sc. actio pugnandi intellegenda*]. CIC. div. in Caec. 41 ad usum forensem. *item passim iuxta subst. vel pron., e. g. p. 426, 16. 427, 40. 428, 55*; *iuxta gerund.*: p. 426, 12. 427, 33. 428, 55. 56. *al.*). VERG. Aen. 2, 61 in utrumque (*al. v. p. 427, 47. 428, 50*; *ceterum*: SEN. benef. 1, 6, 1 PETRON. 119 vers. 6. *al.*; *cf. in c. abl. pro acc.*: CLEM. ad Cor. 2, 7 -i in omni opere bono [*gr. εἰς, cf. VVLG. Tit. 3, 1 ad omne opus*]. GREG. TVR. Franc. 2, 2 p. 39, 5 cum . . . iamiam . . . in conflictu -i essent. *al.*). VEN. FORT. vita Germ. 76, 205 -us pro misericordia, . . . currens pro venia. **β** *dat.*: v. p. 426, 22. 427, 51 *nec non e. g.* LIV. 21, 53, 11 pugnae. SEN. epist. 59, 7 CVRT. 3, 8, 23. **γ** *acc. gr.* (*nisi ad c*): VAL. FL. 6, 756 rapuere deum iam iam quodcumque -ae Thyiades (in q. cod. *unus recentissimus et edd. fere omnes*). **δ** *vix recte gen. tuentur edd. quidam loco corrupto* CIC. leg. 2, 66 tuendae . . . [Breimeier]

civitatis -issimus (perit- *Stephanus*, v. C. F. W. Müller, *Rhein. Mus.* 55, 1900, 640; non est quod conferas falsam var. l. p. 429, 73).

c structura manca (sc. subintellegenda est e contextu determinatio quaedam breviliquio omissa; exempla potiora; cf. et p. 430, 60. 82):

CIC. Q. Rosc. 49 si quando me peierare (vis), . . . -um fore scito. BELL. Afr. 33, 1 se . . . -os, quaecumque imperasset, et libenti animo facturos. VERG. Aen. 2, 799 v. p. 429, 64. STAT. Theb. 9, 170 vadit . . . respiciens tamen et, revocent si forte, -us. *dubium, utrum struct. fin.* (e. g. ire sim.) *subaudias, an indicationem loci*: LIV. 36, 1, 9 legiones essent -ae, quo senatus censuisset (42, 35, 5).

3 indicatur ad quod tempus vel in quem locum quis -us (quid -um) sit (cf. etiam l. 9): PLAVT. Most. 700 res -a est mala in vesperum huic seni (Trin. 1189 in perendinum. CAES. civ. 3, 86, 5 in posterum. BELL. Afr. 1, 2 in dies horasque. PETRON. 18, 5 in crastinum. al.). LIV. 27, 27, 2 ut ad locum miles esset -us (aliter, sc. cum respectu temporis: ITALA Esth. 3, 14 [cod. 130, sim. 146] ad diem hunc [Vulg. pararent se ad praedictam diem]. PEREGR. Aeth. 36, 5 ad horam . . . secundam).

4 indicatur qua re vel quo respectu quis -us (quid -um) sit: abl. saepe, v. imprimis sub IIA2b; iunctura sollemnis animo -us CIC. Phil. 7, 26 (potius abl. limit. ut: PLANC. Cic. fam. 10, 8, 6 CAES. Gall. 7, 19, 2 civ. 3, 85, 4. al. BELL. Alex. 45, 4 LIV. 34, 34, 3. al.; potius vi instrum. p. 429, 63). praepos. maxime in c. abl. p. 428, 49. 429, 39. al., ab p. 425, 69. 429, 13.

p. p. p. neutr. pro subst. **paratum**, -i (exempla certiora; servata struct. verbali l. 31 sqq. 41. al.; abiit in serm. gr. l. 66. 75): 1 plur.; significantur res: a quae potius a parante quodam partae, acquisitae vel factae sim. sunt: PLAVT. Merc. 88 aedificat navim . . . et mercis emit, -a navi imponit (sunt qui abl. sing. intellegant, ut ad usum verb. pertineat). HOR. sat. 2, 3, 167 barathrone dones, quidquid habes, an numquam utare -is. LABEO dig. 32, 29 pr. concubinae causa -a (VLP. dig. 32, 45 uxoris c. -a. item in definiendis legatis: SCAEV. dig. 34, 2, 36 omnia potui -a 'pocula' dicuntur. VLP. dig. 32, 49, 3 [distinguantur empta]. 32, 55, 9 [=50, 16, 167] ad faces . . . -a. PAUL. dig. 32, 78, 6 [e Val.] emptorum -orumque appellatione). LVCAN. 4, 374 luxuries numquam parvo contenta -is (paratu var. l.; ADNOT.: id est parvo emptis). SIL. 15, 495 bello . . . -a prodigere in bellum. ITALA deut. 32, 35 (Lugd., sim. al.) prope est dies perditionis eorum et advenerunt -a vobis (gr. πάρεστιν έτοιμα υμιν, Veron. adest -a vobis, sc. dies; aliter Vulg.). AMM. 15, 8, 18 ne -a diffluerent (antea: paratis . . . universis, quae eqs.). PRVD. epil. 24 -a ligno (sc. supellex vilis; opp. empta magno). b quae potius nullo parante ad manum sunt, obvia sunt sim.: VARRO rust. 1, 7, 10 antiqui prata -a appellarunt (sim. PLIN. nat. 18, 29. cf. p. 425, 30 sqq. 426, 14). HOR. carm. 1, 31, 17 frui -is (PORPH.: aut 'his quae ego paravi' aut 'quae . . . in promptu sunt omnibus'. cf. SEN. epist. 90, 18 ad -a nati sumus [postea: omnia necessaria obvia erant et . . . opera levi parabilia]. GELL. 6, 16, 6 per luxum animi -a atque facilia fastidentis [sec. Eurip. frag. 892, 3 άπερ πάρεστι]). SEN. epist. 55, 6 cum tempestas piscatoribus dedit ferias, manus ad -a porrigitur (sc. ad pisces fluviales). TAC. hist. 4, 39, 3 Scribonianus . . . ne -is quidem corrupti facilis, adeo metuens incerta (ad a trahere videtur Heubner, 1976, ad l. alique, sed respectum opportunitatis intellegere malimus coll. ann. 6, 37, 1 -a capessere). PAP. Corp. 40, 2 lupus m(a)nsit quasi -a cenaret (gr. Babr. 16, 4 έτοιμα).

2 sing.: a usu communi (sc. iisdem coloribus, quos sub 1 distinximus; dub. an huc spectet structura nondum certe explicata TER. Andr. 523 p. 422, 54): TER. Eun. 542 quo in loco dictum est convivium fieri, -i nihil est (SEN. epist. 123, 1 in villa mea n. habeo -i nisi me [-um var. l.]. cf. CIC. Att. 8, 3, 4 'recuperabit rem publicam'; . . . quid ad eam spem est -i?). PERS. 1, 90 verum nec nocte -um plorabit, qui eqs. (SCHOL. lamentationem nocte excogitatam). VLP. dig. 32, 47, 1 (distinguitur emptum, v. vol. V 2, 511, 41). LACT. inst. 2, 8, 26 erit . . . deus minoris potestatis, si ex -o facit; quod est hominis. *dubium, an huc pertineat*: SVDA A 2701 άντιπαράτωρα άντικόσμησις . . . , παράτον γάρ ή παρασκευή παρά 'Ρωμαίους (inde II 470; lateine potius paratus, -us? ad neutr. gr. pro masc. lat. cf. Psaltes, *Gramm. byz. Chron.*, 1913, 186). b in locutione adverbiali ex -o fere pro facile sim. adhibita: IREN. 2, 2, 4 qui non possunt statim aliquid ex -o fabricare, sed . . . multis organis indigent (vix de materia ut l. 64). HIPPOCR. progn. 24 p. 154, 1 A. pueris . . . spasmi nascuntur, si eqs.; fiunt . . . haec [ex -o] pueris novellis (l. si recte restit.; om. cod. alter, ex aperto vel ex parte alter, gr. έξ έτοιμοτάτου, var. l. έξ έτοιμον).

c t. t. aulae byzantinae in caerimoniis, ludis sim. incipiendis τó πέρατον (derivandus a formula 'paratus', v. p. 428, 74; ad formam περ- cf. supra p. 321, 9 et Psaltes, *Gramm. byz. Chron.*, 1913, 3; quodam modo sublucere videtur notio deflexa q. e. iussum, permissum sim.): CONSTANT. PORPH. caer. byz. 1, 73 (64) p. 94, 4 V. δίδωται τó -ον από κελύσεως διά του πραιποσίτου. 1, 77 (68) p. 112, 7 ó δέ βασιλεύς κελύει τώ πραιποσίτω δοθήναι τó -ον. 1, 81 (72) p. 160, 2 (cf. l. 5 δίδωσι διάταξιν). al. ibid.

p. p. p. masc. pro subst. **paratus**, -i (compar. -iores et superl. -issimi CIC.). exempla potiora (servant struct. verbi vel adi. pro-

prias SEN., SCAEV., HIER.; *negleximus e. g.* LIV. 30, 16, 7 VAL. FL. 1, 174. 180. AVG. serm. 100, 1, 1 p. 602, ubi potius adi. praedicative positum intellegas pron. vel subst. non aperte indicato). I significantur homines instructi, apti vel propensi sim.: sing.: VARRO

Men. tit. pransus -us (cf. p. 428, 46). SCAEV. dig. 22, 1, 47 -um iudicium accipere, si ab adversario cessatum est, moram facere non videri. plur.: CIC. fin. 2, 119 quamquam aliquid ipse poteram (sc. dicere sim.), tamen invenire malo -iores. ATT. 11, 9, 1 video imparata et infirma omnia contra -issimos (ad pugnandum ut: LVCAN. 1, 281 semper nocuit differre -is). HIER. epist. 50, 5, 1 congerere maledicta . . . scurrarum est et -orum semper ad lites (parasitarum et al. var. ll., parasitorum edd. vet.). COMM. instr. 1, 23 tit. de ubique -is (ad rem v. 1, 23, 2 tamquam parasitus facis te ubique paratum).

2 significantur homines a parante quodam acquisiti, empti: SEN. clem. 1, 18, 1 parcere . . . captivis et pretio -is.

adv. **paratē**. legitur apud PLAVT., CIC., SEN. utrumque, al.; compar. -ius inde a CIC., superl. -issime inde a PLIN. epist. [confunditur cum paratus, -a, -um e. g. SEN. contr. 10 praef. 16 CASSIOD. hist. 1, 7, 3 (v. infra sub 2; falso trad. SEN. contr. 2, 1, 32).]

fere i. q. modo parato, ratione parata sim. (accedit passim ad verba, ad esse cum praedicativo CASSIOD. sub 2 [cf. et -e habeo l. 53]; sine verbo ponitur in exclamatione PLAVT. Epid. 374 sub 1):

1 respicitur potius praeparatio, instructio sim. agentis vel eius in parando diligentia, providentia, cura sim. (saepe in dicendo, argumentando): PLAVT. Epid. 374 (ad servum consilia sua aperientem) ut -e (cf. 356 euge, 359 haud male). RUD. 193 id si -e curavi ut caverem. CIC. S. Rosc. 72 diligentius -iusque venisses in iudicium (Brut. 241 orator quidam ad dicendum veniebat magis audacter quam -e). PHIL. 2, 79 invecus est copiosius multo in istum et -ius Dolabella quam nunc ego. de orat. 1, 150 sumpto spatio ad cogitandum -ius atque accuratius dicere (opp. subito . . . dicere). SEN. contr. 9, 5, 11 hoc colore . . . -ius usus est (Müller, partius et pertius trad., peritius Gertz, alii alia). 10 praef. 16 causas nemo diligentius proposuit, nemo respondit -ius (PLIN. epist. 3, 9, 32 [disting. confidenter an constanter]). ANIAN. Chrysost. hom. 5, 1 p. 1021/22 memoriter prius audita retinentes -ius atque instructius ad recentia convolutis (Migne gr. 57, 55 οὐτω tantum). AVG. epist. 167, 2 p. 588, 10 vaniloquis . . . litigatoribus -ius instructiusque resistimus. serm. 37, 10 l. 240 (ad prov. 31, 17 succincta fortiter lumbos eqs.) quam devote servit, quam -e (apparate Maurini; vix ad 2). 2 respicitur potius animus pronus, voluntas sim. agentis (fortasse potius eius prompta celeritas e. g. SEN.):

CIC. off. 1, 84 (83) dimicare . . . -ius de honore . . . quam de ceteris commodis (antea: promptiores . . . esse). SEN. benef. 2, 2, 2 qui tam -e facit, non est dubium quin libenter faciat. DON. Ter. Andr. 324, 1 -issime narrat (antea: nulla cunctatione). COLLECT. Arian. nom. apost. 11 celeriter domino oboedivit et -e post ipsum secutus est. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 11 p. 618 Caesarem . . . multo quam ipse -ius memoria renovantem Antipatri expeditiones (gr. 1, 283 έτοιμότερον). PRVD. perist. 14, 87 vulnus ut imminens cervix subiret prona -ius. CONC. S I 3 vers. Tur. p. 192, 12 Christus annuit . . . -issime diligentibus se (gr. I 1, 4 p. 34, 6 κατανεύει . . . έτοιμώς). CASSIOD. hist. 1, 7, 3 qui fuerint dei sui sic -issime proditores (paratissimi cod. unius man. alt.; gr. Sozom. 1, 6, 3 έτοιμώς). in graecismo -e habeo fere i. q. paratus sum: ITALA act. 21, 13 (cod. e) mori . . . -e habeo (v. vol. VI 3, 2452, 39). CONC. S I 3 vers. Tur. p. 188, 7 -e . . . in hoc, sc. ad pacem, habentes nos invenit (var. ll. paratos . . . in hoc invenit [cf. vers. alias, e. g. I 2 p. 104, 27] vel paratam . . . in hoc habentes pacem i.; gr. e. g. I 1, 4 p. 16, 17 έτοιμώς . . . έχοντας). 3 respicitur potius facilitas, qua quid fit: quod fere necessario consequitur ex ipso actu vel statu: SEN. dial. 7, 8, 6 quidquid agetur a sapiente, in bonum exhibit facile et -e et sine tergiversatione agentis. PHILO quaest. in gen. 4, 179 (ad gen. 26, 3 ero tecum et benedicam te) dei . . . comitium (i. praesentia sim.) benedictionem . . . -issime praestat. quod pendet ex arbitrio alieno: RVSTIC. CONC. S I 4 p. 214, 2 dic, quis alterum sit corripiendo lucratus, . . . quis imitatus Petrum et (quis) ad paenitentiam -e susceptus (act. 2, 38 contulit ed., sed subesse videtur potius Matth. 18, 15 sqq. et 21 sq.). CASSIOD. hist. 1, 11, 36 -issime beneficium promeruit Eutychianus, quod poposcit (gr. Sozom. 1, 14, 11 έτοιμώς . . . λαβεϊν).

deriv.: parabilis, parabundus, 1. paratio, parator, paratura, 2. paratus, parito.

compos.: ap-, 1. com-, dis-, prae-, re-, se-, supparo, impero; imparatus; cf. opiparus (-is).

cf. Onom. Paratus.

? 2. paro, -āvi, -ātum, -āre. a par, nisi potius cum 1. paro coniungendum. hoc verbum agnovisse videtur PRISC. gramm. II 131, 27 paenultimam corripit 'parilis' a pare . . . derivativum, quod a verbo '-o' nascitur (unde 'comparo' . . . ; proprie enim pares sunt, qui inter se possunt comparari). fere i. q. parem facere, sc. aestimando sim.: 1 in lusu verborum cum par: PLAVT. Curc. 506 eodem . . . vos trapezitas pono et [-o]: parissimum estis hibus lenonibus (l. pari Leo dubitanter [cf. vol. VII 1, 191, 3 sqq.]; ad 1. paro revocant Ernout-Meillet⁴ 481 s. v. par). 2 technice in re publica: v. 1. paro sub capite altero.

deriv.: ? 2. paratio. compos.: cf. 2. comparo (dub., an huc spectent quaedam exempla vocum disparo et supparo).

3. paro, -ōnis m., παρών. nom. gr. -on PAVL. FEST. p. 147. [falso trad. meo -e pro myoparone PAVL. NOL. epist. 49, 15 p. 403, 21. vix recte conii. -es pro prores SISENNA hist. 105, -um pro (bar)barum AVR. VICT. Caes. 39, 21.]

significatur genus navium: 1 testimonia gramm.: PAVL. FEST. p. 222 -es navium genus, ad cuius similitudinem myoparo vocatur (cf. p. 147 myoparo . . . ex duobus dissimilibus formatum; nam et mydion et -on per se sunt). GELL. 10, 25, 5 navium . . . appellationes, quae in veterum libris reperiuntur, hae sunt: . . . mydia, phaseli, -es, myoparones eqs. ISID. orig. 19, 1, 20 sq. -o navigium (navium vel var. l.) piratarum aptum et ex his ita vocatum (affert CIC. infra) . . .; (21) mioparo quasi minimus -o; est enim scapha ex vimine facta eqs. (inde partim corrupte GLOSS. I Ansil. PA 535 -o. 536 paroa). 2 exemplum usus: CIC. carm. frg. 8 tunc se fluctigero tradit mandatque -i (-e cod. unus. si frg. recte carmini q. d. Marius tribuitur, conferri potest CIC. Sest. 50 navigio perparvo. versus iterari videtur in pavimento operis musivi sub imagine -is CE 2294, 10 [saec. II vel III in.] (...)atq. -i).

deriv.: parunculus.

Breimeier.

parobsis v. paropsis.

paroch- v. etiam paroec-.

parochēnsis v. paroeciensis.

parochus (-os), -ī m., πάροχος. 1 testimonia gramm. de notione et de origine: PORPH. Hor. serm. 1, 5, 46 -i . . . cupiarii dicuntur ἀπὸ τοῦ παρέχων . . .; hodieque autem a copiariis praestantur haec iis, qui rei publicae causa iter faciunt. NON. p. 48, 21 -os (paracos trad.) a graeco tractum est nomen, quod vehicula praebat (Iunius; praeeat codd., def. Lindsay); δῆματα enim graece . . . appellantur; et est officii genus, quod administrantibus paret (affert VARRONEM). SCHOL. Hor. sat. 1, 5, 46 -i genus officii solitum peregrinis sales et ligna praebere; et significat publicum cursum. ibid. -i sunt qui solent legatis causa rei publicae iter facientibus necessaria ministrare, publici muliones; παρέχων est exhibere. 2, 8, 36 -i: pascentis ἀπὸ τοῦ παρέχων, id est pastoris illius, qui convivium praebat. ibid. -i dicuntur qui hospitibus publice exhibent necessaria; hic tamen pascentis et domini. 2 usus auctorum: a fere technice in re publica significatur is, qui magistratibus sim. hospitium praebet (ad rem v. Zucker, RE XVIII 4, 1670 sqq.): VARRO Men. 475 hic . . . omnia erat, idem sacerdos, praetor, -os; denique idem senatus, idem populus (paracos, paratos codd.). HOR. sat. 1, 5, 46 proxima Campano ponti quae villula, tectum praebet et -i, quae debent, ligna salemque.

b iocose transfertur ad quemlibet hospitium praebentem: CIC. Att. 13, 2^a, 2 Sestius noster -us publicus occupavit Ariarathen regulum (vix ad a, v. Shackleton Bailey ad l.). HOR. sat. 2, 8, 36 Vibidius calices poscit maiores: vertere pallor tum -i faciem, nil sic metuentis ut acris potiores.

parocia v. paroecia.

parocimum v. paronychium.

parodia, abl. -ā f., παρῳδία. scrib. litt. gr. QVINT. [vix recte loco corrupto PORPH. Hor. epist. 1, 16, 73 conii. Pauly, Beiträge zur Kritik des . . . Porphyron, 1876 ad l. (praedia trad.; παρῳδία Petschenig).] i. versus (dictum) ad alterius similitudinem compositus, unde fere sensus irridens oritur: QVINT. inst. 6, 3, 97 adiuvant urbanitatem . . . versus commode positi, seu toti ut sunt . . ., seu ficti notis versibus similes, quae -a dicitur. DON. Ter. Eun. 590 'sonitu concutit': -a de Ennio (scaen. 380). PS. ASCON. Verr. p. 215, 22 dictum . . . in Metellos . . . Naevi est: 'fato Metelli Romae fiunt consules' . . .; de quo (qua codd. et edd.) -a subtiliter Cicero dixit: 'te non fato, ut ceteros ex vestra familia eqs.'

parodieus, -a, -um, παροδικός. i. q. pertinens ad πάροδον, sc. technice: in astrologia respicitur cursus stellae (quae temporalis, χρονολογία effecta esse dicitur; cf. Vett. Val. p. 100, 29 ἀγαθοποιῶ μὴ ἐφεστῶτος παροδικῶ ἢ κατὰ γένεσιν): FIRM. math. 5, 3, 3 tunc decernit uxorem bonam, cum -us Saturnus (id est temporalis) aut Lunam de quadrato viderit, aut eqs. in arte metrica est nomen versus iambici (si recte restituitur): FRG. Bob. gramm. VI 620, 3 tetrametrum catalecticum, ut est apud Aristophanem, quod [-um] dicitur ab eo, quod intrantes caveam (Wilamowitz, Kl. Schr. IV 413, 2, trans scabiam trad.) chori id genus carminis canere soleant ([-um] Wentzel, parhoetiicum cod.; sed fortasse rectius emendatione cautiore parhodiicum proposuit Wilamowitz l. c.; cf. imprimis προσοδικός [t. t. metr.] iuxta προσοδικός).

*paroecia (par(r)oc(h)ia), -ae f., παροικία. de scriptura (sc. codd. fere antiquiorum): paroeci- AVG. civ. 14, 24 p. 51, 18 D. cod. V (paroci- V²). CONC. S II 2, 2 p. 108, 25 cod. Θ. GEST. Melet. 1, 2 sqq. (Zeitschr. neutest. Wiss. 35, 1936 p. 159, 13 sqq.). al., praevalet e. g. in codd. CASSIOD. hist.; cf. paroechi-, parroeci- SVLP. SEV. dial. 1, 8, 2 cod. V. CONC. S II 2, 2 p. 58, 21 cod. r. MARCELL. chron. II p. 93, 486 cod. T. al. sed iam codd. antiquissimi multo saepius praebent par(r)oc(h)i-, e. g. DIDASC. apost. (cod. Veron. saec. VI parroci- ter, paroci- semel) et Concilia Galliae (v. Corp. Christ. 149 et Mon. Germ. Hist. Leges III 1), sc. cod. Paris. 12097 saec. VI/VII (parroci- vel parrochi-), cod. Colon. 212 ca. a. 600 (parroci- passim). al.; v. p. 434, 7 atque Niedermann, Gnomon 14, 1938, 275. ceterum inveniuntur

etiam parychy-, parruchi-, parrochi- al. de notione: EVCHER. instr. 2 p. 160, 12 -a adiacens domus, id est dei; dioecesis gubernatio (cf. GLOSS. I Ansil. PA 538 -a: adiacens domus aut dioecesis). GLOSS. V Abba PA 57 adiacens vel incolatus. GLOSS. V 318, 56 statuta loca. 318, 60 -idas: subiagentis. 379, 33 loca adiacentia ecclesiae. 424, 15 in diocesi: in -a. legitur in sermone christ. inde a saec. IV exeunte.

[e forma paroecia: francog. paroisse; prov. vet. parrocho et var. franco-prov., prov. cf. M.-L. 6249. Wartburg VII 658 sqq. St.]

significatur pars ecclesiae christianae, sc. vel societas, congregatio Christianorum vel eorum regio, territorium ad clericum quandam pertinens (qui colores saepe aegre diiudicantur; praevalet respectus societatis e. g. l. 38. 40. 54. p. 435, 8, respectus localis e. g. l. 19. 36. 37. 46. 82. graece fere respondet παροικία. de origine et usu vocis v. de Labriolle, Arch. Lat. Med. Aevi 3, 1927, 196 sqq.):

1 de singulis congregationibus fere ruri sitis, quibus praest presbyter (chorepiscopus l. 32; syn. est dioecesis l. 42. 55. 63, at distinguitur l. 28. 36): a in universum: CANON. Migne 13, 1188^A (decr. Damasi) paschae tempore presbyter et diaconus per -as dare remissionem peccatorum . . . consueverunt. HIER. epist. 82, 8, 1 eum in -a

sua (episcopi Hierosolymitani) Bethleem presbyterum constitutum (postea: in . . . territorio). c. Vigil. 3 presbyteri quidam -as suas vicinia terrarum divisus . . . per singula loca ecclesiarum dei -is et incolatibus distinguetur (AVG. civ. 14, 24 p. 51, 18 D. presbyter fuit . . . in -a

Calamensis e. GREG. M. epist. 1, 76. al.). AVG. epist. ed. Divjak 23 A, 2 Iosias Russicadensis -ae presbyter. EPIST. pontif. 299 Migne 20, 520^A

ecclesias in dilectionis tuae constitutas -is. 317 Migne 20, 606^C Felicensem -am ad suam (episcopi) dioecesis . . . pertinentem. 337

Migne suppl. 1, 797 ne quis -as in alterius territorio civitatis crederet retinendas. ibid. contentus -is iure tibi debitis. CONC. Reg. a. 439

(Corp. Christ. 148) l. 74 episcopo irrita ordinatione creato unam -arum suarum ecclesiam cedere, in qua aut chorepiscopi nomine . . . aut

peregrina . . . communionem frueretur. CONC. S II 2, 2 p. 37, 20 rusticas -as quae sunt in singulis provinciis (sim. aliae vers., sc. p. 58, 14. 90, 27

rusticanas. 101, 22. 108, 25 rurales). SIDON. epist. 7, 6, 8 in desolatis . . . dioecesibus -isque. CONC. Agath. a. 506 (Corp. Christ. 148) l. 196

extra -as . . . oratorium in agro habere. Aurel. a. 541 p. 93, 7 si quae -ae in potentum domibus constitutae sunt. CAES. AREL. serm. 1, 1

in -is quoscumque rusticos . . . admonere. 2 admonitiones simplices -is necessarias in hoc libello conscripsimus (cf. 13 tit. sermo in -is necessarius). VITA Caes. Arel. 2, 19 per -as ambulabant clerici cum Caes.

(2, 18 syn. dum dioceses visitaret). et saepe. b opp. ecclesia episcopalis urbana per: ecclesia (cf. l. 23 sqq.): DIDASC. apost. 9, 8

pastor qui constituitur in visitatione praesbyterii et in ecclesiis omnibus et -is. PAVL. NOL. epist. 3, 6 tam in ecclesiis quam in monasteriis

Carthagini Thagastae Hippone Regio et totis -is tuis atque omnibus . . . locis. EPIST. pontif. Arel. 1 Arelatensis ecclesia, quae sibi

Cytharista et Gargarium -as in territorio suo sitas incorporari iure desiderat. CONC. Carth. a. 419 (Corp. Christ. 149) p. 107 l. 207 nec

in sua ecclesia vel -a communicet episcopus accusatus. SIDON. epist. 7, 6, 8 per rusticas . . . solitudo -as (opp. urbanarum ecclesiarum).

EPIST. pontif. 976 Migne suppl. 4, 1286 ecclesia Sessulana quae Nolanae ecclesiae esse videtur -a. ibid. si tanta est ecclesiae Sessulanae penuria, ut -a esse non possit, eam potius titulum Nolanae ecclesiae

constitue. GREG. TVR. Franc. 6, 38 (syn. diocesis). al. civitas: EPIST. pontif. Thiel Felix 13, 9 aut in -a presbyter aut episcopus in

civitate (sim. CAES. AREL. serm. 1, 12 p. 11, 1). CONC. Agath. a. 506 (Corp. Christ. 148) l. 203 non nisi in civitatibus aut in -is teneant

missas, non in oratoriis in agro sitis. Vas. a. 529 p. 56, 17 non solum in civitatibus, sed etiam in omnibus -is. Arvern. a. 535 p. 69, 1 neque

in civitate neque in -is . . ., sed in villolis. VITA Caes. Arel. 2, 20 praedicationem, quam non solum in civitate, sed etiam in omnibus -is

fecit (antea: cum in dioceses venissemus). al. urbs: MONTAN. epist. 1, 2 non solum -arum, sed et urbium cura . . . sollicitet metropolitanum.

GREG. TVR. glor. conf. 105 p. 815, 16 huius urbis episcopus non est coram, eo quod illum causa visendarum -arum elongaverit.

2 de dioecesi, provincia, cui praest episcopus (sive suffraganeus, e. g. l. 77. 78, sive metropolitanus, e. g. l. 71. p. 435, 5; syn. diocesis l. 84. al.): CONC. Taur. a. 398 (Corp. Christ. 148) l. 14

quasdam ecclesias in Narbonensi positas . . . suas (metropolitani Massiliensis) -as fuisse (sim. ibid. l. 26). HIER. epist. 51, 2, 1 (Epiphani.)

quamquam in monasterio ordinaverim presbyterum et non in -a, quae tibi (episcopo Hierosolymitano) subiecta sit (nisi ad 1a). 51, 2, 2 (Epiphani.) ad meae . . . -ae videbantur ecclesiam pertinere

Cypri ecclesiae (DIDASC. apost. 29, 8 si . . . praesbyter de e. -ae venerit, suscipite eum. GENNAD. vir. ill. 36 Vigilantius presbyter . . .

Hispaniae Barcelonensis -ae e. tenuit). 109, 2, 1 episcopum, in cuius -a esse presbyter dicitur. DIDASC. apost. 9, 23 si . . . in -a modica

ordinandus est episcopus. AVG. epist. 209, 2 ad -am Hipponiensis ecclesiae pertinebat castellum Fussalense (EPIST. pontif. Arel. 18

p. 27, 28 -as Arelatensis ecclesie . . . in . . . alios . . . fuisse translatas. AVELL. p. 376, 9. 378, 18. 688, 23 congregata synodo de -a e. Thes-

salonicensis). epist. ed. Divjak 20, 3, 1 cum regendae . . . -ac latissimae non sufficerem (20, 2, 5 in nostra diocesi). CANON. Turner I 1, 2 p. 191

[Kruse]

rec. VIII (var. l. et aliae rec. provincias, gr. ἐπαρχίαν). CONC. S II 2, 2 p. 47, 8 sq. (gr. II 1, 3 p. 89, 11. 13 διοικήσεων). EPIST. pontif. 630 Löwenfeld 2 si ad tuam (episcopi) pertinet -am basilica consecranda. AVELL. p. 529, 22 (Hormisda synodo Epiri veteris) metropolitanus Eugenius -ae vestrae obtinens principatum. 533, 8 episcopus qui sunt in sua (metropolitani) -a. RVSTIC. CONC. S I 4 p. 130, 25 (Alexandri metropolitani epistula) si qui remanserint consoni nobis et placuerit eis permanere in -is nostris. EPIST. pontif. 1056 CONC. S IV 2 p. 123, 9 Theodorus Mopsuestensis coepit repere extra fines suos . . . et in -am ad eum non pertinentem. GREG. M. epist. 14, 7 episcopus in cuius -a castrum Cassiopi . . . est positum (antea syn.: in tua . . . diocesi. sim. de eodem loco 14, 13). et saepe.

deriv.: paroecialis, paroecianus, paroeciensis, ? paroecitanus.

paroeciālis, -e. a paroecia. i. q. pertinens ad paroeciam: metropolitani: AVELL. p. 537, 3 -es . . . sacerdotes tuos competenti adhortatione confirma (cf. 533, 8 episcopus, qui sunt in sua paroecia). 607, 5 episcopus Constantinopolitanus . . . episcopis suis -bus . . . quid ipse fecerit innotescat (RVSTIC. CONC. S I 4 p. 243, 15 [gr. I 1, 3 p. 27, 30 ἐπαρχῶν ἐπίσκοποι. antea syn. suae regionis episcopi, opp. metropolitanus]). ruralem: GREG. M. epist. 1, 51 parroeciales (-och- var. l.) presbyteros . . . ordinare. CONC. BRAC. a. 572, 3, 2 in ecclesiis parrochialibus. *ibid.* parrochiales clerici.

paroeciānus, -a, -um. a paroecia. i. q. pertinens ad paroeciam: CONC. AUREL. a. 541 p. 88, 17 ut parrochiani (-och- var. l.) clerici a pontificibus suis . . . statuta canonum legenda percipiant. Tolet. a. 589 Mansi 9, 994^A si episcopus unam de parrochianis ecclesiis suis monasterium dicare voluerit (var. ll. paroecia- nec non parrochitanis [sec. metropolitanus?], quod receperunt Arevalo et Vives 1963 p. 126, 12. 134, 22). CANON. TURNER II p. 316 cod. C de presbyteris vel diaconibus parrochianis. m. plur. pro subst.: MIRAC. THECLAE 1 p. 170, 13 cum . . . parrochiani mane ad eandem properassent ecclesiam. VEN. FORT. vita Leob. 24, 76 (nisi est saec. IX) filia unica cuiusdam ex parrochianis.

paroeciūs, -a, -um, παροικικός. i. q. ad colonatum spectans, colonarius: IVLIAN. epit. novell. 111, 1 nulli liceat administratori rerum ecclesiae maioris huius imperialis civitatis . . . vendere vel donare . . . rem immobilem vel annonas . . .; sed neque -o iure dari quidpiam concedimus (var. ll. patricio, patrio, pari sim.; cf. Novell. Iust. 120, 1 pr. παροικικῶ δικαίω, lat. de colonis iuste dari).

paroeciēnsis, -e. a paroecia. i. q. in paroecia constitutus: MONTAN. epist. 1, 4 praecipuntur -es presbyteri . . . chrisma a praesidente sibi episcopo petant (par(r)ochi- trad., paroehenses ed. Migne).

? paroecitānus v. l. 28.

paroemia, -ae f., παροιμία. scrib. parh- CYPR., SACERD., CHAR., DIOM.; vocem gr. exhibent QVINT., TERT., PORPH., DON. Ter. i. q. proverbium: 1 figura rhet.: QVINT. inst. 5, 11, 21 -as genus illud, quod est velut fabella brevior et per allegoriam accipitur. 8, 6, 57 -av (inter allegoriae species ut: SACERD. gramm. VI 461, 12 DON. gramm. IV 401, 29. al.). SACERD. gramm. VI 462, 25 -a est vulgaris proverbii usurpatio ad aliquam rem significandam, cum aliud intellegitur, quam quod dictione monstratur (sim. CHAR. gramm. p. 364, 18 B. ceterum cf. DON. gramm. IV 402, 11 -a est accommodatum rebus temporibusque proverbium [inde DIOM. gramm. I 462, 29 ISID. orig. 1, 37, 28]). PORPH. Hor. epist. 1, 17, 20 -a. DON. Ter. Andr. 555, 2 (555, 1 sententia γρομική). Eun. 381, 1 (381, 2 proverbium). al. EXPLAN. in Don. ed. Schindel l. 399 -a est proverbium de re verisimili. POMP. gramm. V 311, 30 -a proverbium latine dicitur (cf. ISID. praef. test. 37 proverbia . . ., quae Graeci -as vocant). CASSIOD. in psalm. 115, 11 haec . . . sententia pertinet ad figuram -am. 2 titulus libri veteris test. (titulus lat. l. 62, Lucif. Athan. 1, 25 et passim): TERT. pudic. 18 p. 259, 5 in proverbii Salomon, quae -as dicimus. CYPR. testim. 2, 1 apud Salomonem in -is (var. l. proverbii ut 2, 2 et saepius apud eundem). HIL. in psalm. 127, 1. HIER. epist. 33, 4, 6 (opera Origenis enumerantur) in -as omeliae.

paroemiācus, -a, -um, παροιμακός. i. q. ad paroemiam pertinens: MAR. VICTORIN. gramm. VI 105, 16 si anapaestica heptemimere copulentur, fiet metrum quod -ov appellatur (SERV. gramm. IV 462, 6 de -o: -um constat dimetro catalectico).

paromoeon, abl. -ō n., παρόμοιον. scribitur: parh- CHAR., DIOM., v. etiam l. 78. litt. graecis DON. Ter., CARM.; apud RVT. LVP. in tit. graece editur, postea lat. t. t. rhet., quo significantur vel variae similitudines verborum vel initia verborum similia (v. l. 77 sqq.): RVT. LVP. 2, 12 -ov: . . . -on verborum efficit similitudinem, ita uti hoc est: ' . . . non verbis, sed armis' (quod appellatur παρόμοιον Quint. inst. 9, 3, 76). SACERD. gramm. VI 458, 29 de [-o: -on] (paromoeosi parhomoeon trad.) est cum multorum verborum diversorum initia similibus litteris proferuntur (sim. DON. gramm. IV 398, 20 CHAR. gramm. p. 370, 24 B. al.). DON. gramm. IV 397, 9 (inter schemata lexeos ut CHAR. gramm. p. 368, 21 B.). Ter. Andr. 218 (distinguitur παρονομασία). 592, 2 bene usus est -ω. 776, 2 ('provolvebam . . . provolvebam') de proximo -ov repetivit (item Hec. 168, 2). Hec. 274, 2 'iniquae aequae': comicum -ov. al. apud eundem. DIOM. gramm. I 446, 30

de -o: -on est cum verba vel nomina paululum inflexa et tamen prope similia superioribus inferuntur ut 'multa . . . multus' (Verg. Aen. 4, 3). CARM. de fig. 127.

parōn v. 3. paro.

*paronomasia, -ae f., παρονομασία. scrib. litteris gr. CIC., QVINT., DON. Ter., al.

t. t. rhet., i. q. adnominatio (respicitur similitudo vocabulorum earundem vel similitudo stirpium. ad rem v. Lausberg, Handbuch der lit. Rhetorik § 637 sq.): 1 exempla varia: CIC. de orat. 2, 256 ridiculi alterum genus est, quod habet parvam verbi immutationem, quod in littera positum Graeci vocant -av, ut 'Nobiliorem mobiliorem'. RVT. LVP. 1, 3 -a (-a Halm): hoc aut addenda aut demenda aut mutanda aut porrigenda aut contrahenda littera aut syllaba fieri consuevit. QVINT. inst. 9, 3, 80 ὁμοιοτέλετον et -a est (sc. 'matrimonium . . . patrimonium'). FRONTO p. 100, 10 v. d. H. Sallustius usus est -a . . . non absurda nec frivola, sed proba et eleganti: 'simulator ac dissimulator' (Catil. 5, 4). AQVILA rhet. 27 p. 30, 32 -a (paronymia trad.): levis immutatio; haec figura ita ornat orationem, ut in nomine aut in verbo interdum syllaba, nonnumquam littera immutata diversa significet ut 'praetor/praedo' (inde MART. CAP. 5, 532). SACERD. gramm. VI 458, 18. DON. Ter. Andr. 218 si in verbis sunt similia, παρόμοια dicuntur, (si) in nominibus, -ai. Hec. 1, 8 figura -a. al., v. etiam vol. V 1, 535, 22 sqq. 2 distinguuntur genera diversa: QVINT. inst. 9, 3, 66 sq. -a quae dicitur adnominatio; ea non uno modo fieri solet: ex vicinia quadam praedicti nominis ducta casibus declinatis, ut Domitius Afer . . .: 'mulier omnium rerum imperita, in omnibus rebus infelix', (67) et cum verbo idem verbum plus significans subiungitur: 'quando homo hostis, homo' eqs. DIOM. gramm. I 446, 13 de -a: -a est veluti quaedam denominatio, cum praecedenti nomini aut verbum aut nomen adnectitur ex eodem figuratu, ut 'fugam fugit' 'facinora fecit' . . .; et aliter -a fit . . ., quotiens nomine simili utimur in significatione diversa ut eqs. (affert Ter. l. 35). PS. IVL. RVF. schem. lex. 15 p. 51, 23 -a est secundum praedictum verbum positio alterius ipso poscente sensu, ut . . . 'inceptio est amentium, haud amantium' (Ter. Andr. 218) . . .; contra et aliter: 'puppaeque tuae pubesque tuorum' (Verg. Aen. 1, 399). Latine dicitur adnominatio vel adfectio.

*parōnychium, -i n. et parōnychia, -ae f., παρωνυχία (quod gr. respondet). scribitur paronychium (-onicium sim.): PETRON., PLIN. nat., CHIRON, RVFIN. al.; paran-: MARCELL. med., DIOSC. 4, 39 p. 25, 3. 4, 51 p. 28, 19 (iuxta paron-); panaricium (cf. Heraeus, Kl. Schr., 1937, 58 et Stefenelli, Volkssprache, 1962, 36): SCHOL. Cic., PS. APVL. (var. l. paron-), DIOSC. (praeter l. 40 sq.), GALEN. alfab. ('de myrta'), MISC. Tir. p. 61, 2, GLOSS. III 206, 58. formae fem.: PS. APVL. herb. 42 l. 9 sq. (var. l.). PS. THEOD. PRISC. simpl. med. 82. DIOSC. sub 2. fem. et neutr. confunduntur ORIBAS. syn. 7, 18. legitur inde a PETRON., sc. fere apud artium scriptores; praevalet plur. [a panaricium: it. panereccio; sard. centr. panarige; raet. or. panarits; cat. panadis; hisp. panadizo, panarizo; port. panariz. cf. M.-L. 6186. Battisti-Alessio IV 2746. Wagner II 211. Wartburg VII 535. Coroninas² V 716. Machado³ IV 289. St.]

1 de suppuratione, qua pedes vel manus circa unguis afficiuntur (explic. reduvia SCHOL. Cic. Gron. D p. 314, 17. saepe iuxta pterygia; de morbo animalium CHIRON): PETRON. 31, 3 servis insequentibus ad pedes ac -a cum ingenti subtilitate tollentibus (PLIN. nat. 28, 88 scobe elephantii. DIOSC. 1, 114 p. 57, 20 M. oleaster -a unguibus tollit). PLIN. nat. 21, 142 ad -a farina eius iridis utuntur (24, 182. 34, 153 ad . . . -a digitorum [inde 1, 34 in summa]). ORIBAS. eup. 2, 1 L 13 Aa [sim. La] ad . . . -a, id est in digitis orbicalos. cf. syn. 7, 18 tit. Aa ad -a, id est orbicalos in unguibus). 22, 138 inlinitur . . . -is panis (24, 9). 23, 9 ad . . . purganda . . . -a (23, 163 DIOSC. 5, 7 p. 169, 12). 23, 69. 23, 77 oleastri imponuntur folia . . . -is (MARCELL. med. 18, 28. 31). SCHOL. Cic. Gron. D p. 314, 14 (ad Cic. Rosc. 128, ubi reduviam) stultitia . . . medici est, ut pro capite -um curet (item proverbialiter: RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 11 [14] leve -um pedis. proprie: THEOD. PRISC. eup. faen. 90 DIOSC. 4, 39 p. 25, 3). CHIRON 618 cura levato ungula ne qua -a (paro anchea trad.) remaneant (cf. 633 ne qua -a relinquant). MARCELL. med. 15, 101 (in carmine magico). 18, 26 ad -um et suppurationes unguiculorum. PS. APVL. herb. 42 l. 10 -a mirifice sanat scillae radix (-ae mire facit Ca). al. 2 de herba quadam, quae reduviam sanare creditur (ad rem v. André, Lex. des termes de botan., s. v.): DIOSC. 4, 51 p. 28, 19 de -a: -a nascitur in lapidibus; frutex est similis peplo eqs. (Ps. Diosc. Vind. 4, 54 -a: . . . Παμαίτοι οὐγγουινάλις [ed. Colon. 1529, βοωνάλα sim. trad., βούκωνάμ Wellmann]).

parōnymus, -a, -um παρόνυμος. fere i. q. denominativus (sive adi. sive neutr. pro subst.): DIOM. gramm. I 323, 22 derivantur . . . nomina modis septem: aut enim patronymica sunt aut possessiva . . . aut -a aut verbalia eqs. 324, 8 -a sunt quae ab alio quodam trahuntur . . ., ut 'equus eques'. PS. AVG. categ. 4 (22 sqq. M.-P.) -a videamus, quae sunt in omonymorum et synonymorum medio constituta eqs. (fusius de horum differentiis agitur. cf. Boeth. categ. Arist. lat. 1a12 denominativa).

*paropsis, -idis f. (m. v. p. 437, 26), παροψίς. de origine: [Kruel]

CHAR. gramm. p. 135, 15 B. -es feminino genere dicuntur, a pulmentario . . . , quod Graeci *δύρον* appellant. ISID. orig. 20, 4, 10 -s quadrangulum et quadrilaterum vas, id est paribus apsidis. *scribitur: in rationibus figulorum saec. I saepe forma ut videtur linguae gallicae adaptata parax- (rarius parox-), ceterum paras- nec non paraps- et parusp- (saec. II); v. Hermet, La Graufesenque, 1934, 320 et Marichal, Rev. Et. Anc. 76, 1974, 283. 288. in codd. persaepe paraps- (e. g. cod. F VLP. dig. 34, 2, 19, 9. cod. d al. ITALA Matth. 23, 25, 26, 23 Marc. 14, 20. codd. AB PRVD. psych. 532. et passim in recc.), saepe etiam parabs- (e. g. Lugd. ITALA num. 4, 7, 7, 19, 25, 31. al. [sed -aps- exod. 25, 29, 38, 12 num. 7, 13]. Monac. ITALA num. 7, 43. 55. 67. 73 [sed -obs- num. 4, 7]. et saepius). rarius exstat forma originaria parops- PETRON. 50, 6 (sed 34, 2 bis paras-, paraps-; v. Nelson, Petron. en zijn 'vulgair' Latijn, 1947, 33). ITALA Marc. 14, 20 (cod. k), in var. l. iuxta -obs-, -abs- MART. 11, 27, 5, 11, 31, 18 (v. Lindsay, Journ. Phil. 39, 1903, 56). IVV. 3, 142. et saepius; cf. parobs- ITALA l. 12 et exod. 25, 29 (Ottob.). CHAR. gramm. p. 135, 15 B., in var. l. SVET. Galba 12, 3. al. notatur in rationibus figulorum (v. supra): par, paroxe, paroxed, paraxi, paruspi. NOT. Tir. 35, 76^a parapsidus (interpol. ante paradisus, v. Heraeus, Arch. Lat. Lex. 12, 1902, 54). de genere: v. l. 1; masc. v. l. 26 sq. 54. de formis: nom. sing. -dis ITALA num. 7, 85 (Lugd.). EPIPHAN. (infra sub 2); acc. sing. -da fortasse GLOSS. II 460, 27 τρύβλιον: -da (cf. V 379, 51 -dam: gabutan [-des var. l. et GLOSS. L Corp. P 27]); acc. plur. -das VLP. dig. 34, 2, 19, 9 (MART. 11, 31, 18 restituit Housman, Class. Papers II 838). masc. heterocl.: nom. plur. -di saepe in rationibus figulorum (formae tertiae decl. ibi desunt). v. et l. 20. de notione: EVCHER. instr. 2 p. 148, 8 -is: acitabulum maius, aliqui et catinum ita appellari putant. GLOSS. τρύβλιον. gabata vel catinum. gabata vel patena. -es: suffusoria. adde l. 23. legitur in rationibus figulorum inde ab aet. Neronis, ceterum inde a PETRON., MART., IVV., SVET., ITALA.*

genus vasis, quo cibus ministratur (gr. respondet τρύβλιον nisi aliud notavimus. usu parabolico l. 61, unde transfertur ad homines l. 64; sing. collect. l. 58; ad rem v. Huemer, Commentat. Woelfflin., 1891, 189 sqq. Hilgers, Lat. Gefäßnamen, 1969, 33. 238): 1 indicatur vel e contextu colligitur materia vasis: a metallica: PETRON. 34, 2 cum forte -s excidisset et puer iacentem sustulisset, animadvertit Trimalechio . . . ac proicere rursus -em iussit (34, 3 syn. argentum. cf. -s argentea: ITALA num. 7, 13, 19, 25. al. ibid. [Lugd.; Vulg. acetabulum]. PRVD. epil. 18. ceterum affertur inter vasa argentea VLP. dig. 34, 2, 19, 9). 50, 6 ex hac massa (sc. aeris auri argenti) fabri . . . fecerunt catilla et -es (inde ISID. orig. 16, 20, 4). ITALA exod. 25, 29 (Lugd.) facies -es . . . et cyathos . . . , ex auro puro facies ea (cf. 38, 12 [ibid.] vasa mense, id est -es . . . et cyathos et libatoria . . . , aureae [Vulg. utrobique acetabula]). b figlina: in rationibus figulorum: INSCR. Hermet, La Graufesenque 1, 14 Privatos paraxidi tot (sim. saepe ibid. et Rev. Et. Anc. 55, 1953, 126. 76, 1974, 105. 107. 283. 291). Rev. Et. Anc. 76, 1974, 288 Bituni paruspi(di) remat(i) tot (sc. more Remorum formati?). ibid. paruspi(di) pullati tot (olim legabatur gollati, quod deletur vol. VI 2, 2125, 82). alia: MART. 11, 27, 5 cui portat . . . ancilla -e rubra allecem (SEVVL. op. pasch. praef. p. 176, 4 in r. testae -e ministrare cibos). VITA Caes. Arel. 1, 32 quod dominus in arantino (i. Arretino) -e tinxit panem, non in argenteo vase.

2 exempla varia: MART. 11, 31, 18 (enumerantur vasa varia) gabatas -esque et leves scutulas cavasque lances. IVV. 3, 142 quot possidet agri iugera? quam multa magnaue -e cenat? SVET. Galba 12, 3 dispensatori . . . -em leguminis pro sedulitate . . . porrexisset. ITALA num. 4, 7 (Lugd.; Vulg. thuribula). Matth. 23, 25 (aur. al. = VVLG.) estis hypocritae, quia mundatis, quod de foris est calicis et -is (sim. 23, 26 ibid.; gr. bis παροψίδος. pendent e. g.: HIL. in Matth. 24, 7 HIER. adv. Pelag. 2, 13. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 70 ut competat nobis . . . dici: ' . . . -es mundae deforis'. al.). 26, 23 (cod. f al. = VVLG.) qui intinguet necum manum in -e (pendent e. g.: PRVD. psych. 532 dextram -e iungit. LEO M. serm. 58, 3 CASSIOD. in psalm. 40, 10 l. 205. al.; ad rem cf. FERREOL. reg. 39 p. 975^A ne frequentius ceteris manum -i . . . immergat monachus). SIDON. epist. 2, 9, 6 multas epulas paucis -bus apponi. EPIPHAN. de mensur. 24 de tryblio: hic apud Latinos in passione domini -dis dicitur; est autem quadrangulum et quadrilaterum vas aequa eminae mensura (Metrol. gr. p. 263, 27 παροψίς. hinc ISID. l. 2). VITAE patr. Iurens. 67 M. panem in -e aqua . . . madefactum.

[paroptēr v. l. 80.]

*paroptēsis, acc. -in, abl. -ī f., παρόπτησις (quod gr. respondet).

t. t. medicinae de curatione quadam, quae sanat calore: SORAN. p. 61, 1 metasyncritica subiungimus, quae constant ex salso, dropace, cucurbitis, -i, fricatione partium eqs. (sim. p. 66, 21). THEOD. PRISC. gyn. 31 locis isdem psilotra [-es] dropaces et sinapismos appono (codd. -is vel paropteres, unde quidam vocem paroptēr 'vas ad assum coquendum' sibi finxerunt, sed cf. in eadem re CAEL. AVR. gyn. 2, 55 adhibita . . . -i). log. 46 ad capitis dolorem -is, dropaces, sinapismi . . . adhibeantur (89 CAEL. AVR. chron. 1, 1, 40, 2, 13, 181 gyn. 2, 13. al.). CAEL. AVR. acut. 3, 8, 93 cum sit recorporativae virtutis -is. chron. 1, 5, 168

utendum . . . -i ad insaniam. 5, 4, 76 -i et solis torrore vel arena ignita. indicatur, qua re calor efficiatur: CAEL. AVR. chron. 1, 1, 36 -is adhibenda erit ex carbonibus (2, 1, 34 -in ex c. aut . . . pavimento, item lapidibus ac testis. 3, 2, 40 ex c. vel parietibus ignitis. 5, 11, 134 infra). 4, 7, 102 rubor faciendus ventris . . . ex dropace vel sole et flammae -i eqs. (cf. 5, 11, 134 -i ex flamma vel carbonibus . . . provocatur sudor). 5, 2, 39 adhibenda . . . -is ex igni eqs.

paroptus, -a, -um, παροπτος. i. q. subassatus: APIC. 6, 8 (9), 6 pullum -um.

[parotes (i. proci?): petitores virginum GLOSS. V 472, 22. 509, 26.]

*parōtis, -idis f., παρωτίς. scribitur pariot- PLAC. med. 5, 19 rec. a (var. l.). 5, 35 rec. β Ps. DIOSC. herb. fem. 25. al.; ceterum codd. praebent etiam parothid-, parodit-, paroted-, paracet-, al. de formis: sing. non exstat nisi dat. -i PLIN. nat. 23, 123. 24, 15. 188 PLIN. med. 1, 7, 4, acc. -em SCRIB. LARG.; saepissime occurrit acc. plur., fere forma -as (raro -es, sc. PELAGON. 57. 64 [at 68 -as]. PLIN. phys. Bamb. 51 tit. 51, 13. al.). primae decl. (e forma ambigua -as [v. supra] ortae videntur): plur. nom. -ae CHIRON 88. VEG. mulom. 2, 23, 1 (nisi -de(s) legendum). PHILVM. med. 1 p. 104, 7 ISID. orig. 4, 8, 2. al.; gen. -arum PLIN. phys. Bamb. 51, 10 ALEX. TRALL. 1. 124; dat. vel abl. -is CHIRON 521. MARCELL. med. 15, 43 (-bus 15, 36. 37. al.). PHILAGR. med. 4 p. 178, 20 THEOD. PRISC. eup. faen. 22 tit. DIOSC. 2, 86 p. 212, 30, 2, 144 p. 233, 3 (-bus 2, 88 p. 213, 29. al.). al. legitur apud VITR. et inde a CELSO, SCRIB. LARGO, PLIN. nat. apud rei medic. scriptores. [falsa var. l. CELS. 6, 13, 1 pro parulidas (unde ORIBAS. eup. 4, 71 add. Aa p. 591), PLIN. nat. 25, 47 pro Proetidas; deletur abl. sing. PLIN. nat. 29, 143.]

1 t. t. architecturae de ornamento, lapide sculpto, quo ostia utroque latere ornantur, i. q. ancon: VITR. 4, 6, 4 in hyperthyris ionicis ancones, sive -es vocantur, exalptae dextra ac sinistra praependeant ad imi supercillii libramentum.

2 t. t. medicinae de genere abscessus (de quo fusius THEOD. PRISC. eup. faen. 22-25 CASS. FEL. 17 ALEX. TRALL. 1, 124-129 ORIBAS. eup. 4, 45): a exempla ad naturam morbi spectantia:

CELS. 6, 16 sub ipsis . . . auribus oriri -es solent; . . . id abscessus genus est (cf. CHIRON 87 infra. THEOD. PRISC. eup. faen. 22 tumores repentinos sub auribus innatos. CASS. FEL. 17 p. 24, 4 [inde GLOSS. III 603, 47]. al.). SCRIB. LARG. 45 antequam suppuraverunt -es (cf. 206 -as . . . suppuratas iungit, si quis emissarium collectionis apto loco, id est infra sinum, ubi collectio est, fecerit. MARCELL. med. 15, 73 collectionem -um . . . discutit. ISID. orig. 4, 8, 2 -ae sunt duritiae vel collectiones, quae ex febribus aut ex aliquo alio nascuntur in aurium vicinities). PELAGON. 57 si -es habuerit in faucibus (cf. CHIRON 87 quodcunque iumentum strumas vel -as vel scrophas habuerit, sic eum intelleges: tumor dextra sinistra ab auricula usque ad fauces grandis increset eqs. [inde VEG. mulom. 2, 23, 1]. MARCELL. med. 7, 20 si fauces angina vel glandulae et -es occupaverint). THEOD. PRISC. eup. faen. 24 adiutoria quae . . . in maturitatem cogere -as . . . valeant.

al. b varia: CELS. 5, 18, 5 medicamentum -bus. 5, 18, 18 Proarchus . . . ad -as: seq. compositio (SCRIB. LARG. 43 tit. 160. 266 PLIN. nat. 20, 179. al.). 5, 18, 31 potest . . . ea compositio . . . ad -as, phymata, strumam eqs. SCRIB. LARG. 43 discutit . . . eas -as sine dolore medicamentum quoddam (44. 45. 206. 263 PLIN. nat. 20, 167. al.). PLIN. nat. 20, 4 -as, panos sanat (22, 22. 32. al.). 20, 234 curant . . . strumas et -as (22, 71. 32, 78. al.). 22, 158 inlinitur . . . -um . . . malis (cf. MARCELL. med. 15, 39 vitium). 23, 123 fici prosunt . . . -i. 24, 15 -i et strumae . . . inponuntur cupressi. al. PLIN. med. 1, 7, 1 raro medici -bus curationem non devocant ad scalpellum, cum et reprimi possint et . . . aperiri molliore curatione. PLAC. med. 2, 6 rec. α ex hoc testiculo vulpis -as confricato (rec. β fricaverit). al.

paroxynticus, -a, -um, παροξυντικός. i. q. aggravans, sc. accessionem provocans vel morbum graviorem reddens: ALEX. TRALL. 1, 57 -on est . . . , si a somno impediatur phreneticus (gr. I p. 519 P. παροξυντικόν).

paroxysmus, -i m., παροξυσμός. i. morbi accessio (GLOSS. med. ed. Heiberg p. 54, 1 paroximus: id est commotio [54, 2 paroximum: id est c. febris]): ORIBAS. syn. 9, 51, 2 La p. 375 mitigare dolores in ipsis accidentibus paroxysmis (gr. ἐν . . . παροξυσμοῖς, Aa p. 376 in commotionibus [cf. vol. III 1940, 53. 58 sq.]).

paroxytonus, -a, -um, παροξύτονος. i. paenultima syllaba accentum habens: EXPLAN. in Don. gramm. IV 527, 20 Simoentis Thermodontis proparoxytona sunt, si ad Graecos respicias . . . ; -a (-oxi- codd.) autem, si ad nostram redigas regulam. 528, 25 cum sint -a Κασσάνδρα et Σιβύλλα.

parpatem v. p. 250, 18.

parra, -ae f. et parrus, -i m. [orig. inc. Sch.] plur. non exstat; masc. -us legitur p. 439, 20. 21. 29. 37 [var. dial. it., prov., vasc. cf. M.-L. 6251 et Faré, Postille. Battisti-Alessio IV 2787. Wartburg VII 662 sq. St.] [confunditur hic illic cum porro, parvus.]

nomen avium: 1 usus auctorum (quae avis significata sit, non liquet; caprimulgum intellexit e. g. André, Les noms d'oiseaux, 1967, 118 sq., genus quoddam otorum Capponi, Ornithologia lat., 1979, 381 sq.): a in superstitione: PLAVT. Asin. 260 quo hanc celo-

cem conferam? impetratum, inauguratum; quovis admittunt aves: picus et cornix [est] ab laeva, corvos -a (*B²*, porro *cett.*) ab dextera consuadent. HOR. carm. 3, 27, 1 impios -ae recinentis omen ducat et praegnans canis eqs. (PORPH.: augurio -ae avis). FEST. p. 197 *oscinum est*, cum cecinit corvus, cornix, noctua, -a, picus (*postea: picus et -a et in oscinibus et in alitibus habentur*). HYG. Non. p. 518, 31 est -a Vestae, picus Martis. SERV. auct. Aen. 1, 273 l. 42 cum eos Romulum Remumque Faustus . . . animadvertisset nutriri a fera et picum amque circumvolitare. PRVD. c. Symm. 2, 571 cur Cremerae in campis cornice vel oscine [-a] nemo deum monuit, perituros Marte sinistro tercentum Fabios ([-]parta *var. l.*; SCHOL. avis mali ominis).

in locutione proverbiali: PETRON. 43, 4 *quidam inter initia [-]malam -am pilavit*, sed recorrexit costas illius prima vindemia: vendidit enim vinum, quanti ipse voluit ([-]sc. mala Fortuna usus est, *Ital. prov. confert Maiuri, 1945 ad l.*). **b loci ceteri**: PLIN. nat. 18, 292 avem -am (parvam *var. l.*) oriente Sirio ipso die non apparere et donec occidat (*idem facit oenanthe Plin. nat. 10, 87, quam aliam esse avem contendunt André et Capponi ll. cit.*). POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 26 -a (*inter varia genera avium*). ANTH. 733, 9 (*fort. medii aevi*) laetis -us (parvis *cod. duo*) . . . tinnipat arvis (*cf. GLOSS. I p. 93 -i tinnipant*). *dub. trad.*: PLIN. nat. 10, 96 in genere [-]autem -arum] est, cui nidus miro quodam modo . . . perficitur ([-]Capponi, Latomus 32, 1973, 550 sqq.; vitae -arum [vel v. parvarum, v. riparium] fere *trad.* vitiparrarum, vocem ceterum ignotam, *coni. Harduinuis tuenturque edd. rec.*; item ripariarum Barbarus, *adstipulante André l. cit. p. 161*).

2 explicationes: **a significantur species 'paridarum' L.:** *fem.*: GLOSS. -a: αἰγίδαλλος. -a maior: αἰγίδαλλος. -a modica: αἰγυδος μικρός. κωναἰγυδος (κων- Goetz dubitanter). *masc.*: GLOSS. -us: αἰγίδαλλος. αἰγυδος. **b i. q. μύστης** (*i. fortasse caprimulgus, quod 'interdiu dormiens oculos μύει' Wessner, Gloss. I p. 341*): GLOSS. II 142, 6 -a: μύστης ὄρνειον [-]κορυδαλλός ἢ ἀστραγαλίσκοσ] (*explicatio lemmatis deperditi; cardellus suppletur Gloss. I Philox. PA 96a, parrula proposuit Wessner l. cit. coll. p. 448, 55*). 374, 32 μύστης: -a, [-]sacratu] (*i. sacris initiatus; inde perperam: 588, 54 -a: qui mystica novit. vix recte de his glossis Steier, RE XV 362, 6 sqq.*). 509, 23 -us: μύστης (*si recte restituit Heraeus; bargus: myrte [vel myste] trad.; aliter Goetz s. v. bargus*). **c loco dubio**: GLOSS. [-]passa]: εἶδος ὄρνειον ([-] -a? passer?).

deriv.: ? parralis, parrula.

compos.: ? vitiparra (*v. l. 24*).

cf. Onom.

? **parrālis**, -e. *si recte legitur, a parra. in nomine loci (in partibus Tusciae siti), clivus -is (? i. parrarum frequentia insignis): PASS. Alex. Baccan. (BHL 273) 4 in locum, qui dicitur clivus -is (parralis var. l.)*.

parreo (parret) *v. pareo*.

parrhēsia, acc. -ān f., παρρησία. *scribitur litteris gr. praeter ISID., GLOSS. quasdam. i. q. oratio libera, verborum licentia. (cf. GLOSS. II 399, 22 -a: licentia, fiducia, confidentia. GLOSS. I Ansil. PA 481 -a [-]rre- cod.]: confidentia): in sermone communi: CIC. Att. 1, 16, 8 fautoribus illius victoriae -av eripui. technice in arte rhet. (v. Lausberg, Handbuch der lit. Rhetorik § 761): RVT. LVP. 2, 18 -a (*lat. -rre- cod., sed v. Halm in ed. ad p. 3, 1*): fere contrarium est hoc superiori (*sc. τῆ ἐπιτροπῆ*); nam in hoc vehementer cum iudice agendum est eqs. QVINT. inst. 9, 2, 27 de oratione libera, quam Cornificius licentiam vocat (*Rhet. Her. 4, 36, 48*), Graeci -av (*postea: vera libertas; exempla affert Cic. Lig. 7.10; sim. IVL. RVF. rhet. 33*). 9, 3, 99 -av (*in enumeratione*). CARM. de fig. 130 -a: inreticentia. ISID. orig. 2, 21, 31 (*inde GLOSS. I Ansil. PA 513 parrisia*) -a est oratio libera et fiducia plena (*affert Cic. Mil. 72*).*

? **parriat**: palmam tribuat GLOSS. I p. 162. *obscurum.*

Kruse.

* **parricida** (pāricidās), -ae m. (*iuxta subst. fem. sub IIB2*). [*prima pars vocis compositae primitus homines eadem gente vel origine coniunctos, deinde, sc. tempore legum antiquissimarum (cf. p. 440, 41), usu dilatato omnes ingenuos vel cives significass evidentur (cf. voces liber iuxta liberi, i. γνήσιοι, nec non theod. frei, lat. civis aliasque, quarum notio similiter immutata est). sed postea Romani vocem, quam nimirum cum parens vel pater iungebant, fere usu strictiore adhibebant. de origine ceterum nihil constat; qui coniungunt cum gr. παρός (dor., aeol. πᾶός, sc. ex *πᾶσος), haerent in forma sollemni -rr-; neque qui non prorsus inepte conferunt vocem par, rationem sonorum plane explicare possunt. Sch.] de origine: PRISC. gramm. II 26, 7 vel a 'pari' componitur vel, ut alii, a 'patre': ergo si est a 'pari', r euphoniae causa additur, sin a 'patre', t in r convertitur; quibusdam . . . a 'parente' videtur esse compositum et pro 'parenticida' . . . factum '-a' (177, 20 a 'p.' et a verbo 'caedere'. *cf. p. 440, 56*). *de scriptura (v. etiam sub parricidium, parricidalis): -rr- testantur POMP. p. 440, 57. PRISC. supra. GRAMM. suppl. 297, 22 (v. etiam p. 440, 62 sqq.); exstat INSCR. christ. urb. Rom. 19999. PLAVT. Pseud. 362 (cod. A). COD. Theod. 11, 63, 4 (cod. V) et passim in codd. -r- traditur LEX reg. Paul. Fest. p. 221 (var. l. -rr-, quae scriptura praevalet in textu PAVLI FESTI p. 221 et traditur in lege tribunicia Fest. p. 318). GLOSS. IV 418, 37, et saepius in var. l. litt. gr. LYD. mag. 1, 26. NOT. Tir. 53, 10 (pare-). de**

genere et de formis: inter communia PRISC. gramm. II 144, 5 GRAMM. suppl. 96, 14; inter masc. primae decl. GRAMM. suppl. 95, 10. nom. sg. -as non nisi LEX reg. Paul. Fest. p. 221 (confertur hosticapas et nom. masc. gr. -ās, v. Leumann, Gramm. 1977, 281). de prosodia: prima syllaba positione producta: PLAVT. Pseud. 362 HOR. carm. 3, 29, 8 SEN. Herc. O. 906. al.; correpta in clausulis teste DIOM. gramm. I 469, 17 anapaestum et trochaeum . . ., ut archipirata et -ārum (de PRVD. ham. 565 et ANTH. 850, 10 v. patricida). -rī-correptam testatur PRISC. gramm. II 26, 7, sed -rī-mensuratur ad vocem dactylis aptandam: AVSON. 281, 2 p. 193 P. ARATOR act. 1, 192. paenultimam -cī-productam testatur Ps. PRISC. gramm. III 522, 3. legitur inde a LEGE reg., PLAVTO, SCAVRO orat., RHET. Her.; frequentatur apud CIC., SEN. rhet., QVINT.; deest e. g. CAES., NEP., VELL.; ceterum vox versibus dactylicis male apta non occurrit nisi apud poetas supra l. 5 sqq. allatos et COMM. [falso trad.: CIC. S. Rosc. 30 culleum [-]supplicium -arum] ([-]explicationem secl. edd.) confunditur in codd. cum patricida: CIC. har. resp. 17 Tusc. 4, 18 fam. 12, 3, 1 (de CIC. dom. 26 v. sub patricida) et parricidium, patricidium (v. sub his vocibus).]

significatur homo, qui scelere impio, nefario contaminatus est, eo quod hominem occidit (cum constet usu auctorum indicari fere interfectorem hominum propinquorum, cognatorum [v. sub IIA], de interpretatione legum veterum [v. sub IAI] dissentiunt viri docti, v. post alios Cloud, Zeitschr. Sav. Stift., Rom. Abt. 88, 1971, 1 sqq.). dicitur et de interfectores, qui eadem aut perpetraverunt aut excogitaverunt, incohaverunt (e. g. p. 441, 44. 50. 442, 62), et de variis hominibus nocentibus, actione sua foedera certa, leges humanitatis sim. laedentibus, saepius convicii causa (v. p. 441, 9. 442, 22. 443, 3 sqq.; nota de eo qui patrem caedit, pulsat: SEN. contr. 9, 4, 6. 15. 17 | QVINT. decl. 372, 1. 4; respicitur mors spiritalis p. 441, 75); cf. de his coloribus Winterbottom ad QVINT. decl. 281. transfertur ad res sub IIB2b. color impii, nefarii augetur adiectivis: CIC. har. resp. 17 impurissimo ([Phil. 12, 13 impuro]. sim. superl.: Phil. 13, 42 i. Mil. 86 taeterrimo. SALL. Catil. 52, 31 crudelissimis [Ps. QVINT. decl. 8, 2]. QVINT. decl. 317, 9 perditissimo. Ps. QVINT. decl. 18, 1 callidissimus). SPART. Geta 3, 3 maledicte. AVG. civ. 3, 15 p. 118, 6 D. nefarium. adde p. 442, 71. 72; augetur adverbis: CIC. Mil. 17 magis. VAL. MAX. 9, 11, 6 bis (OROS. hist. 6, 21, 17), temperatur adverbis: LACT. inst. 1, 10, 10 paene. 5, 5, 9 propemodum.

I praemonenda quaedam: **A exempla notionem adumbrantia**: **1 in legibus vet.**: LEX reg. Paul. Fest. p. 221 si qui hominem liberum dolo sciens morti duit, -as (-a *var. l.*) esto (*expl. PAVL. FEST. ad l. -a non utique is, qui parentem occidisset, dicebatur, sed qualemcumque hominem indemnatum. locus varie tractatus, cf. Cloud l. c. p. 2 sqq.*). FEST. p. 318 (*e lege tribunicia*) si quis eum, qui eo plebei scito sacer sit, occiderit, -a ne sit. *in textu legis a Cicerone sec. leges veteres formato: CIC. leg. 2, 22 sacrum sacrove commendatum qui clepsit rapsitve, -a esto (cf. p. 441, 46).* **2 apud rhetores et grammaticos**: QVINT. inst. 8, 6, 35 -a matris quoque aut fratris interfecto (*hunc usum per catachresin explicat ut: DON. gramm. IV 400, 1 CHAR. gramm. p. 359, 17 B. POMP. gramm. V 306, 15 [qui addit: quamquam voluerit Cicero, sc. dom. 26, facere discretionem . . . 'matricida fratricida sororicida']. al.). SERV. gramm. IV 430, 5 dicimus -am non eum qui patrem tantum, sed qui quemque parentum necaverit. POMP. gramm. V 306, 19 maiores nostri voluerunt aliud esse -am (*sc. atque parentis interfectorem*) [-]a est qui parentem occidit, nam idcirco dictum est ita addita una littera r, -a, quod parentem interimat]; apud maiores enim nostros homicidas raro legistis, -as autem semper; idcirco etiam -as patriae vocamus qui cives interimunt ([-] secl. Keil. cf. LYD. mag. 1, 26 παρρικίδας . . . τούς τε γονέων τούς τε πολιτών φονέας ἀποκαλοῦσι, πατέρες [i. parentes aut pārentes] ἐκατέρους προσαγορεύοντες). ISID. diff. 1, 462 parricidam dicimus, qui occidit parentem, paricidam, qui socium atque parem (*cf. GLOSS. V 636, 19 sqq. paricida qui homines occidit pares natura; parenticida qui parentes; sed modo unum est*). orig. 10, 225 -a (parre-, parra-, patri- *var. ll.*) proprie dicitur interfecto parentis, quamvis quidam veteres hunc parenticidam dixerunt. SYNON. Cic. p. 427, 11 homicida. latro. -a. percussor. sicarius. gladiator. eqs. GLOSS. -a: πατροκτόνος. πατρολόας. μητροκτόνος. πατραλοίας. qui patrem occidit sive matricida. qui parentes suos occidit. patricida et -a idem qui parentem occidit. *sim. al.**

B voces affines, quae aut copulantur vel iuxta ponuntur aut distinguuntur (notabilia; saepe legitur in maleficorum catalogis ut: PLAVT. Pseud. 362 CIC. Catil. 2, 7. 2, 22 Phil. 2, 31. 4, 5. al.): sacrilegus: PLAVT. Pseud. 362 SALL. Catil. 14, 3. MIN. FEL. 28, 3 (in climace). OPTAT. 1, 21 p. 24, 10. sicarius: CIC. Catil. 2, 7. 2, 22 Phil. 2, 31 (in climace). APVL. met. 10, 6, 2 PETR. CHRYS. serm. 127, 3. variat in contextu CIC. Sest. 82 (cf. 81). distingui videtur CIC. fam. 12, 3, 1 non modo s., sed iam etiam -ae. latro: CIC. Catil. 2, 7 Mil. 18 Phil. 4, 5 LENT. Cic. fam. 12, 15, 4 (laxius). TAC. ann. 4, 34, 3 PETR. CHRYS. serm. 127, 3. distingui videtur PETRON. 107, 11 (v. p. 441, 21). hostis: inde a CIC. Sull. 19, v. vol. VI 3, 3057, 55 sqq. homicida: inde a CIC. Phil. 2, 31, v. vol. VI 3, 2866, 5 sqq.; distingui videtur p. 442, 11. proditor: CIC. de orat. 3, 106 Tusc. 4, 18 SEN. dial.

[Baer]

3, 16, 5 CVRT. 6, 10, 13 SVET. Claud. 12, 3. interfectore (v. etiam p. 442, 60): QVINT. inst. 8, 6, 35 (v. sub A2). CAPITOL. Opil. 2, 4. plus valet quam nequam QVINT. inst. 8, 3, 48 (v. l. 24).

II exempla usum illustrantia: A usu sollemni, sc. pertinet ad viros, qui homines interficiunt, iniuria afficiunt: I ponitur solum (vel hic illic in appos. iuxta nom. propr., e. g. l. 42. p. 442, 64): a usu generali de quibuslibet interfectore vel de hominibus facinorosis, alicui nocentibus, perniciem facientibus, sim. (fere convicii loco; de Amore APVL., de diabolo FIRM.; inde a CIC. exempla selecta): PLAVT. Pseud. 362 (ad lenonem) bustirape . . . furcifer . . . sociofraude . . . -a . . . sacrilege, eqs. (sim. in allocutione: APVL. met. 5, 30, 1 Venus ad Amorem: matrem tuam, me . . . -a, denudas cotidie et percussisti saepius. FIRM. err. 26, 2 ad diabolum: sic tuis prospicis, -a). RHET. Her. 1, 3, 5 dicere pro viro forti contra -am (del. Römer). CIC. Catil. 2, 7 quis . . . veneficus, quis gladiator, quis latro, quis sicarius, quis -a, . . . inveniri potest, qui se cum Catilina non familiarissime vixisse fateatur? (sim. de iisdem 2, 22 SALL. Catil. 14, 3). de orat. 3, 106 querela in depeculatore, in proditore, in -am. fin. 2, 21 absurde dicitur non reprehendendos -as. Tusc. 4, 18 -ae (patri- var. l.) aut proditoris supplicio. SEN. contr. 9, 4, 21 (log. captivus) ut possim vivere, -as panem rogo. PETRON. 107, 11 qui ignotos laedit, latro appellatur, qui amicos, paulo minus quam -a (LACT. inst. 6, 23, 10 nihil amplius istos antistites castratos appellare possum quam impios et -as). QVINT. inst. 8, 3, 48 -am non nequam dixeris hominem . . . quia . . . parum . . . est (8, 6, 30 [exemplum antonomasiae]). SVET. Iul. 42, 3 (e Cic.) -as . . . bonis omnibus . . . multavit Caesar. LACT. inst. 6, 10, 4 humanitatis vinculum qui diruperit, nefarius et -a existimandus est. ZENO 1, 13 (1, 3, 15 L.) aut certe Iesu Nave -a sit, si cultris corda hominum desecat. AVG. c. Cresc. 4, 16, 19 p. 520, 1 haeretici Maximianenses . . . aspides, viperae, -ae, cadavera Aegyptia, eqs. al.

b in vita privata de interfectore propinquorum (cf. legem Pompeiam p. 445, 55 sqq. et Cod. Theod. 9, 15 rubr. de -is [respondet Iust. 9, 17 de his qui parentes vel liberos occiderunt]): α vario usu: ① patris, parentum (v. et sub β passim, cf. p. 442, 54):

CIC. inv. 2, 58 qua poena -ae afficiuntur (antea: de nece parentis). S. Rosc. 70 supplicium in -as singulare (sc. poenam cullei) excogitaverunt maiores nostri (antea: in eum qui parentem necasset. hinc pendet orat. 107). MIL. 17 (ironice) nisi forte magis erit -a, si qui consularem patrem quam si qui humilem necarit. parad. 24 patrem vita privare si per se scelus est, Saguntini, qui parentes suos liberos emori quam servos vivere maluerunt, -ae fuerunt. HOR. carm. 3, 29, 8 Telegoni iuga -ae. SEN. contr. 7, 1, 15 Mithridaten . . . non dubium -am (cf. Appian. bell. Mithr. 112, 549 τὴν μητέρα ἔκτεινε καὶ τὸν ἀδελφόν). 7, 3, 3 teneo -am (sc. filium a patre veneficii accusatum). al. VAL. MAX. 1, 1, 13 id . . . supplicii genus multo post -is lege inrogatum est . . . quia pari vindicta parentum ac deorum violatio expianda est (cf. p. 440, 48). SEN. Oed. 1002 (de Oedipode ut 1033. 1044 [post mortem matris] bis -a . . . matrem peremi. Phoen. 267). clem. 1, 15, 2. dial. 7, 26, 6 (de Iove ut: LACT. inst. 1, 10, 10 paene -a. 5, 5, 9 propemodum -a. cf. RUFIN. sub patricida). QVINT. decl. 281, 2 (de filio stricto gladio patri occurrente) satis . . . est probare animum -ae. 372, 4 (de filio adoptivo patrem pulsante). al. ② fratrum, sororis (cf. l. 43. p. 442, 9. 12; distingui vid. a fratricida FIRM. math. 7, 23, 13 homicidas -asque . . . aut qui . . . fraterno sanguine cruententur): SEN. contr. 7, 1, 9 fateor me -am, occidi fratrem . . . imposui in exarmatam navem (al. in hac contr.). FLOR. epit. 1, 3, 6 (de Horatio sororem occidente). 3, 1, 6 persequi bello -am Iugurtham. CYPR. idol. 5 fit Romulus -a. CAPITOL. Opil. 2, 4 (de Caracalla interfectore Getae ut: SPART. Carac. 11, 5. al.). LACT. epit. 22, 7 (de Cain ut: OPTAT. 1, 21 p. 24, 10. ZENO 1, 6, 3 [1, 4, 9 L.]. QVODV. prom. 1, 6, 8 primus in hominibus -a. al.; cf. AVELL. p. 125, 4 Timotheum -am, qui . . . vastator ecclesiae in morem Cain, eqs.). AMBR. exc. Sat. 2, 25 (de Abessalon ut 2, 28. obit. Valent. 47. al.). OROS. hist. 1, 12, 9 (de Eteocle et Polynice).

③ filiorum (cf. p. 442, 7. 18): SEN. Herc. O. 906 ipse Hercules Megaram . . . stravit sagittis atque natorum indolem . . . ter -a factus. PS. QVINT. decl. 8, 2 de crudelissimo -a queri possit non sola mater (postea: filium occidit pater. sim. 8, 4. al.). CALP. decl. 12. 18 haec iam cunctatio -arum est (sc. 'cunctatione nostra filios ad mortem adigimus' Burman). LACT. inst. 6, 20, 24 de iis, qui liberos exponunt. IVST. 26, 2, 6 de Gallis, qui coniuges et liberos trucidaverunt. ZENO 1, 6, 5 (1, 4, 15 L.) -a incruentus Abraham (postea: felix orbis fuerat . . . si omnes sic fierent -ae). HEGES. 1, 41, 9 -ae crudelitas (sc. Herodis liberos suos supplicio afficientis). OROS. hist. 2, 13, 6 Verginius pater . . . filiam . . . plus -a prostravit. 3, 9, 1 (de Manlio Torquato filium occidente ut: 3, 9, 4). nota de eis qui spiritualiter interficiunt: CYPR. laps. 9 perdidit nos aliena perfidia, parentes sensimus -as. ④ quorumlibet cognatorum, patronorum, dominorum (cf. etiam l. 70. p. 442, 8. 12): SEN. contr. 7, 1, 3 licuisse mihi . . . aliter quam -ae mori (si generaliter dictum de quolibet interfectore cognatorum ut 7, 1, 21. 24. et patricida et fratricida simul respicitur 7, 1, 10). 7, 2, 2 nega te -am (sc. patroni Ciceronis, ut saepius in hac contr.). VAL. MAX. 6, 5, 7 cum eum Sulpicium Rufum proscriptum et in villa latentem a servo proditum conperisset Sulla, . . . -am . . . praecipitari . . . saxo Tarpeio . . . iussit (sim. de servis: SEN. benef. 3, 23, 4 personam -arum ferentes).

SEN. dial. 3, 16, 5 cum -as insuam culleo (de hac poena v. e. g. VLP. dig. 48, 9, 6. MOD. dig. 48, 9, 9 pr. [fusius describitur]. SCHOL. Iuv. 8, 213. 13, 155 COD. Theod. 9, 15, 1. 11, 36, 4 et p. 441, 36; ad rem cf. Cloud, l. c. p. 26 sqq.). AVG. civ. 3, 15 p. 118, 6 D. nefarium -am soceri interfectione regnantem (sc. Tarquinium Superbum ut ibid. p. 118, 11).

β cum determinationibus indicantibus: ① interfectum: LIV. 3, 50, 5 liberum (item cum gen.: CVRT. 8, 7, 2 parentis sui. TAC. ann. 15, 67, 2 matris et uxoris. HEGES. 2, 1, 1 suorum . . . domesticum. al.). SEN. contr. 7, 1, 16 (log. pater) -a meus. APVL. met. 10, 6, 2 -am fraterno exitio esse. EVAGR. alterc. p. 25, 12 ad caedem patris -a fuit Abessalon. PETR. CHRYS. serm. 127, 3 homicida in extraneos, in proprios -a (PALLAD. hist. mon. I 2 p. 256^A in matres, in fratres, in patres . . . fieri -as [gr. p. 22, 15 B. ἀδελφοκτονεῖν καὶ μητροκτονεῖν καὶ πατροκτονεῖν, cf. II 13 p. 366^D fratricidia et patricidia]. dub. QVINT. decl. 372, 1, cf. Winterbottom ad l.). ② modum interficiendi: SEN. contr. 7, 1, 10 ut alter scelere sit -a, alter ministerio. VAL. MAX. 9, 11, 6 filius bis -a, consilio prius, iterum spectaculo. CYPR. ad Donat. 7 patres filios spectantes in . . . spectaculis gladiatorum . . . esse se non putant oculis -as.

c in vita publica: α de quibuslibet adversariis rei publicae, hominibus seditiosis sim. (sive re vera alios interfecerunt, sive tantum convicii loco -ae appellati sunt; cf. p. 447, 47 sqq.): ① accedunt determinationes: A gen. patriae (quam locutionem locutioni q. e. 'pater patriae' oppositam esse putat Opelt, Lat. Schimpfwörter, 1965, 131 sq.; cf. p. 440, 59): SCAVR. or. frg. (9 M.) Char. gramm. p. 187, 1 B. nefarius vulturius, p. -a. CIC. Vatin. 35 p. certissimus -a. Planc. 70 si iudices et non -ae p. nominandi sunt. Phil. 4, 5 hostem illum et latronem et -am p. CVRT. 6, 9, 30 (v. sub β). LACT. inst. 1, 15, 29 p. -a Iulius Caesar. AVG. civ. 1, 5 p. 10, 11 D. perdit et p. -ae Catilinarum. ② variae: CIC. Catil. 1, 29 -a civium (LAMPR. Comm. 18, 13 in acclamationibus senatus). SALL. Catil. 51, 25 -as rei publicae (AVG. civ. 3, 7 p. 104, 11 D.). or. Cottae 3 -a vestri. CVRT. 6, 9, 30 exercitus (v. sub β). PANEG. 2, 12, 2 publici -ae (FIRM. err. 12, 6). 12, 18, 1 -am urbis (de Maxentio). LAMPR. Comm. 18, 4 (in acclamationibus senatus) senatus. HIER. epist. 18 A, 10, 2 reliquiarum patriae -a Ismahel.

③ vario usu: CIC. Sull. 19 resistebam . . . illi hosti ac -ae Autronio (Phil. 14, 4. SALL. Catil. 31, 8 h. atque -am vocare [TAC. hist. 1, 85, 3 ann. 15, 73, 3]. saepius in acclamationibus senatus, quae traduntur LAMPR. Comm. 18, 3 sqq.). 77 in impiorum partem atque in -arum sedem atque numerum transferetis Sullam (opp. honestissimorum hominum gregibus). dom. 57 (de Clodio ut: har. resp. 17 impurissimo. Mil. 18 latronis et -ae [opp. honesti atque innocentis viri]. 86 taeterrimo). Sest. 82 (de Clodii sociis). 111 (de Gabinio et Pisone, de quibus 35 proditores aut potius apertos hostes) interfuit epulis . . . -arum. Phil. 8, 8 ut fortunas nostras . . . dispertiat -is (de sociis Antonii Lepidique ut: 11, 21 pestiferi cives -aeque. 12, 19. al.). 12, 13 huic . . . importuno atque impuro -ae (de Antonio ut: 13, 21. al. PLANC. Cic. fam. 10, 24, 3 latrocini -arum). al. LENT. Cic. fam. 12, 15, 4 ille -a Dolabella. SALL. Catil. 52, 31 de crudelissimis -is (sc. sociis Catilinae). QVINT. decl. 317, 9 (de filio, qui ad hostes transfugit) perditissimo -ae. 352, 4 milites veluti -as (sc. seditiosos) se excludi putaverunt. al.

β de interfectore viri summum imperium tenentis, regis sim. (quasi patriae parentis, cf. l. 57. 59; de haereticis episcoporum interfectore LEO M.): CIC. Phil. 2, 31 confiteor eos . . . plus quam sicarios, plus quam homicidas, plus etiam quam -as esse, si quidem est atrocior patriae parentem quam suum occidere. ibid. si -as eos dicis (de Caesaris interfectore ut: fam. 12, 3, 1 VAL. MAX. 1, 7, 2. 4, 5, 6. 6, 4, 5 patriae parentis -a [v. sub B1]. TAC. ann. 4, 34, 3 nusquam latrones et -as . . . nominat T. Livius [interfectores appellantur Liv. frg. 59]). SEN. clem. 1, 9, 11 (log. Augustus) vitam . . . tibi, Cinna, iterum do, prius hosti, nunc insidiatori ac -ae (cf. 1, 9, 4 percussorem meum). CVRT. 5, 10, 13 Nabarzanus ceterique -ae (de Darii insidiatoribus et interfectore ut: 5, 11, 8. 5, 12, 18. 5, 13, 16. 6, 3, 9 -a Bessus. 6, 3, 17 [antea: domini sui interfectores]). 6, 9, 2 ut vehementius -is irascerer (de conspirantibus in Alexandrum ut: 6, 9, 30 Philotan -am esse regis, patriae, exercitus. 6, 10, 13. 6, 11, 8. al.). SVET. Claud. 12, 3 cum . . . eum Claudium . . . perisse . . . nuntiatum esset, . . . populus et militem quasi proditorem et senatum quasi -am incessebat. AVSON. 281, 2 p. 193 P. (de Didio Pertinacis interfectore). LEO M. epist. 156, 3 (Conc. II 4 p. 102, 34) impios -as (sc. interfectores episcoporum ut ibid. p. 103, 13 sacrilegi -ae).

δ de populo Iudaeorum (sc. qui Christi interfectores putantur. cf. de Hierusalem p. 443, 33): COMM. apol. 729 -a patris (sec. doctrinam Patripassionum). ARATOR act. 1, 192 Iudaea, . . . -a (sec. act. 2, 40 a generatione ista prava).

ε determinat alia subst., unde vergit magis minusve in vim adi. (exempla certiora; ceterum cf. B2b; convicii loco LAMPR.): SVET. vita Lucani p. 333, 14 apud -am principem (sc. Neronem). CYPR. patient. 10 adversus fratrem -am non resistit Abel (FIRM. err. 11 Cabirus interemptus a -is^vf. consecratur. IVST. 10, 3, 1). LAMPR. Comm. 19, 1 (senatus^vde Commodo mortuo) -ae gladiatoris memoria aboleatur, -ae gladiatoris statu(a)e detrahantur. HIER. epist. 39, 4, 2 filium -am (sim. de Abessalon: SVLP. SEV. chron. 1, 38, 3 SALV. gub. 2, 14).

GREG. M. dial. 3, 31, 6 pater . . . perfidus et -a (patri- var. l.), commotus paenitentia est.

B specialia quaedam: 1 pertinet ad viros, qui res delent, detrectant (rem publicam sim. v. p. 442, 23 sqq., ecclesiam p. 441, 61; cf. p. 440, 47. 441, 23): VAL. MAX. 6, 4, 5 Brutus suarum prius virtutum quam patriae parentis -a. LACT. inst. 3, 14, 9 nos . . . -ae sumus . . . , qui philosophiam negamus parentem esse vitae? (spectat ad p. 447, 70). POTAM. epist. ad Athan. Rev. Bénéd. 30, 1913, p. 280, 29 (de haeretico) lanio truculentus, -a desertor, . . . dentibus malesanis . . . temptavit scindere trinitatem.

2 pertinet ad subst. sexus fem. (fere ad mulieres, aliter sub b; interficiuntur patres vel filii, exceptis locis infra l. 31 [fratres], l. 33 [Christus]; accedit praepos. in Ps. AVG., OROS.; dub. an huc pertineat IVST. 39, 3, 11 Cleopatra execratione -arum [sc. Tryphaenae et militum necem exsequentium] . . . decedit): a ponitur solum: PLIN. nat. 7, 149 inter adversa Augusti: adulterium filiae et consilia -ae (sc. Iuliae) palam facta (cf. Sol. 1, 49 filiae . . . voluntas parricidalis. nisi -ae recte ad Antonium retulit Swan, Am. Journ. Phil. 92, 1971, 740). ARNOB. nat. 4, 16 p. 219, 20 M. -a petulans (conviciose de Minerva, Pallantis et Titanidos filia, quae patrem occidit; de eadem FIRM. err. 16, 2). SERV. auct. ecl. 6, 74 quasi -a a Minoe ad puppim religata est Scylla, quae crinem patris amputavit (cf. PROB. Verg. ecl. 6, 74 Minos -am refragatus uxorem [nisi ad b]). SERV. ecl. 8, 48 ne defendat -am (sc. Medeam). HIER. epist. 22, 13, 2 necdum nati filii -ae (sc. quae abortum fecerunt, cf. VEN. FORT. vita Germ. 1, 3 ne genetrix fieret -a). Ps. AVG. serm. 46, 4 (ad IV reg. 6, 28 sqq.) ne mulier sese gaudeat non fuisse in suum filium -am. OROS. hist. 6, 21, 17 mulieres Cheruscorum parvos filios conlisis humi in hostium ora iaciebant, in singulis filiorum necibus bis -ae. b determinat alia subst., unde vergit in vim adi.: ARNOB. nat. 3, 26 p. 184, 16 M. Martem dissensionibus gaudere civilibus, commorientium fratrum -a nece et . . . filiorum et patrum parricidali congressionis horrore. HIL. in psalm. 2, 26 deperditae civitatis, . . . homicidae et -ae Hierusalem (cf. sub A1d).

deriv.: parricid(i)alis, parricidans, parricidatus, parricidium.

*parricidālis, -e et parricidiālis, -e. a parricida (parricidium). forma sollemnis est parricidal-; parricidal- praebent CIL III 427, 5 (ca. a. 200). HIL. trin. 10, 55 cod. D (saec. VI/VII). AMBR. Ioseph 3, 11 p. 79, 2 cod. B (saec. VII). Ps. VAL. CEM. hom. Migne suppl. 3, 187 et nonnulli codd. rec., e. g. FPV PAVL. NOL. epist. 13, 20. 23, 20. 24, 16; ceterum invenitur pari- in var. l. FIRM. math. 6, 9, 15. 6, 16, 6. al.; infra haec non iam indicavimus. compar. et superl. desunt. legitur inde a PETRON., Ps. QVINT., FLORO, TERT.; in poesi nonnisi PRVD. ham. praef. 14.

i. q. ad parricidam, parricidium pertinens (iuxta pos. incestuosus HIL. in psalm. 130, 3, impius HIL. trin. 10, 55, sacrilegus CAES. AREL. serm. 52, 4): I respicitur interfecio animantium (parricidio afficiuntur fere propinqui, amasius l. 56, dominus p. 444, 28; ceterum cives vel populi affinitate quadam iuncti l. 78. p. 444, 13. 16. 44. al.; imperator l. 68, episcopi p. 444, 46 et LEO M. epist. 149, 2. 156, 5. 158 [Conc. S II 4 p. 98, 11. 103, 29. 104, 29]; Christus a Iudaeis l. 57. l. 80 p. 444, 37 sq. 40. al., a diabolo Ps. EVSEB. GALLIC. hom. 15, 6. 19, 6 G.; innocentes pueri vel virgo l. 63. p. 444, 20 et PETR. CHRYS. serm. 146, 8 SEDVL. op. pasch. 2, 7 p. 205, 10): A de rebus: 1 variis: a quae parricidarum propriae sunt, quibus parricidium efficiunt, praeparant: α de eorum membris, instrumentis sim.: PETRON. 80, 1 gladium -i manu strinxit Ascylltos Gitona amasium divisurus (CLAVD. DON. Aen. 2, 235 p. 180, 6. HIL. in psalm. 118 mem 4 -es m. unigenito dei filio inferens Iudaeus. HEGES. 2, 12, 1 p. 163, 16. 5, 41, 2 p. 387, 2 PRVD. ham. praef. 14. al.; cf. CHRYSOST. hom. III 809D dexteram [loco gemino Ps. AVG. serm. ed. Mai 28, 3 vix recte traditur -es pro subst. masc.]). IVST. 37, 1, 4 filios -i veneno necavit (HEGES. 1, 45, 1 p. 121, 20. cf. AMBR. hex. 5, 18, 58 -bus sucis). ZENO 1, 2, 8 (1, 36, 26 L.) conatur Susannam -i gladio iugulare. AMBR. in psalm. 118 serm. 18, 6, 4 -bus armis (Ps. HIER. epist. 4, 3 p. 58D. al.). β de eorum animo, mente, affectu sim.: Ps. QVINT. decl. 4, 19 -em agere cogitationem (HEGES. 1, 43, 3 p. 106, 10). 17, 18 vultus -i ardore suffusus. CIL III 427, 5 (Ephesi, ca. a. 200) (spes) -es insid(i)atorum sustulerunt Severus et Caracalla (gr. l. 13 τὰς ἐπιθῆδας τῶν ἀνοσίων ἐπιβουλευτῶν). ad rem cf. Spart. Sept. Sev. 15, 4 vitae suae insidiatores). SOL. 1, 49 voluntas -is (sc. Iuliae, cf. etiam l. 16). LAMPR. Heliog. 14, 2 hominem . . . -is animi (HEGES. 1, 43, 6 p. 109, 16 [gr. 1, 596 τὸν ἀλάστορα]). IVLIAN. in Am. 1, 11-12 l. 235. 6, 2 l. 64. al.; cf. anima: PAVL. NOL. epist. 23, 20 in -em a. Abessalonis [sec. sap. 1, 4, ubi malivolam a.]. AVG. doctr. christ. 3, 21, 30 [de eodem]. cor: PROSP. vocat. gent. 2, 13 [de Cain]). FIRM. math. 4, 14, 9 filios suos -i perimunt furoris amentia (err. 11 HEGES. 1, 44, 5 p. 113, 10. al.). 6, 22, 11 -bus inimicitiarum odiis (6, 31, 80 parentum circa filios. IVLIAN. in Am. 1, 6-8 l. 153 [Idumaeorum contra Israelitas ut: 9, 11-12 l. 300]. al.). 8, 26, 11 -is furoris amentia (err. 16, 2 AMBR. Iac. 2, 2, 5 COD. Theod. 9, 38, 6. MAR. MERC. Conc. S I 5 p. 22, 33 Iudaeorum, sc. contra Christum. al.). al.

b quae parricidio efficiuntur: SCHOL. Stat. Theb. 4, 56 -es epulas Thyestis (cf. HEGES. 5, 41, 1 p. 384, 21 -is convivii). AMBR. off. 3, 20, 118 (ad IV reg. 6, 28 sqq.) non solum humanis, sed etiam -bus

filiorum necatorum cadaveribus mulieres pastae. PETR. CHRYS. serm. 147, 3 Cain -i coepit terrore vexari. SEDVL. op. pasch. 2, 17 p. 221, 16 -is maculae factus est inchoator Cain.

c quae varia ratione ad parricidam vel parricidium pertinent:

5 SPART. Sept. Sev. 21, 6 fratrem . . . -i . . . figmento interemit Caracalla (sc. eum parricidam esse fingens). HIL. in psalm. 127, 7 Iacob viventis filii funus -i fratrum mendacio plangens. Ps. HIER. epist. 4, 3 p. 58C -i illi campo reversus est Cain. AVG. c. Faust. 22, 22 p. 615, 2 -i culleo (cf. ISID. orig. 5, 27, 36 culleum est -e vasculum . . . , in quo parricidae . . . in mare praecipitantur). SIDON. epist. 4, 23, 1 suppli-
10 ciis -bus.

2 de actionibus, eventibus sim.: a ipsorum parricidarum:

FLOR. epit. 3, 21, 1 -e bellum (i. civile; aliter, sc. de Abessalon; HIL. in psalm. 118 patrem b. -i persequitur. AMBR. in psalm. 118 serm. 10, 4, 2. cf. in psalm. 36, 58, 3 proeliis [al.]). ARNOB. nat. 3, 26 v. p. 443, 32. FIRM. math. 1, 7, 26 cruentarum pecuniarum -i collatione ditatur Sulla in proscriptionibus. 4, 14, 9 scelerum (IVST. 27, 1, 10. al.). 6, 9, 15 certamina (RVFIN. Adamant. 4, 2 p. 60, 20 Bu. [de Eteocle et Polynice]). SCHOL. Stat. Theb. 2, 667 caedes (RVFIN. Orig. in exod. 4, 6 p. 177, 30 Nilum -i caede maculaverant Aegyptii Hebraeorum pueros necantes). AMBR. Iac. 2, 6, 27 flagitium (HEGES. 1, 6, 2). PAVL. NOL. epist. 24, 16 illo -i Iudae osculo. AVG. c. Iulian. op. imperf. 4, 128 p. 1424 -ia sacrificia faciebant Sodomitae (cf. sap. 12, 4 sq. filiorum suorum necatores]. quaest. hept. 7, 49 p. 490, 9 -e s. Iephtae). al. b quibuslibet, sc. varia ratione ad parricidium pertinentibus: ARNOB. nat. 3, 23 p. 181, 14 M. (de partu matri mortifero) -bus nixibus interemptae mulieres. FIRM. math. 1, 7, 30 -is praeepti Sullae (quo servum adduxit, ut dominum necaret; ad rem v. p. 441, 82). 4, 14, 9 parentibus per ipsos filios -e infertur exitium. HEGES. 5, 22, 1 p. 347, 23 -is causa spectaculi (5, 22, 2 p. 353, 25). 5, 53, 1 p. 415, 13 (Eleazarus ad Iudaeos) nisi nos nostrosque nunc interficimus, cogemur subire pompae -is ludibrium (sc. muneris gladiatorii?).

B de hominibus eorumve coetibus sim. (de capite l. 43; parricida fit hostia, qua parricidium expiatur, l. 42; vix addas p. 443, 61):

HIL. in psalm. 51, 4 Idumaeus populus . . . impius et -is et proditor (subsunt insidiae Esau gen. 27, 41, cf. p. 443, 78; Hil. in explic. transfert ad Iudaeos Christum prodentes, qui respiciuntur et AMBR. Cain et Ab. 1, 2, 5 in psalm. 39, 12). 130, 3 incestuosus et -bus filiis parit David (inde ZENO 1, 7, 4 [2, 9, 7 L.]). trin. 10, 55 impiam -emque Hierusalem. HEGES. 1, 8 p. 12, 24 (Aristobulus fratricida moribundus de semetipso) mactetur hostia -is. 1, 40, 9 p. 89, 16 ubi -e illud reperiam caput (gr. 1, 500 τὴν πατροκτόνον . . . κεφαλὴν). 4, 7, 1 fugite . . . coetus -es (p. 251, 20 parricidium adversum cives). 5, 18, 1 p. 334, 23 frequentiae -es (de coetibus urbis summa fame laborantis). EPIST. pontif. Thiel Gelas. 37, 1 ingerere quempiam -bus exemplis . . . antistitem (i. Syllacenis, qui episcopos necaverant).

II respiciuntur variae actiones impiae, nefariae, sacrilegae sim.: A quibus afficiuntur homines auctori quadam familiaritate sim. coniuncti (neglecta notione interfecionis, nisi hic illic mors animae comprehenditur; accedit quodammodo NOVELL.): TERT. pudic. 14 p. 250, 13 incestas nuptias . . . et libidinem -em (opp. solam . . . fornicationem. spectat ad I Cor. 5, 1 ut uxorem patris sui aliquis habeat). Ps. CYPR. singul. cler. 29 p. 206, 4 -is dilectio clericorum in feminas. PAVL. NOL. epist. 13, 20 -i crimine contemni pauperes nostro arbitrio, quos nullo videmus a nobis dei opere discretos. NOVELL. Maior. 6, 3 quae puella a fratrum consortio -i quodammodo arte subtrahitur ad vitam sanctimoniam degendam.

B quibus impugnantur res, quae quodammodo parentibus, affini-
60 finibus sim. comparari possunt: 1 ecclesia ab haeticis: CYPR. epist. 57, 3 p. 652, 12 contra ecclesiam -ia cotidie arma suscipiunt (59, 13 p. 680, 15). 59, 2 p. 668, 16 gladios, quos verbis -bus iactitant (postea: homicidae sunt apud deum tales). 59, 18 p. 689, 1 minis suis -bus. AMBR. incarn. 2, 12 fraterno nomine non fraterne ecclesiam persequuntur, siquidem . . . quadam nuncupativa fidei germanitate -bus gladii nos cupiunt vulnerare. 2 ars generalis ab arte speciali: MACR. Sat. 7, 15, 14 in ipsam philosophiam invehitur -i ausu medicina.

adv. parricidaliter. i. q. parricidali modo: LAMPR. Alex. 1, 7 quibus bellis civilibus necesse fuit militem contra hostem paratum -r perire (-cidaliter codd., -cidaliter edd. vet.). AVG. epist. 34, 3 nonne tibi videtur iuvenis matri carnali mortem minans dixisse -r frendens: quid faciam ecclesiae (sc. matri spiritali)? IVLIAN. in Am. 6, 3/6 l. 122 (ad Iudaeos decem tribuum captivitatem non plorantes) ut eas calamitates venisse -r gaudeatis (antea l. 64 parricidales animos).

parricidāns, -antis adi. a parricida pro parricidalis ipse FVLG. formasse videtur devitans in hoc libro XI litteram V. i. q. parricidalis: FVLG. aet. mund. p. 168, 20 Fabius parvo contactam mero coniugem trucidat et resignatae ynotece (ob resignatam oenothecam Reifferscheid) -anti cruore (i. caede) sacrificat.

parricidās v. parricida. parricidātus, -ūs m. (sed v. infra). a parricida; ad formationem cf. reatus. significare videtur i. q. parricidium, sed neque notio neque formatio vocis prorsus constant (sunt qui intellegant parricidatus, [Baer])

-a, -um): CAEL. OF. FRG. (38 M.) Quint. inst. 1, 6, 42 -um (*inter vocabula non perdurantia affert* QVINT. l. c. *addens* quod in Caelio vix tolerabile videtur).

parricidialis v. parricidalis.

***parricidium**, -i n. a parricida, cf. homicidium. derivatur a 'caede parentis' vel 'paris', v. infra l. 18, 20. scripturam sollemnem parr- praebet IVS IVR. Sestin. (CIL XI 5998^a) 7; in codd. invenitur etiam pari- e. g. CIC. Tusc. 5, 6 SEN. suas. 3, 2. al., par(r)a-AMBR. epist. 27, 14 F. Ps. AVG. quaest. test. I 5 p. 29, 5 LEX Visig. 6, 5, 19, pare- GLOSS. IV 547, 33, parcid- SEN. clem. 1, 15, 2 CALP. decl. 3. i longa in syllaba -ri- IVS IVR. Sestin. l. c. (si recte descriptum), litt. gr. LYD. mag. 1, 26 *κραιστόρες παρρικίδιον*. forma contracta gen. sg. -di: PLAVT. Rud. 651 (*metro firmatur*). FEST. p. 297. 318 SEN. contr. 7, 1, 16. 7, 2, 8 (*et saepius*); contra -dii passim in digestis et al.; in IVRE IVR. Sestin. l. c. *apographa discrepant*. de

notione: ISID. orig. 5, 26, 16 -i actio non solum in eum dabatur qui parentem, id est vel patrem vel matrem interemisset, sed et in eum qui fratrem occiderat; et dictum -um quasi parentis caedem. 10, 225 (*quae antecedunt v. p. 440, 66*) quoniam -um et (*i. etiam*) homicidium quocumque intellegi possit, cum sint homines hominibus pares (cf. Plut. Rom. 22, 4 *πᾶσαν ἀνδροφονίαν παρροκτονίαν προσεπειν*). GLOSS. -um: *παρροκτόνιον. παρροκτονία*. qui patrem aut matrem occidit. parricidium. GLOSS. Corp. p. 179 -o: mequialm (*anglosax.*).

legitur in sermone pedestri inde a LEGE XII tab. (? v. infra l. 48), CIC., SALL., LIV., frequentant SEN. rhet., QVINT., deest e. g. CAES., NEP., VELL.; in versibus non nisi PLAVT. Rud. 651 et infra l. 75.

[confunditur in codd. cum parricida FLOR. epit. 1, 3, 5 CYPR. ad Donat. 8 p. 9, 18 LACT. epit. 58, 5 al. (v. etiam sub patricidium. falso trad. -um SEN. contr. 7, 5, 5 COD. Theod. 9, 15 rubr., restit. e con. dub. QVINT. decl. 372, 4), fratricidium QVODV. de IV fer. 3, 14 CHROMAT. serm. 23, 1 l. 15 L., patricidium CHROMAT. l. c. BOETH. herm. sec. 6, 14 p. 494, 6. al. (v. etiam sub hac voce). e con. probab. SEN. contr. 9, 4, 22 -i (Thomas, tyrannicidi trad.) consilium.]

I proprie i. q. impia occisio hominum occisori propinquitate, affinitate vel quibuslibet aliis vinculis pietatis sim. iunctorum (de Saturni devoratione filiorum l. 79. p. 446, 56 sq.; de morte viperarum p. 446, 16; de occisione Christi l. 81. ceterum dicitur de occisione vel facta vel incohata, excogitata sim. e. g. p. 446, 20. 22. 447, 17. 19; de controversis vocis rationibus, quae a viris doctis et antiquis et recentioribus prolatae sunt, cf. post alios Cloud, Zeitschr. Sav. Stift., Rom. Abt. 88, 1971, 1 sqq.): A in legibus, apud iuris consultos sim. (occurrere videtur inde a LEGE XII tab., v. l. 48; cf. SEN. contr. 1, 4, 9 legem . . . de -is. QVINT. decl. 281, 1 ad legem -i): FEST. p. 318 qui occidit hominem sacrum, -i non damnatur (*affert legem tribuniciam, v. p. 440, 45*). PAVL. FEST. p. 221 (*inde supplet Lindsay FEST. p. 258*) parrici(di) quaestores appellabantur, qui solebant creari causa rerum capitalium quaerendarum (POMPON. dig. 1, 2, 2, 23 qu. -i, quorum etiam meminit lex duodecim tabularum. LYD. mag. 1, 26. ad rem v. Cloud l. c. p. 18 sqq.). POMPON. dig. 1, 2, 2, 32 Cornelius Sulla quaestiones publicas constituit, veluti de falso, de -o, de sicariis. VENVL. dig. 29, 5, 13 (*item PAVL. dig. 48, 9, 10 heredes, qui -i poena teneri possunt* [opp. extraneos]. VLP. dig. 48, 9, 6 utrum qui occiderunt parentes an etiam conscii p. -i adficiantur. 48, 9, 7 -i p. tenebitur, qui eqs. MOD. dig. 48, 9, 9 pr. [*fusius describitur ut e. g. COD. Iust. 9, 17, 1. al.*]). 48, 2, 12, 4 servos reos non facit lex Pompeia -i, quoniam caput primum eos adpraehendit, qui parentes cognatosve aut patronos occiderint (PAVL. sent. 5, 24, 1 l. P. de -is tenentur, qui patrem matrem, avum aviam, fratrem sororem, patronum patronam occiderint [*sim. MARCIAN. dig. 48, 9, 1 inserens: patrualem matrualem, patruum avunculum amitam, consobrinum consobrinam, uxorem virum, generum socrum, vitricum, privignum privignam*]). al.). VLP. dig. 1, 18, 13, 1 qui -um admiserat, utrum simulato furore facinus admisisset an eqs. 48, 9, 8 -i postulatus. 48, 20, 3 quinque legibus damnatae mulieri dos publicatur: maiestatis, . . . -i eqs. COD. Theod. 9, 19, 4, 1 lege Cornelia de veneficiis sicariis -is. 11, 27, 1 lex, quae parentum manus a -o arceat, sc. *alimenta pauperibus tribuens*. LEX Visig. 6, 5, 19 si pater filium aut mater filiam aut filius patrem aut frater fratrem aut quemlibet sibi propinquum, gravibus coactus iniuriis . . . occiderit, et hoc . . . aput iudicem potuerit adprobare, quod -um (parra- var. l.), dum propriam vitam tuetur, admiserit, securus abscedat.

B cetera exempla: 1 occiduntur propinqui (sc. consanguinitate, affinitate occisori iuncti; ad gradum cognationis in legibus explicatum v. sub A): a accedunt determinationes indicantes eum, qui occiditur: a adi.: TRAG. inc. 171 (*ex Ennii Medea?*) sibi salutem ut familiari (sc. fraterno) pareret -o Medea. CIC. Cluent. 31 fraterno (HEGES. 5, 41, 2 p. 387, 4). LIV. 31, 31, 17 domestica. ARNOB. nat. 4, 33 p. 240, 14 M. tamquam hostili de sanguine ita se proprio -o cruentare Saturnum (sc. de devoratione filiorum, cf. fort. p. 446, 56, nisi recte abscisionem genitalium intellexit Löfstedt, Arnobiana, 1917, 85). PETR. CHRYS. serm. 4, 1 (*de occisione Christi*) caelestis -i. β gen.: CIC. Phil. 3, 18 patris et patrum (OROS. hist. 4, 20, 28). LIV. 8, 11, 7 filii. SVET. Nero 34, 5 matris. CHROMAT. serm. 23, 1 l. fratris. γ variae (fere iunctura laxiore): LIV. 44, 1, 10 -o . . .

perpetrato in fratrem, cogitato in parentem (SEN. contr. exc. 5, 4, 2 -um de patre finxit, de f. commisit. CHROMAT. serm. 27, 3 L. quod -um in fratre commiserat). APVL. met. 5, 11, 2 -um struentes contra sororem. IVST. 18, 7, 18 duplicis, et in filio et in patria -i poenas dedit. AVG. civ. 3, 15 p. 118, 2 D. tanto in . . . regem Servium Tullium -o perpetrato a genero.

b exempla varia, ubi e contextu apparet, quis occidatur, sc.:

β *opera, munera, officia (saepe publica)*: CIC. de orat. 2, 366 Antonius ita -tum esse tecum, ut ipse . . . exponeret hoc, tu aliud (*cf. 3, 19 Antonius in -enda disputatione nostra . . . ea divisit, quae seiuncta esse non possunt. Brut. 190 Hortensius cum -retur tecum causas*). CAES. civ. 1, 38, 2 *legati officia inter se -untur* (LAVD. Turiae [CIL VI 1527] 1, 38 SVET. Aug. 13, 3. al.). 1, 73, 4 *legati id opus inter se . . . -untur* (TERT. anim. 58, 6 nec omnia o. [optima] cum carnis ministerio anima pa<r>titur. AVG. civ. 7, 4 p. 279, 10 D. inter se). HIRT. Gall. 8, 35, 2 inter se provincias -untur *duces quidam (item inter se)*: SALL. Iug. 43, 1 LIV. 9, 12, 9. al.; *ceterum*: LIV. 3, 22, 3. 3, 57, 9. 9, 41, 2. cf. POMP. TROG. prol. 13 provinciarum imperia). NEP. Dion 2, 4 *cum rege moriente colloqui de -endo regno ([nisi de territorio cogites]*). AVSON. 317, 27 p. 18 P. *Valentinianus cum fratre et filio -itur regnum neque dividit unum*. SVLP. SEV. chron. 2, 17, 3. al.). LIV. 4, 13, 9 -ta ducibus multitudinis ministeria esse. 24, 35, 7 inter se munera belli (VELL. 2, 32, 3 iudicandi munus . . . aequaliter in [inter var. l.] utrumque ordinem. AMM. 20, 11, 22 m. dimicandi. cf. LIV. 33, 35, 1 munia inter se [*Polyb. 18, 48, 1 ἐμέρισαν σφᾶς αὐτούς*]). 42, 31, 6 inter praetores ita -ta imperia eqs. (PLIN. paneg. 8, 4. addas l. 28). SIL. 11, 61 -ta . . . curuli (60 alternatos . . . fasces). STAT. silv. 3, 2, 26 *Nereides, -tae . . . vices navem protegit* (SEDVL. carm. pasch. 1, 255 sol -itur cum nocte v. DRAC. laud. dei 2, 11. al.). al.

γ *varia (exempla attulimus notabiliora selecta tantum inde a VAL. MAX.)*: CIC. Sull. 9 neque ego hoc -endae invidiae, sed communicandae laudis causa loquor (*postea: impertio*). Tusc. 1, 40 quasi *quattuor elementa -ta habeant inter se ac divisa momenta*. Lael. 22 *amicitia res adversas -ens communicansque leviores facit*. CAES. civ. 3, 82, 1 suum cum Scipione honorem -itur *Pompeius*. VERG. Aen. 1, 194 *Aeneas cervorum corpora socios -itur in omnis; vina . . . dividit (explicat SACERD. gramm. VI 460, 3sq. 'dividit': non -itur, quoniam unum corpus est vini; . . . -itur . . . : non dividit, quia septem sunt, non unum corpus)*. Ov. ars 3, 593 foedera lecti (*nisi ad B2*). LIV. 5, 40, 8 *sacra inter se onere -to ferunt[ur] virgines Vestales* (VAL. MAX. 1, 1, 10 [*in eadem re*]). SEN. contr. 1, 7, 9 *mecum alimenta -ire, fili* (SEN. nat. 6, 16, 2 *stellae a. ex terreno trahunt et inter se -untur*). VAL. MAX. 2, 6, 7 p. 77, 22 quod immortalitatem suam nobiscum -iri noluerit *deus*. 5, 10, 3 *quidam et filium efferens et senatum habens potuit unius diei lucem . . . inter calamitosum patrem et strenuum consulem . . . -iri* (CE 1183, 2 -ta tecum vivere lu<ce velim>). PHAEDR. 3, 8, 13 in ambos *filios caritatem -ens pater*. SEN. benef. 6, 13, 4 utilitatem rei -iris *mecum mihi bene faciens*. STAT. Theb. 1, 176 *Eteocles et Polynices -ti versant populorum fata*, (*ἀπό κοινού*). MART. 4, 19, 7 *plumea . . . laxi -iris pondera follis (sc. iaciens in alios ludentes?)*. QVINT. inst. 1, 2, 2 si eadem tempora in plures -atur *praceptor* (COMM. apol. 184 tempore -to, sc. quod deus diabolo concessit [*item 834 Eliae. nisi loco utroque tempus bipertitum intellegas, ut ad IIB pertineat*]). cf. l. 54 nec non QVINT. inst. 1, 12, 4 pluribus curis horas. 12, 11, 18 *quantulum temporis . . . studiis -imur?*). SVET. Iul. 41, 2 comitia cum populo -tus est (*ad rem cf. CIC. sub b*). ACT. Arv. a. 218 (CIL VI 2104) a 30 panes laureat(os) per public(os) -ti sunt (*item a. 219 [CIL VI 2067] b 2. cf. a. 240 [Dessau 9522] II 26 familiarum . . . diviserunt*). ITALIA Luc. 22, 17 (cod. a) accepto calice gratias egit *Christus* dicens: sumite hoc et -imini in vobis (cod. d -imini vobis, *Vulg. dividite, gr. διαμερίσασθε*). ZENO 1, 6, 2 (1, 4, 4 L.) momentis horarum aequabiliter se -iri non posset *sol, si eqs. al. part. praes. pro subst. masc. servata struct. verbali*: FRONTIN. aq. 91, 4 per imprudentiam . . . aquas -entium.

δ *animantes eorumque corpus (pro cibo adhibitum v. supra l. 46)*: CAES. Gall. 6, 6, 1 -tis copiis cum . . . legato et . . . quaestore . . . adit tripertito (BELL. Afr. 43 cum Scipione. LIV. 9, 14, 9 inter se. 23, 26, 2. al.; cf. CAES. civ. 1, 4, 3 *exercitus* cum Pompeio. CVRT. 9, 10, 6 levem armaturam cum Ptolomaeo. al.). 7, 55, 5 pecuniam atque equos inter se -ti sunt. CIC. Phil. 7, 16 qua lege cum C. Caesare magistratus *creandos -tus est tribunus plebis quidam (sc. ut partim a Caesare nominarentur)*. VAL. Fl. 6, 425 illum *curribus falcatis correptum acies curvae secat undique falcis -iturque rotis (dat.)*. STAT. Theb. 12, 387 *Antigone et Argia -tae . . . artus Polynicis mortui . . . cara vicibus cervice fruuntur*. silv. 3, 3, 139 *divus Vespasianus progeniem claram terris -tus et astris*. Ivv.

3, 121 *amicum*. CALP. decl. 44 o fortuna . . . abstulisti mihi filium, relinque vel filiam; -amur vel saltem liberos meos. al. *reflexive (sc. se aequando sim.)*: VAL. MAX. 4, 7 ext. 2 p. 209, 17 (*antea: Alexander de Hephaestione dixit: et hic Alexander est*) paucis verbis se cum comite suo -tus est.

2 *cum respectu sermonis conferendi (e con. dub. ENN. ann. 236 amicum, quocum . . . mensam sermonesque suos rerumque suarum consilium -it [O. Skutsch, Studia Enniana 1968, 95 sq.; comiter impertit trad. struct. singulari])*: LVCIL. 834 quas -ret ipse [*pro*] doctrina<s> boni<s> (*si recte corr. Marx et Cichorius*). VERG. Aen. 11, 822 *Camilla Accam . . . adloquitur . . . quicum -iri curas solebat (nisi ad Iay. sed cf. AVG. conf. 5, 6, 11 -iri cum eo Fausto curas quaestionum mearum conferendo familiariter)*. STAT. Theb. 8, 280 *vatem, quicum ipse arcana deorum -iri et visas uni sociare solebat Amphiarus aves. silv. 5, 2, 38 Domitius Corbulo illi Bolano legato curarum asperrima suetus credere -irique metus, quod tempus amicum fraudibus esset eqs.* BARNAB. 1, 5 ut vobiscum -ar ex eo quod accepi (*sc. doctrinam; gr. μέγος τι μεταδοῦναι*). HIER. epist. 7, 1, 1 (*tribus amicis*) per singulos officia mei non sunt -enda sermonis.

B *laxius de eo qui (quod) partem capit, participat, pro partecipe possidet sim. (cum obi. acc. passim [sc. rerum praeter l. 55]; pro obi. ponitur gen. l. 30, praepos. ex l. 53, de l. 54; absolute l. 35)*: 1 *indicatur persona (res l. 39), quacum quis (quid) -itur: a per praepos. cum: LVCIL. 98 tu partem laudis caperes, tu gaudia mecum -isses. PLANC. Cic. fam. 10, 8, 3 ut potius cum pluribus societatem defendendae libertatis iniremus, quam cum paucioribus funestam . . . victoriam -remur. VERG. Aen. 11, 510 (Turnus Camillae) noli sola pugnare, mecum -ire laborem* (INSCR. Alger. II 4724 [*saec. V*] <f>elix Vrania, mecum -ire l. fontis renovandi. cf. EVSTATH. Basil. hex. 6, 1, 2 mecum . . . -iri laboris huius [*gr. κοινωεῖν ἐμοὶ τῆς ἀγωγῆς*]). VLP. dig. 37, 8, 1, 9 (*ex Iuliano*) ut tertiam partem hereditatis filius cum nepote . . . -atur (*cf. LEX Visig. 4, 2, 10 hereditates . . . feminae cum illis propinquis . . . aequaliter -antur*). CLAUD. DON. Aen. 11, 40 p. 413, 1 (*Aeneas ad Pallantem mortuum*) cur triumphos meos mecum non potuisti -iri? al. *absolute, ut vergat in notionem q. e. communicare, se coniungere*: ITALIA prov. 29, 24 (Ps. Aug. spec. 74, *item fere VVLG.*) qui -itur cum fure, odit animam suam (*participatur var. l. Vulg., participat ed. Clem.*). GREG. M. moral. 7, 41 gravi . . . damno scientia divina minuitur, si cum carnis notitia -itur (*nisi pass. ad 2*). b *per dat.*: STAT. Theb. 1, 475 -tum esse extrema protervo Thesea Pirithoo, *sc. Proserpinam rapturo*.

2 *exempla cetera (quae de pluribus sociis dicuntur facile ad A referri possunt, si subaudias inter se vel sim.)*: Acc. trag. 265 aeternabilem (*alt-Ribbeck*) divitiam -issent (*-issent idem dubitanter*). CIC. Q. Rosc. 53 quod tum redactum esset, aequaliter omnes -rentur *socii*. Vatin. 12 cum te non custodem ad continendas, sed portitorem ad -endas merces missum putares. Ov. met. 4, 775 sorores Phorcidas unius -tas (*sortitas var. l.*) luminis usum. VAL. MAX. 8, 7 ext. 16 industriae laudem duo reges -ti sunt. LVCAN. 1, 290 te, *Caesar*, depellere regno decretum genero est; -iri non potes orbem, solus habere potes. PLIN. nat. 10, 39 auxiliatur *noctuis accipiter . . . bellumque -itur*. STAT. silv. 2, 1, 207 *Blaesus alternum pueri -itur amorem*. PLIN. epist. 1, 3, 1 possident te et per vices -untur *deliciae Comi?* VLP. dig. 14, 4, 5, 7 dominus utrum ita demum -etur ex merce, si quid ei mercis nomine debeatur, an eqs. (6 in tributum . . . vocantur). ACT. Arv. a. 240 (Dessau 9522) II 13 de porciliis -ti et epulati sunt *fratres Arvales*. CLAUD. 10, 31 *sponsa communem -itur avum*. al.

II *respectu participis minus vigente vel prorsus sublato*: A *pro obi. sunt singula ad unitatem quandam pertinentia, sc. partes, membra sim. (obi. plurali numero posita saepe inter A et B ambigua esse vix est quod moneamus; pro obi. acc. accedunt enunt. interrog. l. 72. p. 525, 26)*: ? 1 *singulariter respicitur qui in ordinem quandam refertur, adnumeratur*: ENN. scaen. 327 eandem me in suspicionem sceleris -vit pater (*'me in partem eiusdem suspicionis adduxit'* Vahlen ad l.; *sunt qui in me sive coniciant sive intellegant [sc. praepositione postposita], ut ad IA pertineat*).

2 *usu communi*: a *respiciuntur partes sim., quae potius constituantur vel disponuntur, distinguuntur*: PLAVT. Amph. 1035 (*post lacunam; ad Amphitruonem utrumque*) vos (*subi.*) inter vos -ite; ego abeo (sc. *uter versus A. sit, uter falsus [cf. l. 72]*); an coll. p. 522, 59 ad IA? ad IIB *traxit Lambinus controversiam dirimendam intellegens*). CIC. leg. 3, 7 (*verba legis*) populi . . . partis in tribus describunt, exin pecunias, aevitatis, ordinis -unto *censores*. Phil. 14, 15 *cum cives conspirantes -rentur . . . inter se, qui Capitolium . . . qui urbis portas occuparent (item c. enunt. interrog.: QVINT. decl. 323, 7 divisum -tumque responso oraculi est, quid Alexander facere deberet, quid nos)*. CAES. Gall. 7, 24, 5 plures *legiones . . . -tis temporibus erant in opere* (LIV. 22, 27, 6 aut diebus alternis aut, si maiora intervalla placerent, -tis t. alterius . . . imperium . . . esse: *in re metrica*: TER. MAVR. 1387 *iambus et trochaeus terna rite -entur ambo vicibus tempora*). MANIL. 2, 277 in tria -tus . . . ter cadit *trigoni angulus astra*. OCTAVIA 420 (419) *ferrea aetas -ta fines regna constituit*. PLIN. nat. 2, 52 cur . . . -tis vicibus anni brumalis sol abscedit a terra? (PRISCILL. tract. 5, 86 -ta temporum, *sc. diei noctisque, vice*). STAT. silv. 1, 3, 58 -tis distantia tecta trichoris (*in villa Tiburtina; v. Vollmer, 1898, ad l.*). al. b *respiciuntur partes, quae potius segregantur (fortasse mediopass. iuxta [van Leijenhorst]*

indicationem, unde quis se segreget, ut subluceat notio discedendi sim. linguarum romanicarum propria, l. 3. 9. 17; cf. struct. ex sim. sub 3b): CRET. FAV. 29 p. 310 a quo circulo primum lineae horarum -tae aequaliter notantur in horologio ([si recte huc traxit Plommer, 1973, ad l.], item cum praepos. a: EPIST. Paul. et Cor. II rec. A 10 deus -tus ... a spiritu Christi misit in prophetas [rec. B partem de ... spiritu colla<tam> ... misit, alia rec., Zeitschr. NTWiss. 44, 1952/3, 74, dividens ... spiritum misit]. CASSIOD. hist. 9, 40, 9 reliqui ... ab eo haeretico per schismata diversa -ti sunt [Socrat. 5, 24 ἀπ' αὐτοῦ ... διηρέθησαν, syn. segregatus est, separati sunt, divisi fuerant]). SOL. 26, 4 in iisdem licet foveis -tis tamen per scrobis secubationibus dividuntur ursi. HIL. trin. 12, 3 ut haeretici euangelicum et profeticum spiritum in lites dividant et in iurgia -antur. COMM. instr. 2, 2, 16 tempore iudicii flamma ... gentes media -iturque servans in annis mille (l. def. Martin; gentis media -taque Dombart, n. plur. pro subst. intellegens). CARM. de resurr. 239 (sec. gen. 2, 10) fons ... perfundit ... campos paradisi, quattuor inde rigant -ta flumina terras (-tam ... terram codd. aliquot ut ad p. 526, 68 pertineat). p. p. p. neutr. plur. -ta pro subst. (cf. l. 15): COMM. apol. 926 -ta locorum ('secreta l. Dombart in schedis).

3 usu tecnico: a in arte rhet. et dialectica (pro obi. sunt ipsae partes dispositae; cf. B1a): CIC. de orat. 3, 119 nihil refert, si qua in re discrepavit ab Antoni divisione nostra partitio: eadem sunt membra ... sed paulo secus a me atque ab illo -ta ac tributa (distr. pars codicum). QVINT. inst. 5, 8, 4 quorum (argumentorum sim.) priusquam -or species, indicandum est esse quaedam ... communia. CLAUD. DON. Aen. prooem. p. 3, 20 initio poeta -itur, quid fato, quid extra fatum perpeus sit Aeneas. BOETH. herm. sec. 1, 1 p. 14, 28 simplicis enuntiationis ... elementa -iri. b in arte computandi (pro obi. sunt fere partes, per quas divisio fit [eo genere obi. interioris, ni fallimur, quod illustraverunt Hofmann-Szantyr, 39 sq.], sed partes quae divisione computantur l. 37. 45 et fortasse l. 38 sqq.; cf. B1b): COMPVT. Carth. 1, 4 habes dies DCCCC XXXI; -iris tricesimam, invenies tries as (i. XXXI); ... remanet unus assis (item c. acc. fem. numeri solius: 2, 2, 2, 15 DIONYS. EXIG. pasch. 13. cum sola nota numeri: GROM. Cantor 22. 23). 2, 1 in quibus milibus tot -iris trigesimam, habebis ... milia tot (accedit praepos. in ut: 2, 3 in his -iris septimam. et saepius ibid.; cf. l. 41). 2, 14 in his diebus tot -iris sexagesimam, et, quod fueris -tus, supra dierum numerum ponis. 2, 15 ex quibus diebus -iris sexagesima (aut neutr. plur. aut, ut ad B vel C pertineat, abl. sing., nisi restituas acc. -mam [cf. supra]; simili ambiguitate: GROM. Cantor 16 vasis [i. basis trigoni, q. e. pedum XIV] semper -or dimidia, fit VII. DIONYS. EXIG. pasch. 13 in quibus CLXVI -iris xxxcesima, remanent XVI. al. ibid.). GROM. Cantor 16 hinc (i. ex LXX) -or XIII, fit V (aliter in eadem re p. 526, 8). 20 multiplicando fit CCCLXX; -or ... partem G, fit CXLV ([i. 6270:6 = 1045]. 24. DIONYS. EXIG. pasch. 12 quartam p., quam -tus es, adicies).

B pro obi. est totum quoddam (hic illic etiam plur. de multitudine quadam; partes vel ratio divisionis indicantur praepositionibus in c. acc. l. 56 et passim [c. abl. p. 526, 42. 61], per l. 66 sqq. p. 526, 9. 527, 8. al., secundum p. 526, 16, inter et intra p. 526, 38. 46, abl. instr. l. 69. p. 526, 16. 72. 74. al., acc. praedic. l. 68. p. 526, 74, enunt. interrog. infra l. 78): 1 usu tecnico: a in arte rhet. vel dialectica et variis disciplinis per partes, species sim. disponuntur vel definiuntur res, de quibus agitur (aliter p. 527, 14 sqq.; cf. A3a et C1 et 2): α indicantur partes, species sim. (per praep. in c. acc. exceptis l. 66 sqq. 69): CIC. inv. 2, 177 sin distributius tractare qui volet laudes et vituperationes, -atur in animum et corpus et extrarias res licebit (l. brevis pro: in laudes animi eqs.; vix ad IA). Brut. 141 quae actio si -enda est in gestum atque vocem. orat. 117 perfectus orator genus universum in species certas -etur ac dividet (QVINT. inst. 3, 6, 66 statum legalem in quinque s. 4, 5, 27 [ibid. in genera]). 188 pes ... qui adhibetur ad numeros, -itur in tria. top. 92. Tim. 11 sunt ... omnia animantia in quaedam genera -ta ([gr. 30^c ἐν μέγους εἶδει]. QVINT. inst. 4, 5, 27. 6, 3, 108 seria ... in tria g.). SEN. epist. 58, 16 quaecumque sunt, in sex modos. QVINT. inst. 1, 4, 6 eas consonantes in semivocalium numerum mutarumque. 3, 5, 2 divisio ... eorum, qui totum opus oratoris in res et in adfectus -untur. al. FRONTIN. aq. 78, 4 dispensatio per nomina aquarum et regiones urbis -enda est (77, 2 digeramus). TERT. anim. 16, 1 Plato bifariam -itur animam per rationale et irrationale. PORPH. Hor. carm. 1, 13, 16 in quinque partes amoris fructus esse -tus dicitur: visu, adloquio eqs. (FORTVN. rhet. 2, 21). HIER. epist. 50, 2, 2 in digitos -iri causam (breviloquentia quadam, cf. vol. V 1, 1124, 81 sqq.). al. β exempla cetera: CIC. inv. 1, 33 -itur apud Terentium (Andr. 49 sq.) breviter et commode senex ... quae cognoscere libertum velit. de orat. 2, 133 quidam constituunt ... in -endis orationum modis duo genera causarum. top. 33 stipulationum aut iudiciorum formulas. Tusc. 4, 9 Stoici, cum de animi perturbationibus disputant, magnam partem in his -endis et definiendis occupati sunt. al. QVINT. inst. 7, 4, 20 ita causam -imur, an commissa sit poena, an exigi debeat. FRONTO p. 144, 11 v. d. H. quaestiones. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 22 p. 210, 5 pro S. Roscio dicens -itur ... Tullius non causam, sed orationem, dividendo in crimen, audaciam et potentiam. al. in titulo libri: VLP. dig. 32, 55, 1 Ofilius ... libro quinto iuris -ti (item ibid. 4. al.; ad rem v. Nörr, Zeitschr. Sav. Stift. Rom. Abt. 97, 1980, 402).

b in arte computandi (pro obi. est numerus dividendus, hic illic e

contextu subintellegendus; cf. A3b): α -iri in aliquid: in partes divisione computatas: AVG. serm. 252, 8, 8 CL in vigenos quinos -iri ... ut fierent eorum sex partes. in partes, per quas divisio fit: COMPVT. Carth. 2, 1 quas noctes tot cum -tus fueris in sexagesimam partem, invenies tot. VICTOR. pasch. add. II chron. I p. 740, 27 dies tot -iris in septima, fiunt tot. BOETH. arithm. 1, 9 p. 17, 15 hunc numerum VIII ... quaternarius in aequa -itur (antea: in duo paria dividi). GROM. Mortet 21 hoc LXX pa<r>tior in partes XIII, fit in singulis partibus V (aliter in eadem re p. 525, 43). al. β -iri per aliquid (sc. partes, per quas divisio fit): COMPVT. cod. Col. frg. p. 243 -ire CCCLXV per [XII vicibus] XXX, invenies duodecies (corrigendum sec. l. 14). DIONYS. EXIG. pasch. 2 hos DXXVIII -ire per XV, remanent III. 12 hos DCLXXXIII per quartam partem -iris (GROM. Cantor 19. 21). al. γ vario usu: COMPVT. cod. Col. prol. 10 p. 233 CCCLXV -iris, quotiens habet XXX, invenies duodecies. BOETH. arithm. 1, 4 p. 14, 10 totum ... trina divisione (cf. infra l. 53). mus. 2, 17 hos CCC secundum L -imur, fiunt VI.

2 usu communi dividuntur vel disponuntur: a varia: α proprie: CIC. Tim. 22 cum ex tribus effecisset unum, id ipsum in ... membra -tus est demiurgus (gr. 35^b διέμεμεν, Chalc. transl. divisit in partes). LVCR. 3, 710 animi natura -ta per artus corporis (702 disperditur). PROP. 4, 9, 10 per tria -tos qui Cacus dabat ora sonos. MONTAN. carm. frg. 1, 4 hirundo ... cibos inmittere nidis incipit et molli -tos ore ministrat (nisi ad p. 523, 40). PETRON. 10, 4 (in imagine) Ascyte ... intellego nobis convenire non posse; itaque communes sarcinulas -amur. QVINT. decl. 337, 8 sicut onera facilius subeas, si -aris (aliter p. 523, 50). APVL. met. 8, 4, 3 canes ... -tae totos praecingunt aditus in venatione. ITALIA deut. 32, 8 (Veron.) cum -retur altissimas nationes [e]gentium, sicut dispersit filios Adam (Lugd. divisisset, sim. Vulg.; gr. διεμέριζεν). CE 637, 2 numqua(m) feci dolum neque duos partibi (i. -vi) ama(n)tes (si recte restit. Lebek, Zeitschr. Pap. Epigr. 20, 1976, 175). al. p. p. p. neutr. plur. -ta pro subst.: PRISC. LYD. solut. 1 p. 44, 21 si ... miscetur cum corpore, non iam unum erit anima, sed quiddam divisorum et -torum.

β translate: ① -iri se vel partes suas (sc. plura simul agendo): MORET. 24 Simylus advocat ... manus operi molendi -tus utroque (sc. adv., cod. G; an rectius utriusque alii?): laeva ministerio, dextra est intenta labori (dubium utrum manus ἀπό κοίτου, an -tus medio-pass.). VAL. MAX. 6, 5 ext. 3 se inter misericordem patrem et iustum legislatorem -tus Zaleucus in puniendo filio. PS. PROSP. carm. de prov. 167 -iri ... in multa negotia mentem (GREG. M. past. 1, 4 dum mens per diversa -itur [antea: dividitur ad multa]). GREG. M. moral. 5, 2 cogitationem suam in amore domini et in eius prosperitatis terrenae dispensatione -iri. ② cetera exempla: LIV. 21, 21, 10 Hannibal -ens curas simul <in> inferendum atque arcendum bellum. 27, 7, 7 regionibus ... -tum imperium est consulum (27, 7, 17). VAL. MAX. 3, 8, 1 quia, si eum Fulvium intra se ipsum (ipsam Kempf) -ta laude aestimes, maiorem punita Capua quam capta reperias. 6, 9 ext. 4 Alcibiaden quasi duae fortunae -tae sunt, altera, quae ei nobilitatem ... adsignaret, altera, quae damnationem ... infligeret. POMPON. reg. frg. servitutes dividi non possunt; nam eorum usus ita conexus est, ut qui eum -atur naturam eius corrumpat. TER. MAVR. 1388 ἄσσις unum tempus possidebit, quando iambum -or (syn. divides. cf. p. 524, 78 nec non DIOM. gramm. I 480, 3 alterum pedem epitrita divisione -imur). IREN. 2, 13, 5 si ... de sensu sensum dicant emissum, praecidunt sensum dei et -untur. VOPISC. Car. 9, 4 bella -endo (pariendi trad.) contudit Sarmatas. OPTAT. 2, 5 p. 39, 25 (respicitur I Cor. 1, 13) dum Christum -iri conati sunt schismatici (aliter de iis, qui Christi naturas separandas putant: PRISCILL. tract. 1, 3 dividunt ... substantiam et magnitudinem Christi ... -untur. CONC. II 3, 1 Rustic. p. 69, 29 dominum ... nolite -iri; inpartibilem nolite -iri [vers. antiq. dividere et separare]. IV 1 p. 177, 21 Christum non in duabus personis -endum vel dividendum. al. p. p. p. -tus vergit in vim adi. q. e. varius, diversus: APVL. mund. 27 p. 351 deo nec multis opus est nec -tis (paratis var. l.) hominum conservediis (Wowerius, conversationem trad.; gr. 398b10 ἐπιτεχνήσεως ... καὶ ὑπερσείας τῆς παρ' ἐτέραν). EVAGR. vita Anton. 22 diversa ... eorum daemonum et -ta nequitia est (gr. non resp.). PRISC. LYD. solut. 3 p. 63, 13 -tis quibusdam distinctionibus totius virtutis utitur anima.

b loca sim. et quaecumque lineis, limitibus sim. distinguuntur: LVCR. 5, 684 sol ... aetheris oras -it et in partis non aequas dividit orbem (sc. die nocteque; sim. MANIL. 3, 384 per duo -tae ... divortia terrae). VERG. georg. 1, 126 Saturno rege ne signare quidem aut -iri limite campum fas erat (cf. in adsignatione agrorum: ITALIA Ios. 18, 6 [Lugd.] -ite terram in septem partes [Vulg. describite]). Ov. fast. 4, 680 carcere -tos circus habebit equos. MANIL. 2, 811 qui cardo ... medium tenui -itur limite mundum. 3, 190 quem ortivum cardinem bene -tis memorant horoscopton astris (cf. STAT. Theb. 3, 499 augures rite ... -ti sidera). BOETH. arithm. 2, 6 p. 91, 18 quadratum ... ita ductae lineae in quattuor ... triangulos ... -untur. al.

c copiae, classis sim., quae ordinantur, separantur (sc. fere in re militari): CAES. Gall. 3, 10, 3 -endum sibi ac latius distribuendum exercitum putavit Caesar (6, 33, 1 -to exercitu [abl. abs. ut: LIV. 23, 1, 4. 28, 19, 9 VAL. MAX. 5, 2, 4]). VERG. Aen. 5, 562 agmine -to (in lusu Troiae). HOR. epist. 1, 18, 61 -itur lintres exercitus servorum ad simulandam Actiacam pugnam. LIV. 9, 19, 8 Romana acies ... ex pluribus [van Leijenhorst]

partibus constans, facilis -enti . . . , facilis iungenti. 27, 8, 17 classe . . . -ta. VELL. 2, 113, 3 Tiberius legatos . . . -tis praefecit hibernis. SIL. 7, 520 -tus socias vires *dux*. 7, 736 -tis . . . manipulis. TAC. ann. 15, 6, 3 cetera *ad bellum necessaria* ex rerum usu sociarent -irentur *duces* (*nisi ad IA*). SVET. Vit. 9 copias. *al.*

d corpora animantium, plantae sim., quae dissecantur, disperguntur: SEN. Oed. 617 bacchantium manus -ta regem Penthea. COLVM. 3, 17, 1 id flagellum . . . per gemmas quinas . . . -ti complures taleolas terrae mandaverunt *quidam*. 12, 7, 4 flores . . . diduci et -iri. STAT. Theb. 6, 488 equi . . . iam iam . . . trementem Hippodamum -ti furiis, ni eqs. GELL. 20, 1, 19 de inmanitate illa secandi pa<r>tiendique humani corporis (*sim.* 20, 1, 48). CLAUD. 15, 470 aquila hydrum reluctantem morsu -itur obunco. *al.*

e res dicendae, scribendae, quae pluribus locis ponuntur vel in partes minores dividuntur (*aliter Ia*): QVINT. inst. 5, 12, 14 potentissima argumenta -ta primo summoque loco ponere. 6, 1, 55 necesse erit uti pluribus quasi epilogis; . . . sunt qui hos *μερικὸς ἐπιλόγους* vocent, quo -tam perorationem significant. 7, 1, 29 -endo multiplicare confessionem. 7, 10, 11 ubi utendum expositione continua, ubi -ta (*cf.* FORTVN. rhet. 2, 26 aut per instructam propositionem aut per -tam). AVG. doctr. christ. 4, 1, 1 hoc opus nostrum . . . in duo quaedam fueram prima distributione -tus. RVT. NAM. 2, 9 -imur . . . per opuscula bina ruborem (*sc. carmen per duos libros*). BENED. reg. 18, 21 -endo . . . , qui . . . prolixiores sunt psalmi. *al.*

C absolute (*obi. suppl. v. supra, e. g. l. 1. p. 525, 5; cf. p. 525, 38; vix hic etiam l. 57*): **1** in arte rhet. (*cf. Bīa*): CIC. inv. 1, 32 qui ita -itur: 'ostendam eqs.' (QVINT. inst. 4, 5, 9 [illa trad.], *cf.* MART. CAP. 5, 556 Tullius . . . sic -tus est, ut eqs.). 1, 66 commode -ti sunt illi, qui in quinque partes tribuerunt argumentationem (*cf.* QVINT. inst. 4, 5, 12 optime). part. 139 -iri ipsum et definire et ambigui partitiones dividere eqs. QVINT. inst. 4, 5, 2 si qua in -endo praeterimus. 4, 5, 24 diligentia -endi. 11, 3, 163 proponere, -iri, interrogare. **2** in dialectica: CIC. fin. 1, 22 tollit definitiones, nihil de dividendo ac -endo docet Epicurus (*item gerund.*: Tusc. 4, 9 peripatetici . . . spinas -endi et definiendi praetermittunt. AVG. doctr. christ. 2, 35, 53 scientia . . . -endi. MART. CAP. 4, 339. *al.*). ARNOB. nat. 2, 11 p. 77, 26 M. concludere . . . syllogismos, . . . -iri, dividere eqs. **3** vario usu: MAECIAN. distrib. 26 cum rei natura infinitam -endi praestet facultatem, succedit unciae quoque . . . divisio. PAVL. sent. 1, 18, 1 de his, quae divisa eo iudicio (*sc. arbitri familiae heriscundae*) non sunt, communi dividendo arbiter postulatus -etur (*nisi ad IA*).

D intrans. i. q. se dividere (*sc. discedendo; in re militari*): PS. MAVRIC. strat. 12, 8, 16, 10 (= 12B16 l. 60 D.; *trad. litteris gr.*) medii -itis (*pro -ite*) ad diphalangiam (*explicatur: πρὸς διφραγγίαν μερίζονται*).

part. praes. masc. plur. partientes *fere pro subst. v. p. 523, 72. p. p. partitus, -a, -um. vergit in vim adi. maxime p. 526, 62 et l. 19 sq.; adhibetur pro subst. p. 525, 18. 526, 32.*

adv. partitō. *fere i. q. apta partitione, distribute* (*cf. p. 525, 55*): CIC. orat. 99 qui . . . nihil potest tranquille, nihil leniter, nihil -e (*parti(m)*, parte, parum *codd. aliquot*) definite distincte facete dicere.

adv. partitīm. *fere i. q. singillatim, separatim*: SOL. 7, 18 nec Atticos montes -m tacebimus: est Icarus, est eqs. (-m latere *vid. in S¹ N¹, restit. S²*; partim vel (*in*) partem *var. ll.*). CLAUD. 21, 30 hic est publica felix, sed privata minus; [-m] singula quemque nobilitant, hunc forma decens, hunc robur eqs. (*cf. 34sq. quae divisa beatos efficiunt, collecta tenes; [-] partitum var. l., tuentur edd. plerique [-tum est] pass. impers. intellexit Birt postea interpungens*).

[**adv. partitō olim accipiebatur** VLP. reg. 24, 25, v. p. 530, 23.] *deriv.*: partibilis, partitio, partitor.

compos.: com-, de-, suppartio(r), dis-, impertio(r); superpartiens; bipertitus, im-, multi-, tripartitus et *sim. al.*

2. partio, -ōnis f. a parēre (partum). NON. p. 217, 28 partus masculini est generis . . . ; partitudo et -o feminini (*affert PLAVT. et AFRAN.*). PRISC. gramm. II 256, 2 'hic partus' . . . quamvis 'haec -o' . . . antiqui protulisse inveniuntur (*affert PLAVT.*).

i. q. actio pariendi: **1** respicitur partus: **a** hominum: PLAVT. Truc. 196 (195) peperisse audivi Phronesium . . . :: horresco misera, mentio quotiens fit -is (parationis P). AFRAN. com. 346 non dolorum -is veniet in mentem tibi? GELL. 3, 16, 9 antiquos . . . Romanos Varro dicit . . . nono mense aut decimo neque praeter hos aliis -em msulieri secundum naturam fieri existimasse ([*Varro frg. Gell. 3, 16, 10 partus*]. *cf.* 3, 16, 20 cum . . . tempus ipsius -is nono aut decimo mense definisset Hippocrates). 10, 2, 1 Aristoteles . . . tradidit mulierem in Aegypto uno partu quinque pueros enixam eumque esse finem dixit multiugae hominum -is (partit-, portat- *var. ll.*; *cf. Aristot. hist. anim. 584b33 πλείστα . . . τίκτεται πέντε. an metonymice de eo quod paritur?*). 12, 1, 20 (*inde MACR. Sat. 5, 11, 15*) non -em solam Aeneae . . . , sed alituram quoque feram et saevam crinatus est Vergilius (*Aen. 4, 365sq.*). **b** animalium: VARRO rust. 3, 9, 4 gallinae amplae ad -es sunt aptiores (*cf. 3, 9, 6 galli quidam ad partus sunt steriliores*).

? 2 respicitur acquisitio: IVLIAN. epit. in psalm. 62, 11^b in -em victus sui quaedam inde, *sc. de cadaveribus*, vulpes usurpant (*para-*

tionem *de Coninck fortasse recte; Theod. Mops. p. 409, 12 εὐροῦσαι ἐσθίειν λέγονται*).

3. partio v. partitio.

partionālis v. portionalis.

partior v. 1. partio.

? partiōsus v. supra p. 327, 33.

partipedēs sunt versus, qui in singulis pedibus singulas orationis partes adsignant, ut 'miscent fida (*corruptum*) flumina candida sanguine sparso' DIOM. gramm. I 499, 12 (*inter versus optimos enumerantur ibid. p. 498, 25 [paripedes edd. vet.], gr. appellantur p. 498, 27 ποδομερεῖς. cf. versus districtus vol. V 1, 1552, 35sq.*).

partitē v. 1. partio.

partitiālis, -e. a partire (partitus). *fere i. q. ad partiendum pertinens, partiens sim. (i. q. partialis vix recte intellegunt alii)*: GREG. M. epist. 5, 41 p. 333, 9 (*ne quis appelletur episcopus 'universalis'; cf. l. 19*) ut ad totius compagis ecclesiae pertineret commodum membrorum -is ista distinctio (*partialis edd. vet.*).

adv. partitiāliter. *i. q. modo partitiali, per partitionem sim.*: GREG. M. epist. 5, 44 p. 340, 9 Paulus (*cf. I Cor. 1, 10sq.*) membra dominici corporis aliis . . . subici -r evitavit (*participaliter var. l.; opp. qui cuncta eius membra tibimet conaris universalis appellatione supponere*).

partitiārius v. p. 492, 74. **partitīm** v. 1. partio.

***partitio, -ōnis f.** a partire (-ri). *scribitur i longa LAVD. Murdiae (CIL VI 10230) 4. partio, forma vulgaris (cf. l. 34) per haplogiam explicanda (intercedente fortasse voce q. e. portio), trad. sola CIL VI 29983, 1. ITALIA II par. 31, 2 (Complut.). CHAR. gramm. p. 146, 29 et 147, 1 B. (dub. an recte; -tit- exstat ibid. p. 310, 8). CAEL. AVR. gyn. 2, 12 (in chron. et acut. sec. schedas nostras ter -tit-), exstat in var. l. FRONTO p. 173, 25 v. d. H. (man. pr. cod.). VVLG. I par. 24, 1 II Esdr. 11, 36 Ezech. 48, 29 AVG. civ. 7, 3 p. 275, 14 D. MART. CAP. 4, 354 (bis). PRISC. gramm. II 175, 4. III 289, 4 CASSIOD. in psalm. 36, 12. legitur maxime apud artium scriptores inde a RHET. Her. (semel), CIC. (fere 70^{ies}), LAVD. Murdiae (semel), LIV. (semel), VITR. (ter), QVINT. (35^{ies}); deest in poesi; abiit in sermonem gr., v. p. 530, 20. [e forma partio: dalm. vet. parçogna; var. it. mer.; sard. centr. vet. parthone; francog. vet. et med. parçon; prov. vet. parsó. cf. M.-L. 6260 et Faré, Postille. Wagner II 227. Wartburg VII 691sq. St.] [in codd. confunditur maxime cum portio CIC. off. 2, 40 VVLG. I par. 24, 1. al., participatio IREN. 5, 26, 1 HIL. in Matth. 15, 10. al.; falso trad. CIC. inv. 1, 76 (-e vel ratione -es codd., partis ratione Linsmayer).]*

i. q. divisio, distributio (GLOSS. μερισμός): **1** significatur actus partiendi vel status rei partitae (*accedit saepe gen. rei partitae [gerund. CIC. ac. 1, 18]. iuncturae verbales notabiliores: -em habere CIC. inv. 1, 31 VITR. 3, 1, 6, -e uti CIC. inv. 1, 31 Tusc. 4, 11. al. QVINT. inst. 4, 5, 4 FORTVN. rhet. 2, 21, -em facere CIC. Verr. II 3, 183 Sull. 13 de orat. 1, 22 MAECIAN. distrib. 40 SOL. 1, 56. al., -es dividere CIC. part. 139*): **A** mera vi distrahendi, disponendi, separandi sim. (*partes indicantur praepos. in c. acc. BOETH. arithm. 1, 5 p. 14, 21 in Porph. comm. sec. 3, 5 p. 213, 11 CASSIOD. in psalm. 80, 4. al., per BOETH. mus. 4, 6 tit. al. ibid.*); **dividuntur**: **1** orationes, libri sim. et quaelibet argumenta tractanda (*technice in arte rhet., usu hic illic prope accedente ad 2; distinguitur divisio vol. V 1, 1630, 44sq.*): **a** strictius pertinet ad certam orationis partem (*v. definitiones infra allatas; dubia ad b traxi; -o inseritur fere ante argumentationem, ante narrationem l. 66*): CIC. inv. 1, 19 orationis partes sunt exordium, narratio, -o, confirmatio, reprehensio, conclusio (*cf. Rhet. Her. 1, 3, 4 divisionem. ceteri rhet. -em tractantes ambigunt an pars orationis sit praeter IVL. VICT. rhet. 1 p. 373, 28*). 1, 31 -o . . . perspicuam totam efficit orationem; partes eius sunt duae . . . ; una pars est, quae, quid cum adversariis conveniat et quid in controversia relinquatur, ostendit (*de eadem: ibid. iterum. QVINT. inst. 4, 5, 28. FORTVN. rhet. 2, 21 quod -is genus vocatur per seiunctionem. al.*) . . . ; altera est, in qua rerum earum, de quibus erimus dicturi, breviter expositio ponitur distributa (*de eadem: 1, 32 [inde MAR. VICTORIN. rhet. 1, 22 p. 209, 13 -o quae distributio nuncupatur]. FORTVN. rhet. 2, 21 quod -is genus vocamus per enumerationem*). 1, 98 in conclusione dicere, quas partes exposueris in -e. et saepe *ibid.* QVINT. inst. 4, 2, 49 -o narrationem antecedens taedium levat: 'dicam quae acta sint ante ipsum rei contractum, dicam quae in re ipsa, dicam quae postea' (*cf. FORTVN. rhet. 2, 19 ante narrationem potest -o induci? potest, quando eqs.*). 4, 4, 7 propositiones, si coniungantur, in -em cadunt. 4, 5, 1 -o est nostrarum aut adversarii propositionum aut utrarumque ordine collocata enumeratio (*cf. FORTVN. rhet. 2, 22 omnis -o qualis est? aut nostra, quae προηγουμένη διαίρεσις dicitur, aut adversarii, quae ἀναγκαία διαίρεσις nominatur, aut communis, quae μικτή potest dici*). 4, 5, 25 contra quam obscuritatem -o inventa est. 9, 4, 92 quia initium eius pro Cluentio orationis -i simile est (*de eadem re cf. p. 529, 36*). *al.* **b** laxius pertinet ad quamlibet dispositionem (*sc. fere ad expositionem distributam; ad structuram operis ipsam fortasse HIER. epist., AVG.*): CIC. inv. 1, 33 ut . . . in omni dictione prima quaeque pars, ut exposita est in -e, sic ordine transigatur. *ibid.* quemadmodum in -e proposuit, ita narrat (*senex in Andria Terentii, ut ibid. iterum*). de orat. 3, 119 (*v. p. 525, 22*). Brut. 302 Hortensii -es . . . et conlectiones. nat. deor. 3, 6 quadripertita . . . fuit divisio tua, primum . . . , deinde . . . , tum . . . , postremo . . . ; haec . . . -o fuit. 3, 65 haec . . . ex tua -e restant duo. QVINT. inst. 1, 2, 13 taceo de -bus et declamationi-

bus rhetorum, quibus discipulos suos instruunt (v. Colson, 1924, ad l.). 3, 3, 9 Hermagoras partes artis oratoriae indicans iudicium, -em, ordinem . . . subicit oeconomiae. 3, 9, 2 -o . . . dispositionis est species, ipsa dispositio pars rhetorices et per omnes materias . . . aequaliter fusa. 9, 4, 131 argumenta, -es, iocos et quidquid est sermoni magis simile. 11, 1, 53 pater de morte filii dicturus argumenta diducet in digitos et propositionum ac -um captabit leporem? FRONTO p. 173, 25 v. d. H. quom sermo inter nos de -bus (partionibus *man. pr.*) orationum ortus esset. SACERD. gramm. VI 460, 4 (*inter schemata, cf. l. 46*) merismos, quam nos -em vocamus, fit hoc modo, cum multae res separantur, ut puta pecora multa partiuntur eqs. (v. p. 522, 28; opp. 459, 31sq. *diaeresis vel divisio* est unius rei separatio). HIER. epist. 58, 10, 2 Arnobius inaequalis et nimius est et absque operis sui -e confusus. adv. Iovin. 1, 4 sequar vestigia -is expositae (sc. Ioviniani; propositionis var. l.). AVG. civ. 6, 3 tit. quae sit -o Varronis librorum suorum, quos eqs. EVGRAPH. Ter. Haut. praef. prologus Menandri -em tenet, in qua <vult> (Schöll) . . . id ipsum . . . dissolvere. *al.*

2 res fere partium enumeratione definiendae (technice in philos. et inde in rhet. ceterisque artibus; distinguitur divisio vol. V 1, 1629, 55sq.; ad rem cf. Nörr, *Divisio und -o*, 1972, 20sq.): CIC. inv. 2, 130 hanc inducere -em oportebit, cuius in singulas partes multae convenient argumentationes: primum . . . , deinde . . . , postremo eqs. de orat. 2, 165 (*enumerantur sedes argumentorum*) si res tota quaeritur, definitione universa vis explicanda est . . . , sin pars, -e, hoc modo: aut senatui parendum . . . fuit, aut eqs. Brut. 198 hoc (sc. *movere*) erat oratoris officium -e tertium, genere maxumum. part. tit. -es oratoriae (*titulum affert* QVINT. inst. 3, 3, 7. *al.*; cf. CIC. part. 139 expositae tibi omnes sunt o. -es). 139 et partiri ipsum et definire et ambigui -es dividere et argumentorum locos nosse eqs. top. 28 definitiones aliae sunt -um, aliae divisionum; -um, cum res ea, quae proposita est, quasi in membra discerpitur. fin. 3, 40 nullis . . . -bus, nullis definitionibus utuntur philosophi quidam. 4, 4 totam philosophiam tris in partis diviserunt, quam -em eqs. ac. 1, 18 rerum expetendarum fugiendarumque. *al.* VITR. 3 praef. 4 rationes . . . summae architecturae -e distribui finitionibusque terminavi. 4, 8, 7 ordines . . . et symmetrias earum aedium sacrarum -bus distinxit. QVINT. inst. 4, 1, 69 Cicero . . . utitur . . . pro Cluentio . . . -e (sc. *in exordio*; cf. p. 528, 75). 7, 1, 1 sit . . . divisio rerum plurium in singulas, -o singularum in partis discretio. *al.* MAR. VICTORIN. defin. p. 28, 23 si -e, enumeratis partibus, quid libertas sit dicimus. FORTVN. rhet. 2, 24 (*inter locos argumentorum*) item a -e, id est ἀπὸ τῆς διαίρεσως, per omnes circumstantias cum partimur aut personas . . . aut cetera (MART. CAP. 5, 559. *respicitur Aristot. rhet. 1398a29, quo referas etiam l. 24. al., v. Calboli Montefusco, Fortun. rhet., 1979, ad l.*). AVG. soliloq. 2, 11, 21 (*de dialectica*) quae disciplina contineat definitionum divisionum -umque rationes. *et saepius. inter figuras sententiarum*: QVINT. inst. 9, 2, 105 precari, corripere figuras putat Celsus; -em quoque et propositionem et divisionem (*nisi ad 1; cf. l. 10*). PRISC. gramm. III 289, 4sq. coniunctioni εἰ . . . tam ἐάν quam εἰ redditur in -e; . . . Romani 'si' ponunt, in redditione tamen -is plerumque 'sin' (*respici videtur διλήμματος, cf. vol. V 1, 1629, 70sq.*).

3 numeri (technice in arte computandi): VITR. 3, 1, 6 perfectum . . . esse numerum qui sex dicitur, quod . . . habet -es . . . convenientes: sextantem unum, trientes duo eqs. MAECIAN. distrib. 40 infra has partes unciae -o facta et nominibus et notis caret. COMPVT. Carth. 1, 6 p. 283, 10 calculata -o. BOETH. arithm. 1, 4 p. 14, 5 in gemina facta -o numeri paris (l. 1 sectio, 16 divisio). 1, 5 p. 14, 21 par numerus est, qui in duo aequalia et in duo inaequalia -em recipit, (*Nicom. arithm. 1, 7, 4 τμηθῆναι δυνάμενος*). *al.*

4 varia: CIC. de orat. 1, 22 Graecos -em iam quandam artium fecisse et . . . seposuisse a ceteris dictionibus eam partem dicendi, quae eqs. Tim. 22 fuit . . . talis illa -o (*in aedificatione mundi; quae praecedunt v. p. 526, 19; gr. 35^b ἤρχετο . . . διαίρειν ὧδε, Chalc. divisionem*). GELL. 20, 1, 39 de sectione -eque corporis (cf. p. 527, 11). ITALA psalm. 143, 14 (cod. 136 Cas.) pecora nostra nutribiles sunt sine -e, (*i. sine dissipatione sim., an conicias sine perditione? gr. οὐκ ἔστιν κατάπτωμα φαγομοῦ, Sangerm. al. nec non Vulg. non est ruina maceriae, Hier. psalt. sec. Hebr. non est interruptio*). SOL. 1, 56 bituminis -o repentina (*ibid. dispergitur, diducitur*). FIRM. err. 5, 4 animam . . . separatio ista trium partium sec. Platonem dissolvit et patitur maximam ex ista -e iacturam. MAR. VICTORIN. gramm. VI 43, 2 hae sunt tres -es temporum, quae continuam rhythmopoeian faciunt (l. 9 divisione. cf. DIOM. gramm. I 513, 27 huius antibacchii versus facilis -o, cum sciamus pedem ipsum constare ex brevi et duabus longis). HIL. trin. 10, 65 Christus habens in se . . . sine aliqua sui et -e (portione, participatione *codd. aliquot*) quod homo est, et divisione quod deus est (*aliter p. 530, 43*). CAEL. AVR. chron. 1, 1, 23 vini facienda -o atque . . . adiectio. BOETH. mus. 1, 6 p. 193, 17 linea . . . in finita semper -e dividitur. 3, 16 p. 300, 3 regularis monochordi est facienda -o. GREG. M. moral. 28, 15 mensurarum lineae in terrarum -e tenduntur. *al. de genere quodam exercitatio- nis gramm., q. d. (ἐπι)μερισμός (ad rem v. Glück, Priscians -es, 1967, 31sq.)*: CHAR. gramm. p. 310, 8 B. (*ex Romano*) praepositiones cum, apud, penes, propter in -e versus separari debent a cohaerentibus partibus orationis. PRISC. gramm. III 515, 3 -es XII versuum Aeneidos principalium (*hic libri titulus traditur codd. G al. recte, v. Glück, l. l. 86*).

B accedente respectu communicandi, participandi (-o est vel fit cum aliquo l. 4 et II, inter aliquos l. 26 sq.); dividuntur: 1 possessiones, praeda et quaecumque ad rem familiarem pertinent:

a vario usu: CIC. Verr. II 3, 183 cur cum eo scriba tantae pecuniae -o fiat? 4, 121 in hac -e ornatus Syracusarum captarum. Sest. 54 aerarii. Phil. 13, 42 urbis et Italiae (*item 13, 47*). off. 2, 40 propter aequabilem praedae -em ([portionem *cod. unus; antea: aequabiliter . . . dispertiat*]. Ps. ASCON. Verr. p. 221, 6 p. -e [-o, participio, participatione *codd.*]). QVINT. decl. 261, 3 (*interpol. ?*) omnes paene dies . . . in hac -e consumi, ut patrimonium aequentur. CYPR. ad Donat. 12 p. 14, 5 nulla in clientes . . . largitio est, cum indigentibus nulla -o est eqs. HERMOG. dig. 40, 12, 40 pacto -is pretii. FILASTR. 121, 1 de divisione orbis terrae et -e habitationis. AGENN. grom. p. 25, 8 de adsignationibus et -bus agrorum. *al.* b technice significatur species legandi (cf. l. 65; ad rem v. Kaser, *Röm. Privatrecht I² 745*): CIC. Caecin. 13 in his rationibus auctionis hereditariae et -is. 15 cum ei viduae . . . pecunia ex -e deberetur. leg. 2, 50 hoc docent Scaevolae (sc. P. et Q., pontifices), quom est -o, ut, si in testamento deducta scripta non sit, eqs. 2, 53. GAIUS inst. 2, 254 quae species legati -o vocatur, quia cum herede legatarius partitur hereditatem (*inde INST. Iust. 2, 23, 5; cf. THEOPHIL. inst. Iust. 2, 23, 5 partitio[n] [GLOSS. iurispr. ἀδερ II 46 παρτίτιον μερισμόν]*). VLP. dig. 50, 16, 164, 1 '-is' nomen non semper dimidium significat, sed prout est adiectum. reg. 24, 25 'heres meus cum Titio hereditatem meam partito (-or *edd. quidam vix recte; cf. p. 522, 10*), dividito'; . . . quae legandi species -o <appellatur>.

2 munera, officia sim.: CIC. Sull. 13 haec inter nos (sc. me et Hortensium) -o defensionis non est fortuito . . . facta. de orat. 2, 123 non erit . . . iniqua -o muneris suscepti, si eqs. LIV. 45, 20, 3 -em regni petiturum Attalum (partiturum *cod.*; cf., nisi de territorio cogites, IREN. 5, 26, 1 dividi . . . et regnum . . . et domum oportet . . . ; propterea iam -em [participationem *cod. A*] et divisionem praefiguravit dominus [*apoc. 17, 12 Matth. 12, 25*]). Ps. QVINT. decl. 13, 17 officiorum -o inter apes (FRONTO p. 135, 4 v. d. H.). COD. Theod. 11, 1, 26 iniquae -is . . . incommodum in tributis solvendis.

3 varia: FRONTIN. aq. 87, 3 sedula . . . -e distributa est ubertas aquae. APVL. mund. 21 concordiam elementis dedit specierum aequa -o (*gr. 396b35 ἰσομοιρία*). Plat. 2, 7 veniens ex aequitate -o, ut singulis in agros dominatus congruus deferatur, . . . bonus quisque . . . in honoribus . . . praefertur. HIL. in Matth. 15, 10 diversorum donorum et charismatum -es (participationes, portiones *var. ll.*) ministrationsesque. AVG. civ. 7, 3 p. 275, 14 D. ubi a Vitumno et Sentino vitam sensusque dantibus . . . in huius munificentiae -e (partione *var. l.*) superentur ceteri dei. 10, 3 p. 405, 33 nec -e minuitur deus, qua singulos fideles inhabitat. *in dialectica et gramm. metonymice de praedicamentis (sc. fere aliquid alicui attribuentibus, i. aliquid de aliquo praedicantibus)*: CAEL. AVR. acut. 1 praef. 10 (9 non debuit Asclepiades eandem obtrusionem simul phrenitim atque phreniticae passionis causam vocare) e<s>t enim dicere quod secundum Asclepiadem causae ascriptionum sive -um sint, quas Graeci categorias appellant, non appellationum, quas idem prosectorias vocant (*sim. 11*).

II significatur quod partiendo fit: A de qualibet parte, quae effecta est: 1 definitione vel dispositione argumenti cuiusdam: RHET. Her. 1, 12, 22 haec -o legitimae constitutionis . . . raro venit in iudicium (*fere de specie, cf. I, II, 19 legitima constitutio dividitur in partes sex*). TERT. adv. Marc. 1, 24 p. 324, 15 bonitas dei Marcionis non iam a -e speciali hominis liberandi defecit, sed a proprietate generali (*ad IB traxit Meijering, comm. 1977, ad l.*). CHAR. gramm. p. 146, 29 B. -es orationis, quae appellantur qualitates (*i. adiectiva; de iisdem: p. 147, 1. utroque loco trad. forma partiones; cf. gr. μερισμός de parte orat. Apoll. Dysc. synt. p. 48, 9 B. al.*). EVGRAPH. Ter. Haut. 3 hanc . . . -em solvit, uti dicat ' . . . ' ; quod primo proposuerat, primo solvit (*item de parte dispositionis: 10; aliter p. 529, 16*). CASSIOD. in psalm. 36, 12 sit nobis hic secunda -o psalmi (partio *cod. Germ. corr.*; cf. 25 perventum est ad tertiam sectionem). 2 separatione, diremptione: LAVD. Murdiae (CIL VI 10230) 4 omnes filios aequae fecit heredes -e filiae data (*sc. parte hereditatis legata, v. IB1b*). VVLG. II Esdr. 11, 36 de levitis -es habitaverunt fines quosdam (*trad. etiam partiones, portiones*).

B de portione participis cuiusdam: ITALA II par. 31, 2 (Complut.) statuit Ezecias partiones sacerdotum et levitarum per distributiones eorum (*gr. bis ἐρημεσίας, Vulg. turmas . . . per divisiones. item respicitur ministerium: VVLG. I par. 24, 1 filiis Aaron hae -es erunt [trad. etiam partiones, portiones. cf. 24, 19 vices eorum secundum ministeria sua]*). VVLG. Ezech. 48, 29 haec est terra, quam mittetis in sortem tribus Israel, et hae -es earum (*trad. etiam partiones, portiones. Itala Wirc. al. distributiones*).

deriv.: cf. portio (vol. X 2, 29, 81).

[1. partito v. 1. portio.]

2. partito, -äre, verbum frequentativum a parere derivandum affert PRISC. gramm. II 501, 7 nullo allato exemplo.

partitor, -ōris m. a partire (-ri). [*olim legebatur CIC. Vatin. 12 -em pro portitorem; vix recte trad. SCHOL. Verg. Bern. georg. 4, 4 ('magnanimos . . . duces apium . . . dicam') magnanimos: -es (sc. distributores, largitores? sed Verg. de fortibus dixit [cf. 4, 83])*]. GLOSS. II 309, 43 ἐπιμεριστής: -r (por-trad., corr. ed. Stephani). 367, 60 μεριστής: -r. [*van Leijenhorst*]

partitūdo, -inis *f.* a parere (partum), nisi a 2. partus (ita Leumann, *Gramm.* 1977, 367). NON. p. 217, 28 v. sub 2. partio. GLOSS. -o: partus. -es: partus.

i. q. partus: 1 de actione, eventu sim.: PLAVT. Aul. 75 celare erilis filiae probrum, propinqua -o cui appetit (cf. 276 probrum atque -o prope adest ut fiat palam). SOL. 1, 63 masculo gravidis est pronior -o uteri (sec. Plin. nat. 7, 63 facilius partus). IUL. VAL. 1, 6 p. 11, 4 adpetente . . . iam -is tempore considerat Olympias oneri partus levando. p. 11, 8 (vates ad eandem) vim -is vince, reprimens geniturae necessitatem imminenti (spectat ad -is labores ut: DON. Ter. Ad. 602 'dolore' -is. Andr. 268, 1 labore [-is] [var. l. partus et egritudinis def. Zwielerlein, *Terenzkomm. des Donat*, 1970, 149]. HIL. syn. 73 dolores -is [paritudinis var. l.]). p. 11, 30. DON. Ter. Hec. praef. 3, 3 -o Philumena. 354, 2 ad eventum -is. SVLP. SEV. chron. 1, 9, 3 Rachel desperata iam -e Ioseph edidit (an ad 2?). COD. Theod. 9, 42, 10 futurae -is testimonia (*i. graviditatis indicia*). respicitur singularis nativitas Christi: HIL. syn. 17 dei filius non corporalis -is est genitus exemplo. PRISCILL. tract. 6, 100 quoniam . . . non conveniret virginitas -i, aeternitati mors eqs. (99 partum). PS. AVG. serm. ed. Caillau 1, 7, 10 p. 24a extr. habuit . . . deus filius nostrae similem -is exitum, sed similem non potuit habere conceptum (ibid. in partu . . . filii). 2 de eo quod paritur (cf. SVLP. SEV. sub I): LEX Visig. 6, 3, 6 tit. si servus ancille -em (partum codd. tres) leserit, *i. abegerit* (cf. 6, 3, 4. 5 partum).

partitus, -a, -um v. 1. partio.

partiuncula v. portiuncula. van Leijenhorst.

partor, -ōris *m.* a parere; cf. formationem iocosam postpartor.

i. qui aliquid parit, comparat: CIL VIII 20542 (saec. IV) <t>riumforum parto<ri>, gloriae ac virtutis <a>uctori . . . Constantio.

fem. paritrix, -icis. cod. Casinensis praebet fere partic- vel paritric-. *i. quae parit, genitrix* (de Maria, sc. in versionibus RVSTICI pro gr. -τόκος, cf. vol. VI 2, 1822, 59 sqq. et RVSTIC. Conc. II 3, 2 p. 10, 7 adn. 'genetricem': proprie in G(raeco) sonat '-em'): RVSTIC. Conc. I 4 p. 5, 29 genetricem vel -em dei (52, 5 bis. 110, 2. 124, 1. adde l. 35). 7, 3 de -e Christi (26, 20. c. aceph. p. 1245^A Nestorius dixit sanctam virginem -em C., non dei). 52, 5 dei -em et hominis sanctam virginem nominare (52, 8).

partōrius, -a, -um. a parere. scribitur -tur-. *i. q. ad pariendum aptus:* ORIBAS. syn. 9, 40 add. p. 346 supposita ulla (*i. olla*) sellae -ae, in qua sedere facis mulierem (9, 43, 18 Aa p. 355 super s. -am [La sella tantum, gr. δίφρον]. ad rem v. vol. IX 2, 239, 57 sqq.).

partrix v. partor.

partuālis, -e. a 2. partus. *i. q. ad partum pertinens:* TERT. adv. Marc. 4, 20 p. 487, 12 ordinarium et sollemnem menstrui vel -is sanguinis fluxum.

partūcula v. particula.

partūra, -ae *f.* a parere. *i. q. actio pariendi* (sc. iumenti; significatur pars rei pecuariae): VARRO rust. 2, 1, 26sq. deme . . . duas res de mulis: admissuram et -am. :: (27) Vaccius, [-am] ? inquit, proinde ut non aliquotiens dicatur . . . peperisse mulam (l. cod. Marc. teste Politiano, pasturam apographa; parituram Politianus utrobique).

Kruse.

? GLOSS. II 456, 54 τολός: **parturia** (cum parere coniungendum, sed formationis mirae; paritura Heraeus; ceterum cf. partorius).

parturiālis, -e. a parturire. *i. q. ad parturitionem pertinens, capax pariendi, pariturus:* CASSIOD. anim. 4 l. 7 H. (post brevem definitionem animae) editum est quasi -e ovum, ubi vita futurae avis . . . continetur; nunc aperiatur in partes eqs. (partul- var. l.; vix cum aliis lexicis passive intellegendum, sc. 'qui partu editur').

parturibundus, -a, -um. a parturire. de quantitate -ri- syllabae dubia v. Pianezzola, *Aggettivi verbali in -bundus*, 1965, 60 sq.

i. q. parturiens, partum editurus: MIRAC. Steph. 2, 2, 2 ad revisendam filiam gravidam . . . mater -a revertitur (fortasse de matre propter timorem et dolorem quasi parturiente intellegendum, v. p. 533, 84; -a<m> Maurenbrecher in schedis nostris, miro verborum ordine).

parturigo, -inis *f.* a parturire. *i. q. dolor parturientis:* ANIAN. Chrysost. hom. 8, 2 p. 1053/4 Maria aerumnosum conficere iter iubetur propter partum illum mirabilem ac spirituales -es (Migne gr. 57, 85 ὀδύνας).

B metonymice: 1 *de corpore, animante, quod paritur (v. quae ad A monuimus):* α *in propagatione generis (sing. saepe collective, e. g. l. 18. 20 sqq. 25. p. 541, 11. 21. 22. 25. 29; plur. pro sing. STAT. Theb.* 6, 154 *et p. 541, 63):* α *usu sollemni (ponitur plerumque cum respectu matris, rarius amborum parentum vel modo minus definito; de infante supposito l. 34 sqq.):* ① -s *hominum, deorum sim.:* α *exempla varia:* ① *de homine nato (sive de infante sive de adulto; selecta inde ab Ov.):* AFRAN. *com.* 347 ut -um proiceret pater. LVCR. 4, 1229 -s duplici de semine constat (*cf. VARRO ling.* 9, 29 ex viro et muliere . . . -s). 4, 1253 *mulieres unde pueros suscipere et -u possent ditescere dulci*. CIC. *fin.* 1, 12 -s ancillae sitne in fructu habendus, disseret inter principes civitatis (*saepissime apud iuris consultos, sive cum genetivo sive nude positum, e. g. POMPON. dig.* 15, 2, 3 [*distinguitur pecorum fetus ut: GAIUS dig.* 20, 1, 15 pr. 35, 2, 73 pr. *et saepius*]). GAIUS *dig.* 6, 1, 20 -s a. restitui debet. *v. Vocab. iur. Rom. I 442, 53 sqq. IV 515, 18 sqq.; rarius de infantibus liberorum, v. ibid. IV 515, 37 sqq. et e. g. infra l. 34 sqq.*). VERG. *Aen.* 7, 321 -s suus (*sc. Veneris, i. Aeneas*). PROP. 1, 13, 30 *puella Leda -u gratior, una tribus*. OV. *epist.* 12, 188 (*Medea Iasoni*) saeviet in -us dira noverca meos (*cf. fast.* 2, 624 in -us mater acerba suos). PONT. 2, 8, 48 *Drusus pars fuerit -us sola caduca tui* (EPICED. *Drusi* 472 *pars . . . -us . . . prior, i. Tiberius. al.; cf. PLIN. nat.* 7, 33 *maiorem . . . partem ex omni eius vixisse -u*). EPICED. *Drusi* 121 *duplicis sors altera -us* (*item 123*). LIV. 1, 3, 11 *Reae Silviae . . . perpetua virginitate spem -us adimit Amulius*. MANIL. 1, 767 *Aurorae . . . nigrum -um, Memnona. 1, 779 Horatia proles, tota acies -s*. SEN. *contr.* 10, 4, 16 *exponere . . . inutiles -us* (QVINT. *decl.* 306 *them. SVET. Cal.* 5 IVST. 1, 4, 12). SEN. *Herc. O.* 407sq. *conciliat animos coniugum -s fere. : sic ipse forsitan dividet -s toros*. dial. 6, 11, 2. OCTAVIA 949 -u . . . potens *Messalina*. COLVM. 3, 8, 1 *Aegyptiis et Afris gemini -us . . . paene sollemnes sunt*. PLIN. *nat.* 7, 67 *feminae . . . alenti -um* (*cf. 24, 166 puerperas -um nutriendas* [GELL. 12, 1, 21. *al.*]). 27, 62 *virilis sexus -um* (27, 125 *phylli herba femina sui sexus facit -us*). SIL. 3, 87 *tanti . . . gloria -us* (MART. 12, 21, 7). 15, 465 *sacris Carthaginis illum supposito mater -u subduxerat* (PAPIN. *dig.* 48, 18, 17, 2 de quaestione suppositi -us. PAVL. *dig.* 48, 10, 19, 1 *accusatio suppositi -us*. MACER *dig.* 48, 2, 11, 1. *al.; cf. PAPIN. dig.* 34, 9, 16 pr. -us subiecti [VLP. *dig.* 25, 3, 1 pr. *falsum -um subiciunt. al.*]). VLP. *reg.* 3, 3 si *Latini uxor civis Romana sit, -s quoque civis Romanus est. al. per negationem de pathicis*: IVV. 2, 138 *tormentum ingens nubentibus pathicis haeret, quod nequeant parere et -u retinere maritos*. ② *de fetu nondum edito (certiora; ambigua v. supra):* CIC. *Cluent.* 31 *mulierem, ne -u eius ab hereditate fraterna excluderetur, necavit*. VITR. 2, 9, 1 *quo firmior efficitur ad maturitatem -s* (*cf. CELS.* 7, 29, 1 si iam prope maturus -s intus emortuus est [*al. v. vol. VIII 499, 17 sq.*]). CENS. 8, 7 ad *maturitatem -us*. CELS. 7, 29, 2 *emortuo -u* (PLIN. *nat.* 20, 74. 139. *et saepius. cf. PLIN. nat.* 20, 154 *defunctos. 22, 54 mortuos* [24, 30. *al.*]). 26, 159 *enectos*). LVCAN. 1, 377 *plena . . . in viscera -u coniugis gladium condere*. PLIN. *nat.* 7, 42 *capillum germinante -u*. 28, 251 *viventem -um*. IVLIAN. *dig.* 25, 4, 2 pr. *edictum de custodiendo -u* (25, 4, 2, 1. *al. [nisi ad A; aliter p. 541, 1]. al., v. etiam l. 65 sqq.*

③ *iuncturae verbales potiores:* ① *-um edere, -u levari sim.:* PACVV. *trag.* 68 *triplicem virili sexu -um procreat* (*fortasse ad p. 541, 77 propter verbum*). OV. *met.* 6, 712 -us enixa gemellos (*al. v. vol. V 2, 597, 63 sqq.*). 9, 698 cum te -u *Lucina levarit* (DON. *vita Verg.* l. 12. *cf. Ps. LACT. PLAC. fab. Ov.* 9, 5 *Alcmenam -u solutam*). LIV. 1, 4, 2 cum *geminum -um edidisset* (1, 39, 5 SEN. *contr.* 2, 5, 13. VAL. MAX. 9, 14 pr. *deformis et . . . invalidos*. CELS. 2, 8, 16 *difficulter -um edit* [*Hippocr. aphor.* 6, 35 *δυστοκώσῃ*]). PLIN. *nat.* 7, 66 *non vitales. al., saepe apud iuris consultos, e. g. VLP. dig.* 25, 4, 1, 1 -s . . . antequam edatur *mulieris portio est*). PLIN. *nat.* 10, 32 si *ederint corvinum ovum, per os -um reddere feminas*. SIL. 1, 111 *producere. TERT. anim.* 25, 2 *animam . . . effuso iam -u nondum vivo infanti . . . imprimi* (*al., etiam de abortu, v. vol. V 2, 222, 30 sqq. et cf. PAVL. sent.* 4, 9, 2 *fudisse* [IVVENC. 1, 105. *al.*]). CYPR. *GALL. gen.* 115 *ponere -um* (*ad gen.* 3, 16 *paries. sim.* 563 *ad gen.* 16, 2). *al.* ② *-um abigere, eicere sim. (pro subi. sunt fere animantes vel medicamenta sim.):* CIC. *Cluent.* 32 *quod -um . . . sibi medicamentis abegisset* (PLIN. *nat.* 14, 116 *vino. TAC. ann.* 14, 63, 1. *al.*). VAL. MAX. 4, 6, 4 -um . . . eicere (PLIN. *nat.* 20, 154 *defunctos. 24, 30 mortuos. al.*). CELS. 2, 7, 16 *mulieri gravidae sine modo fusa alvus excutere (elidere var. l.) -um potest* (SVLP. *SEV. chron.* 1, 18, 3 -um non *deformatum*). LVCAN. 6, 559 *volnere . . . ventris . . . extrahitur -s* (PLIN. *nat.* 22, 147. 23, 99. 24, 22. *al.; cf. 20, 74 trahat* [23, 62]). PLIN. *nat.* 20, 86 -us . . . *emortuos pelli medicamento* (20, 139. 21, 146. *al.*). 25, 25 *qua ratione . . . -us eliderentur* (*cf. l. 70*). 26, 156 *psyllion menses ciet . . . et emortuos -us*. 29, 32 *lana imposita . . . mortuos -us evocat* (30, 123). FLOR. *epit.* 3, 4, 2 -us . . . *extorquere tormentis. al.* ③ *variae ad parturitionem vel graviditatem pertinentes:* CALV. *carm. frg.* 14 -us *gravido portabat in alvo* (*cf. PLIN. nat.* 7, 38 -us *gerendi tempus. 7, 40 -um se tredecim mensibus tulisse* [CLAVD. *rapt. Pros.* 3, 308 -us . . . *geminos*]. 7, 57 *perferunt* [APVL. *met.* 6, 9, 6. *al.*]). MANIL. 3, 13 *male conceptos -us* (*item p. p. VAL. MAX. 4, 6, 4 PLIN. nat.* 30, 123. 142 TAC. *ann.* 1, 10, 5. *ceterum LVCAN. 4, 594 concepit. CENS. 8, 4*). CELS. 2, 8, 13 -um *reservare* ([*Hippocr. prorrhét.* 2, 22 τὰ ἐμβρυα]. *cf. 2, 10, 3 ad -um sustinendum. PLIN. nat.* 1, 31, 7 [Kruze]

medicinae quales -um custodiant [28, 246. 30, 124. 130]. 9, 79 *continerere* [16, 199. 28, 98. *al.*]. 2, 8, 30 -um perdit. PLIN. nat. 20, 143 *quibusdam cibis necari* . . . -us (20, 146. 27, 139. 28, 251). 30, 123 -us conceptos . . . *maturat medicamentum quoddam* (MACR. somn. 1, 6, 66. *cf.* VINDIC. med. 14 -um consummari). *al.*

① -s animalium: ① *viviparorum*: CIC. de orat. 2, 168 *ferae -us suos diligunt (item agitur de amore -us: Tusc. 5, 79 pro suo -u . . . propugnant. COLVM. 6, 27, 12 ne desiderio -us sui labore equa. PLIN. nat. 8, 169 -us caritas summa est asinae. 9, 21 magna erga -um caritate delphini). VARRO rust. 2, 4, 13 sus . . . quae sit fecunda, animadvertunt fere ex primo -u (COLVM. 7, 12, 11 p. effetae canis -s amovendus est. ITALA gen. 4, 4 [Ps. Aug. serm. ed. Mai 135, 1] obtulit Abel de p. -u [Vulg. de primogenitis, gr. τῶν πρωτοτόκων]. *al.*). OV. fast. 4, 647 pecus ante diem -us edebat acerbos (COLVM. 6, 24, 4. 6, 27, 3 mense duodecimo equae. 7, 2, 6. *al.* PLIN. nat. 8, 176 perfectos . . . inchoatos. *al.*). VITR. 8, 3, 14 cum pecora . . . parantur ad conceptionem -us. COLVM. 3, 10, 17 *pecudes* quae trigemino -u commendantur. 6, 21, 2 *vaccae minores bimis si* conceperint, -um earum removeri placet. 6, 36, 2 *semina* concepta diutius in -um adolescent. 6, 37, 10 -um . . . nutrit equa (*cf.* PLIN. nat. 8, 165 -um ad ubera non admittit). 7, 9, 10 *suis uniuscuiusque -um consideret custos (cf. 7, 9, 12 progeniem. ad p. 539, 47 trahunt alii). 7, 9, 13 sues* quibus -s submittitur. *al.* PLIN. nat. 8, 112 *cervae octonis mensibus ferunt -us, interim et geminos (8, 163 undenis mensibus equae. *al.*; cf. 8, 163 oves* gerunt -um diebus CL). 8, 163 *equi a trimatu firmior -s. 11, 233 animalia* numero fecunda -u, . . . haec plures habent *mammis. 11, 234 primis* genitis in quoque -u sues primas praebent *mammis. et saepius.**

② *oviparorum*: ① *de ovo*: ① *avium (de ovis excudendis praeter APVL.)*: VARRO rust. 3, 9, 9 *gallarum optimum esse -um (ab) aequinoctio verno ad autumnale (postea: ante aut post nata . . . non supponenda). COLVM. 8, 2, 6 certis anni temporibus earum gallinarum -us excipere. 8, 5, 2 (antea: ova edere incipiunt) quo maturius -um edant (8, 11, 10). 8, 11, 10 primus est -s quinque fere ovorum (cf. 8, 14, 5 tertium -um . . . educare). 8, 14, 6 notandi erunt uniuscuiusque -us, ut suis matribus subiciantur. PLIN. nat. 10, 161 pavonum -s excluditur diebus ter novenis (PROB. Verg. georg. 3, 338). SYMPH. 59 (pullus in ovo) posito -u natum me nemo videbat. *al.* iocose et familiariter *de ovis edulibus*: APVL. met. 9, 33, 5 (*ad gallinam*) cotidiana nos -ubus saginasti (*cf. l. 60*). ② *ceterorum*: CIC. nat. deor. 2, 129 cum in terra -um ediderint *testudines et crocodili. PLIN. nat. 9, 71 in stagna et amnes transeundi plerisque piscibus marinis . . . ratio est, ut tutos fetus edant, quia non sunt ibi qui devorent -us. SOL. 32, 23 in -u fovendo . . . vices servant crocodili.* ② *de fetu vivo (v. etiam l. 69. p. 542, 27):* PLIN. nat. 9, 47 *cordyla* appellatur -s *thynnorum*, qui fetas redeuntes in mare . . . comitatur. 10, 13 *aquilarum, dum pullos nutriunt, albescunt inedia pinnae, ut merito -us suos oderint.**

③ *peculiaris quaedam*: ① *de animantibus modum naturae excedentibus, sc. sive fabulosis, monstrosis sive divinis*: HOR. carm. 3, 4, 74 *Terrae -us fulmine . . . missos ad Orcum (item respiciuntur gigantes: OV. fast. 5, 35 Terra feros -us, . . . Gigantas edidit. MANIL. 1, 429. 2, 877. 3, 6 -us in matre sepultos). OV. ars 1, 326 Pasiphaen* implevit . . . dux gregis et -u proditus auctor erat (*item de Minotauro*: SEN. Phaedr. 691). MANIL. 4, 103 *miscentur ferarum corpora cum membris hominum: non seminis ille -s erit, . . . astra novant formas. LVCAN. 1, 562 monstrosi . . . hominum -us (al. v. vol. VIII 1455, 37 sqq.). PLIN. nat. 7, 30 mixtos . . . et semiferos (CLAUD. 18, 1). 7, 34 multiformes (cf. TAC. ann. 12, 64, 1 biformes). TAC. hist. 1, 86, 1 insolitos animalium -us. ann. 15, 47, 1 bicipites hominum aliorumve animalium -us. APVL. met. 9, 33, 6 *gallina* praematurum, sed magno prorsus futurum scrupulo prodidit -um: non enim ovum . . . , sed . . . perfectum edidit pul-*

lum. IREN. 1, 4, 5 *Achamoth . . . peperisse . . . -um spiritalem secundum similitudinem factum satellitum Salvatoris (i. angelorum; sim. 1, 5, 6 [gr. bis κόνηα]). NEMES. ecl. 3, 24 Iuppiter* produxit . . . -us, *sc. Bacchum. HYMN. Ambros. I 3, 30 natum deum -umque virginis (de Christo ut: PRVD. cath. 12, 140 SACR. Leon. 1244. *al.*; cum respectu genitoris: CONC. I 5 p. 204, 18 a Maria id quod natum est, proprius -s intellegitur genitoris). *al.* ② *in astrologia*: MANIL. 1, 557 *vagos -us eadem esse per astra et mixtum . . . generis discrimine fatum (sim. 2, 710). 2, 237 -u complentes aequora Pisces. 2, 543 in -us (unus e recc., partes ceteri) Tauri sub Cancro nata feruntur pectora (item cum gen. sideris: 2, 548 et Librae -us et quos dat Virginis astrum. 2, 610 Lanigeri [2, 619]). 2, 560 qui . . . Sagittari veniunt de sidere -us (569 nati). 2, 627 Virgineos . . . -us. 4, 202 non fecundus erit (quid mirum in Virgine?) -s. 5, 418 ponto cum se Delphinus in astra erigit . . . , ambiguus terrae -s pelagique creatur, sc. natatores, urinatores. *al.* CLAUD. 1, 146 cum matris onus Lucina beatum solveret et magnos proferrent sidera -us. ③ *ponitur cum respectu genitoris (certiora; cf. l. 66. p. 540, 39; huc fortasse p. 538, 82. 540, 52):* SEN. Herc. f. 494 (*log. Lydus*) sin copulari . . . negat *Megara*, vel ex coacta nobilem -um feram. STAT. Ach. 1, 932 (*Deidamia ad Achillem*) tuos dignabere -us *e bello revertens?***

④ *secundae -us sim.*: PLIN. nat. 9, 41 *vitulus* parit in terra, pecudum more secundas -us reddit (20, 51 suffito eo alio evocari s. -us. 20, 115 *apium* semine urinam ciet, menstrua ac s. -us et si foveantur semine decocto). SER. SAMM. 650 *reliquias -us lactaria* detrahet herba.

⑤ *notione deflexa respicitur descendentium successio, quae fit per filium nepotem sequentesque*: PLIN. nat. 7, 50 *signa quaedam naevosque et cicatrices . . . regenerari: quarto -u Dacorum originis nota in brachio redditur.*

⑥ *qualibet procreatione*: α *pariunt arbores, herbae, segetes sim.*: ① *fructum ferentes*: PANEG. in Mess. 172 *tondetur . . . seges maturos annua -us. COLVM. 3, 10, 11 natura pampinos* alios fructu donavit, alios fronde sola vestivit ad protegendos tutandosque -us. PLIN. nat. 13, 57 *ficus* demetitur alio subnascente, septeno ita numerosa -u per singulas aestates. 15, 92 *trini quibusdam castaneis -us ex uno calyce. 17, 13 ut hieme tepida* absumpto -u arborum sequatur protinus conceptus *novus, id est germinatio. *al.* ② ramos, frondes, flores sim. proferentes*: PLIN. nat. 16, 94 *sata quaedam* diutius gravida -us gerunt, quod germinatio inde vocatur; pariunt vero cum florent *eqs. 22, 94 boleti* initio . . . spuma lentior, dein corpus membranae simile, mox -s. 23, 110 *primus pomi huius -s florere incipientis cytinus* vocatur. PALLAD. ins. 16, 52 *insitione* nobilitat -us *baca* superba feros. 137.

β *pariunt natura, terra, mare sim.*: PROP. 2, 15, 31 *terra . . . falso -u deludet arantes (item de segetibus, arboribus sim.: MANIL. 4, 142 terrae . . . -us [AMBR. Nab. 7, 35. 8, 38]. COLVM. 10, 144. 162 quos enixa est -us, iam quaerit alendos terra [161 fetus]. aliter p. 541, 75). MANIL. 4, 692 stupefacta* suos inter Germania -us *valde magnos ([eadem prosopopoeia: 4, 715]. item de hominibus: 4, 879 -um caeli [sim. 4, 903]. MAXIM. eleg. 1, 230). VITR. 2, 1, 7 -us naturae materies ad aedificandum. COLVM. 10, 199 spiritus orbis . . . stimulis . . . cupidinis actus ipse suos (suas trad.)* adamat -us et fetibus implet. 10, 202 -us enixa . . . utraque . . . pontum . . . natantibus implet, *sc. Thetis et Amphitrite. PLIN. nat. 27, 3 montes et excedentia in nubes iuga -usque eorum et herbas (de feris?). *al.**

γ *pariunt res variae*: PLIN. nat. 3, 131 *lacus . . . amnesque eorum -us aut alumni. 9, 107 -um . . . concharum esse margaritas (infra: fetum. de eisdem: 9, 108 bis. SOL. 53, 25 conchae magis de caelo quam de mari -us habent). 18, 253 heliotropium ac lupinum* esse sideris huiusce, *sc. Vergiliarum, -um. 37, 154 lapis* Cytis circa Copton nascitur . . . et videtur intus habere -um (*petram, lapidem var. ll., sed cf. 37, 163 gassinades* gemma concipere dicitur et intra se -um fateri concussa).

δ *de parte corporis, qua paritur, sc. de utero, vulva (cf. p. 539, 78):* TERT. anim. 26, 2 *Rebecca* cum -s aperitur et numerus *infantium* inspicitur (*an ad A coll. p. 537, 54. 538, 48 sq.?*). PRVD. cath. 7, 59 *Iohannes -u de senili effusus est (an intellegas de causale, sc. '-u sero?'). ORIBAS. syn. 4, 28, 12 Aa p. 30 omnis caro iubenum animalium facile deducit ventrem, sed et extremae partes eorum et maxime -o proximiores, similiter ut edina (nisi 'recentes natae'; La et gr. brevis).*

II *translate (imagine plerumque servata vel sublucente, aliter e. g. l. 53. 62. 70. p. 543, 8):* A *de eo, quod efficitur, editur, procreatur qualibet actione*: 1 *de animantibus vel de rebus corporeis*: ENN. scaen. 77 *Troianus* equus, qui suo -u ardua . . . perdat Pergama (*de eodem: LVCAN. 1, 476 -u . . . nocturno*). PLIN. nat. 7, 43 *tu qui fortunae munera amplexaris et te ne alumnum quidem eius existimas, sed -um. Ps. APVL. Ascl. 8 deus* quom a se secundum fecerit, *sc. mundum, . . . amavit eum ut divinitatis -um suae (partem trad., corr. Rohde, cf. Lact. inst. 4, 6, 4 τόκον). ARNOB. nat. 6, 14 p. 325, 8 M. tui esse operis et digitorum -um simulacrum dei (Ursinus, partem trad., artem Gelenius). AVG. in psalm. 126, 8 (sec. Gal. 4, 19) parturit illos iustos* ecclesia: in illa autem resurrectione mortuorum apparebit -s *ecclesiae. PROSP. carm. de ingrat. 115 novi -us oriuntur in ipso securae matris, i. ecclesiae, gremio, sc. Semipelagiani. PETR. CHRYS. serm. 40, 1 ecclesiasticum gregem videmus fundere uberes -us. CONC. Tur. a. 567 p. 137, 7 filii karissimi, qui estis -us divinae gratiae, . . . fructus ecclesiae (Sirmond, partis codd.). 2 de rebus incorporeis*: VARRO Men. 58 -u poetico[n] (*contextu admodum incerto*). PETRON. 118, 3 *neque concipere aut edere -um mens potest, nisi ingenti flumine litterarum inundata. GELL. 17, 10, 3 ingenii . . . sui Vergilii -us* recentes rudi esse facie et imperfecta *eqs. AMBR. Cain et Ab. 1, 10, 47 quaedam virtus animae, quae velut quodam vulvae genitalis secreto cogitationum nostrarum suscipere semina, conceptus fovere -usque solet edere (deinceps fusius explicatur usque ad 2, 1, 2). inst. virg. 17, 109 quae virgo* immaculatos sibi fidei -us et pietatis exposcat. RVFIN. Orig. in lev. 12, 25 p. 467, 1 *sanctarum animarum -s (antea: donec pariat anima spiritum timoris dei). PAVL. NOL. epist. 21, 6 eloquia vestra -us animae vestrae sunt. AVG. c. Pelag. 1, 14, 28 concupiscentiae -us . . . baptismatis ablutione dimissi sunt (postea: illi -us, qui non solum peccata, verum etiam crimina nuncupantur). MART. BRAC. superb. 9 ne gloriae appetitus ex abundantia nequitiae suae deterrimum illum . . . superbiae proferat -um.*

B *de ipsa actione, sc. sive active de procreatione sive passive de ortu, origine*: CIC. Brut. 49 (*agitur de origine rhetoricae*) Graeciae . . . oratorum -us atque fontis vides (*an ad l. 1 supra?*). div. 1, 36 *praedictus est ab haruspibus incredibilis -s malorum. VARRO ling. 6, 40 verba* quorum in -u[m] memoria adfuerit nostra (*AVG. trin. 9, 9, 14 -um verbi*). MANIL. 1, 184 *solis . . . assiduos -us et fata diurna (i. ortus et interitus). SEN. epist. 102, 23 per hoc spatium, quod ab infantia patet in senectutem, in alium maturescimus -um (syn. origo). APVL. Plat. 1, 3 unum . . . ex omnibus membris philosophiae et quasi proprii -us corpus effecit Plato. COLLECT. Arian. serm. 7, 3 ut fructus uberrimos felici -u*

producerent apostoli spiritu sancto impleti. VVLG. Is. 66, 7 antequam veniret -s eius, peperit masculum Hierusalem (postea: peperit filios suos). AVG. serm. 216, 7, 7 nolite . . . -us vestri ianuas angustare (de regeneratione spiritali ut: QVODV. symb. 1, 1, 3 ut post -um laetur ecclesia se tales suscepisse, quos spiritaliter nutriat. 3, 1, 1. PETR. CHRYS. serm. 72, 2 caelestis -s. PS. EVSEB. GALLIC. hom. 20, 4 G. [de baptisate] trino -u fontis. VEREC. in cant. 4, 2 l. 53 D. al.). MACR. Sat. 5, 17, 1 laboravit ad rei novae -um Vergilius. PETR. CHRYS. serm. 72, 1 Hieremias . . . -us supernorum sensuum sustinebat clamans (4, 19): 'ventrem meum doleo'. 133, 1 beatus Andreas martyrii -u caelestem noscitur generatus ad gloriam. MAX. TAUR. (?) serm. 61b, 1 M. natali salvatoris mundus de profundis noctium tenebris -u[m] quodam lucis eruitur (postea: oritur . . . lux mundo). PS. EVSEB. GALLIC. hom. 20, 5 G. die resurrectionis terra populos . . . uno, ut sic dixerim, -u refundet in lucem. 44, 4 (de generatione vitiorum) humana praecordia . . . monstruosa -us fecunditate violantur sicut serpentes prole nascente. DRAC. laud. dei 1, 390 (de Evae creatione) Adae somnus erat -s, conceptus semine nullo factus erat. IVST. VIGELL. in cant. 144 ad -um spiritalis intelligentiae pervenire.

deriv.: partialis; cf. partitudo.

Kruse.

parvibulus, -a, -um. a parvus et bibulus. i. q. paucum bibens: CAEL. AVR. acut. 3, 15, 120 Hippocrates . . . dicens phreniticos -os (prorrh. 1, 16 βραχυπότοι). *ibid.* -os, quos brachypotas vocant, hoc est quod (qui Amman in margine) modicum biberent liquoris. 3, 15, 125.

parvicollis, -e. a parvus et collum. i. q. brevi collo praeditus: CAEL. AVR. chron. 2, 12, 137 homines . . . -es, quos microtrachelos appellavit Erasistratus, hoc est qui minimae longitudinis habeant colla (opp. porrecta collorum longitudine formatos).

parvifacio v. parvus p. 563, 23.

[**parviunior** CONC. Carth. a. 525 (Corp. Christ. 149) p. 261 l. 255 perperam pro parvi iunior (ut e. g. Mansi VIII 641^A).]

[**parviloquium**, **parvipendia**, **parvipensio** sec. versionem aet. rec. perperam edita sunt Migne 64 BOETH. top. Arist. 8, 5 p. 1008^B (errore typhothetae pro praviloquium; ed. crit. Arist. lat. 164b13 laboriosum sermonem). 4, 6 p. 952^C (deest gr. et Arist. lat. 127b31). 8, 1 p. 995^B (Arist. lat. 156a33 exanimationem).]

parvipendo v. parvus p. 563, 24.

[**parvipensio** v. l. 33]

van Leijenhorst.

parvitas, -ātis f. a parvus. legitur singulis vel binis locis apud CIC., VAL. MAX., COLVM., PLIN. nat., GELL. al., ceterum saepius inde a saec. IV, praecipue in formulis modestiae (v. IIA1); plur. non exstat nisi GELL. 1, 3, 28 BOETH. arithm. 1, 1 p. 8, 6. 1, 4 p. 14, 15.

[confunditur in codd. saepius cum parvitas, e. g. GELL. 1, 3, 28 PANEG. 12, 4, 3 (restituatur GELL. 6, 17, 2 p. 545, 28; falso trad. ARNOB. nat. 2, 17; dub.: ITALA psalm. 24, 7 [cod. 136 Cas.] delicta iuventutis meae et -is [gr. ἀγνοίας, Vulg. ignorantiae; coniciasne praec. Hier. psalt. sec. Hebr. scelerum? vix ad p. 544, 4]), ceterum cum paritas EVGEN. Vict. Vit. 2, 41.]

i. q. status parvi cuiusdam, exiguitas sim. (metonymias v. imprimis sub IB2 et IIA1a; cf. GLOSS. II 260, 7 βραχυτης: brevitatis, -s. 371, 42 μικροτης: -s, pusillitas. coniungitur cum adi. eiusdem notiois exigua p. 544, 40. 545, 36, minutissima p. 544, 3, cum subst. exiguitas p. 544, 1 [cf. l. 72 et p. 544, 79]; opp. magnitudo PLIN. nat. 2, 51 GELL. 1, 3, 28 et saepius; alia opp. et syn. v. infra): I proprie (sc. de statu qui sensibus percipi aut mensurando intellegi potest):

A pertinet ad spatium parvum (fere corporum [sc. ad longitudinem, latitudinem, altitudinem, cf. opp. altitudo, latitudo REGVLA mag. 8, 4], temporis p. 544, 4 et fortasse l. 72 sqq., ubi syn. brevitatis):

1 rerum variarum: CIC. Tim. 47 quae vincula corpus mortale continentia cerni non possent propter -em (gr. 43^a διὰ μικρότητα, Chalc. transl. ob . . . brevitatem). COLVM. 10 praef. 4 (in proverbio, cf. Otto, Sprichw. n. 790) tam exigua sunt, de quibus dicam, ut, quod aiunt Graeci, ex incomprehensibili -e arenae funis effici non possit. PLIN. nat. 2, 51 terrae -em (opp. magnitudinem solis). 34, 83 simulacri quadrigae. TERT. anim. 19, 5 arbor contenta est -e (praec. ed. princ.). HIER. in Ezech. lib. 7 praef. l. 26 Hebraeorum volumina litterarum nobis -e caecantur. BOETH. arithm. 1, 1 p. 8, 6 (inter essentias, i. fere categorias) qualitates, quantitates, formae, magnitudines, -es, eqs. categ. 2 p. 214^A -em vicorum (opp. magnitudinem civitatum). mus. 1, 9 p. 196, 12 sensibillum -em (nisi ad C). CASSIOD. compl. in epist. apost. praef. p. 1321^A brevis . . . narratio summas rerum in -e complectens (antea: brevitate, postea: summam. item respiciuntur dicta vel scripta: VEN. FORT. virt. Hil. 13, 38 textus huius -e [postea: brevitatis]. cf. p. 544, 29). ORIBAS. syn. 8, 28, 3 La p. 246 popularum -em (gr. excidit in lacuna; Aa: quae parvae sunt).

2 animantium vel partium corporis (aetatis p. 544, 6): APVL. met. 11, 13, 5 aures enormes asini repetunt pristinam -em, dentes saxei redeunt ad humanam minuitem. PORPH. Hor. sat. 1, 10, 18 propter maciem ac -em corporis (FACVND. defens. 11, 7, 18 [nisi ad p. 545, 12, sed cf. *ibid.* angustiam]. cf. HIER. epist. 59, 5, 3 illius Christi potentiam unius corpusculi -e finire. REGVLA mag. 8, 4 corpus hominis in ipsa -e sua). SOL. 25, 8 Indicos elephantos Mauretani elephantum timent . . . -is suae conscii (cf. Plin. nat. 8, 27 maior Indicis magnitudo est). PANEG. 12, 4, 3 Maxentius erat despectissimae -is (praec. fere trad.) . . . , tu . . . tantus ac talis.

MAR. MERC. Conc. I 5 p. 12, 31 status exiguitatis et -is, in qua nascuntur infantes. COD. Theod. 7, 20, 12, 2 quidam membrum debilis aut -e deformis. CASSIOD. in psalm. 101, 8 l. 274 passeris minutissimam -em. respicitur aetas (sc. de infantia, adolescentia; vix huc p. 543, 47): PS. AMBR. serm. Sess. 3, 10 p. 138^A (ad Is. 11, 6 puer parvulus) hoc est sacerdos . . . aetatis -e innocu(u)s. GREG. M. in I reg. 2, 38 (ad 2, 19 tunicam parvam fecit Samuheli puero) dum adhuc per novitatis suae incrementa proficeret, . . . apta suae -i accepit monumenta (nisi ad II).

B pertinet ad quantitatem parvam: 1 usu communi de statu sim. eorum, quae potius: a non magna sunt: IREN. 2, 7, 3 universae creaturae varietatem . . . adaptare pleromati ipsorum -i (postea: pleroma ipsorum xxx aetates sunt). AMM. 24, 3, 3 milites -e promissis percitos (antea: nummos centenos viritum pollicitus). GREG. TVR. glor. mart. 47 p. 520, 21 -s facultatis eius coepit paulatim minui (postea: in tanta redactus est exiguitate). ORIBAS. eup. 2, 1 C 29 Aa p. 460 cyamus participat . . . aliquid in -e (-em Ab) . . . stipticam virtutem (gr. K 94 ἐπ' ἄλγρον, La aliquantum). b non multa sunt (sc. de parvitate sim.; opp. abundantia, copia, multitudo, nimietas): HLL. trin. 6, 33 l. 25 (ad Matth. 14, 15 sqq.) naturae -s (sc. quinque panes) famem pellens profecerat in eiusdem copiam naturae. PACIAN. epist. 2, 5 p. 35 quorum Novatianorum -e, si vellem, atque defectu poteram gloriari (item hominum: EPIST. pontif. Gelas. 611 Schwartz p. 48, 19 -s non efficit, ut veritas non sit veritas [opp. multitudo; cf. l. 20 in paucis constituisse veritatem]). AMM. 22, 15, 13 gurgitum . . . nimietate . . . culturas moratur agrorum Nivus, -e . . . minatur steriles segetes. SORAN. p. 39, 16 ne aut plurimis coopertoriis infans gravatus sit aut ne -e eorum perfrixerit (gr. aliter). CAEL. AVR. acut. 1, 11, 85 convenit . . . cibi -s ([opp. plurimus . . . c.]. chron. 2, 1, 30). salut. praec. 38 aquae. CAES. AREL. epist. ad virg. 3, 5 p. 148, 15 -s locutionis (antea: tantum loquaris, quantum oportunitas flagitat). GREG. TVR. glor. conf. 1 p. 749, 9 -em hanc potus in abundantiam convertere.

2 metonymice: de parva parte per divisionem effecta: BOETH. arithm. 1, 4 p. 14, 15 praedocimus . . . quantitatem in infinitas pluralitates ad crescere, spatia vero, id est magnitudines in infinitissimas minui -es (cf. 1, 1 p. 9, 16 sq. infinitissimas . . . suscipit sectiones). de parva pecunia (possessione): GREG. TVR. Franc. 9, 30 p. 449, 5 exacta -e tributis. glor. mart. 102 p. 556, 9 -s redituum meorum . . . per ipsas adhuc residet domos. p. 556, 20 [-e] pecuniolae, quam coniungere potui, adest (i. -em sec. quam? -s var. l.). LEANDER reg. 28 (Migne suppl. 4, 1446) exiguam -em privatim occultat fraude.

C pertinet ad vim parvam, impetum non vehementem: CAEL. AVR. acut. 1, 1, 28 praesentia signa passionis -e iam latentia pro futuris accipimus. chron. 4, 3, 40 pulsus -s vel amputatio (4, 7, 92. CASS. FEL. 42 p. 96, 13 p. -s quam microsphyxian vocant Graeci [item 62 p. 154, 7. 64 p. 156, 22]. 47 p. 121, 2). 5, 2, 35 haec passio initio -is causa negligitur et contempta convalescit.

II translate de statu humili, ignobili, vili sim.: A animantium eorumque partium et qualitatum sim.: 1 in circumlocutionibus affectatae modestiae (pro syn. est e. g. humilitas l. 56 [cf. -s humilitatis p. 545, 5], opp. sanctitas, magnificentia et sim. al.): a formulae sollemnes, metonymice de ipso loquente adhibitae (in adlocutione hominum tam superiorum quam aequalium inferiorumque, cf. O'Brien, Titles of address, 1930, 76 sq.): mea -s: VAL. MAX. 1 praef. si excellentissimi vates a numine aliquo principia traxerunt, m. -s eo iustius ad favorem tuum, Caesar, decurrerit (item pro subi.: CONC. I 3, 1 p. 243, 25 m. consentit -s [cf. l. 28 m. humilitas]. PATRIC. conf. 1 GREG. TVR. Mart. 2, 40. al.). OPT. PORF. epist. ad Constant. 1 cupida -is m. vota (gen. pendens e subst. ut: EVAGR. vita Anton. 89 admonitu [gr. παρ' ἐμοῦ, Vita Anton. a me]. HIER. epist. 62, 2, 1 sententiam [SIDON. epist. 7, 9, 25]. TRACT. Pelag. 5 p. 116 verba [VITA Caes. Arel. 1, 54]. ANVLIN. Aug. epist. 88, 2 acta. sim. saepius). PEREGR. Aeth. 5, 12 m. -em dignabantur . . . suscipere (EVGEN. Vict. Vit. 2, 41 potestas regia . . . -em m. ammonere dignata est. VITA Caes. Arel. 2, 13. al.). SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 163, 16 praesente . . . Vrsatio et m. -e (sim. in abl. absol.: VALENT. Aug. epist. 216, 3 ignorante). EVAGR. vita Anton. 39 volueram silentio premere quaecunq. m. acciderant -i (gr. μηδὲν εἰς ἐμυνοῦ λέγειν, Vita Anton. nihil ex me dicere). RVFIN. hist. 5, 24, 8 scientes -em m. (gr. τὸν μικρόν μου ἀνθρώπον). et saepe cum adi.: EPIPHAN. in euang. 62 p. 171, 3 ut m. extremae -i videtur.

nostra -s: IVL. HON. cosmogr. A 51 (verba discipuli) haec omnia n. -s protulit . . . et publicae scientiae obtulit (item pro subi.: AVG. in psalm. 150, 8 l. 29 deo, quantum potest -s n., . . . gratias agamus [item serm. 183, 15. 272 p. 1248]. VITAL. TONANT. epist. 1 p. 847^D. al.). HIER. epist. 21, 42 quin inculta tibi n. -is videatur oratio (gen. pendens e subst. ut: HIER. Aug. epist. ed. Divjak 27, 2, 1 opuscula. EPIST. pontif. 282 Conc. I 5 p. 3, 6 sermo [antea: tuae sanctitatis]. PATRIC. epist. 9 exhortationem. al.). 138, 3 fratres, qui cum n. sunt -e, . . . te salutant (item 142, 1. al.). EPIPHAN. Avell. p. 744, 15 tua venerabilitas a -e n. quiddam postulas (alia versio Facund. defens. 4, 2, 42 n. exiguitatem petens). AVELL. p. 710, 7 oret . . . vestra sanctitas . . . pro n. -e. RVSTIC. Conc. I 4 p. 201, 1 praeceptum magnificentiae vestrae . . . n. est redditum -i. al. b exempla cetera (metonymice imprimis MART. BRAC.): OPT. PORF. epist. ad Constant. 2 quod carmen . . . ingenii mei -s praestitit (FVLG. RVSP. ad Tras. 1, 1, 1 nostri). RVFIN. Orig. princ. 2, 4, 4 [Baer]

p. 132, 8 secundum -em sensus nostri (Orig. in Rom. 4, 7 p. 984^c pro -e s. mei [item patr. 2, 25 l. 28 S.]. patr. 2, 15 l. 5 S. quantum ad mei s. -em spectat. EPIPHAN. in euang. 33 p. 62, 8 iuxta -em s. nostri). MART. BRAC. trin. mers. 1 (per abundantiam) pontificalis gratiae ritu abiectissimam humilitatis nostrae visitas -em. al.

2 vario usu: CYPR. mortal. 1 quosdam vel inbecillitate animi vel fidei -e . . . minus stare fortiter. PS. MAR. VICTORIN. phys. 21 p. 1306^a -s . . . eius Christi quam divina sit, agnoscamus; conceptus est homo, sed sine origine humani seminis . . . , ignobilis et deformis, sed gloriosus (item respicitur natura hominis a Christo assumpta: HIL. frg. min. p. 227, 9 superavit . . . magnitudo domini -em servilis formae. FACVND. defens. 11, 7, 17 [e Cyrill. Alex.] ut . . . humanam sustineret -em Christus [Migne gr. 70, 1041^c μικροπρεπείας]. cf. p. 543, 81). PHYSIOGN. 74 ubi aliquis pauperiem, rusticitatem, parsimoniam, -em (i. humilitatem sim.?) et misericordiam imitandam putat. EVSTATH. Basil. hex. 8, 8, 15 sufficientia sunt quae disseruimus . . . , si tamen non ad copiosas creaturae divitias, sed ad -em nostrae possibilitatis aspexerit lector (gr. τὸ . . . ἀσθενές). SALV. epist. 9, 15 personae suae -s (antea: humilis est . . . et vilis sibi, exiguum se penitus atque ultimum putans). VEREC. in cant. 2, 5 l. 27 D. opera dei vera sunt ac mirabilia, nostram tamen fugientia -em. FVLG. RVSP. ad Tras. 2, 1, 1 quotiens humanae conditionis infirmitas . . . fines molitur aliquatenus suae -is excedere. al.

B rerum (ad IB traximus ORIBAS. p. 544, 16): 1 vario usu (respiciuntur quae sunt minoris momenti sim.): GELL. 1, 3, 28 (e Theophr.) has . . . -es (pra- var. l.) rerum et magnitudines atque has omnes officiorum aestimationes alia . . . momenta . . . moderantur. 6, 17, 2 quidam inludens levitatem quaestionis -emque (codd. rec., pract. et edd. novelli, v. Tränkle, Hermes 111, 1983, 107 et cf. 6, 17, 3 nugalia). CASSIOD. var. 3, 7, 2 studete ut, qui non soletis pro rebus magnis excedere, nunc non videamini . . . in -e peccare. 2 in arte rhet.: pertinet ad genus dicendi humile: CASSIOD. var. praef. 16 medium genus dicendi, quod nec magnitudine tumescit nec -e tenuatur. pertinet ad figuram deminutionis: CASSIOD. in psalm. 89, 4 l. 115 tapinosis, id est humiliatio, quando cuiuslibet rei magnitudo minuitur in exiguum -em (101, 10 l. 326. ut t. humilitatis affectu magnam rem deiciat usque ad vilissimam -em).

parula v. parrula.

parūlis, acc. pl. -idas, f., παρουλίς (cf. epulis). formam vulgarem pullaria, -ium v. suo loco. i. q. tuberculum in gingiva ortum: CELS. 6, 13, 1 solent . . . in gingivis tubercula quaedam oriri dolentia, -as Graeci appellant (parotidas FV et Oribas. eup. 4, 71 add. Aa p. 591). 6, 13, 4 fit . . . , ut ex gingivae ulcere, sive -s (parulides J, parvulus FV et Oribas. l. l. p. 592) sive non fuit, diutius pus feratur. SCRIB. LARG. 61 (inde MARCELL. med. 11, 27) medicamento uti oportet . . . etiam ad -as (ed. princ. et Marcell., parotidas cod.) et epulidas, id est ubi ex transverso gingiva suppurav(er)it vel ubi super extremum molarem increverit gingiva.

parum v. parvus.

parumloquium, -ī n. vox a parum et loqui iocose ficta secundum multiloquium. i. q. habitus eius, qui parum ad rem loquitur (quamvis verbosus sit, v. Traina, Athenaeum 40, 1962, 345 sqq.): PLAVT. Merc. 31 (inter vitia amoris:) multiloquium, -um (pauciloquium ed. princ., pauciloqui Havet): hoc ideo fit quia quae nihil attingunt ad rem . . . amator profert . . . ; hoc (sc. multiloquium) pauciloquium rursus idcirco praedico, quia nullus . . . amator adeost . . . facundus, quae in rem sint suam ut possit loqui.

***parumper adv.** a parum et particula -per (v. Leumann, Kl. Schr. 49). scribitur parvom- PLAVT. Most. 1152 (formam antiquam suspicatur Lindsay, cf. parvum- in cod. unico FAVST. REL. epist. 2, 41 p. 426, 13). NOT. Tir. 52, 36. inter adverbia temporis infinita CHAR. gramm. p. 243, 6 B. olim, . . . tantisper, paulisper, -r eqs. de notione: PAVL. FEST. p. 221 -r significat paulisper, quasi perparvum, hoc est valde parvum; refertur autem ad tempus. NON. p. 378, 14 -r, ut saepe, interim et parvo tempore; -r cito et velociter (affert VERG. Aen. 6, 382, v. p. 546, 59, et ENN. ann. 53. 71, v. p. 546, 41. 51). DON. Ter. Ad. 70, 2 paulisper quasi paulumper ut -r dictum, -r quasi parum dictum add. man. alt. cod. V). GLOSS. -r: ἐπ' ὀλίγον. κατ' ὀλίγον. πρὸς ὀλίγον. κατὰ βραχὺ. paululum. perparum. valde modicum vel parum. sim. al. legitur in versibus inde a PLAVTO aliisque scaen. vet. (qui -r exhibent 16 locis, paulisper 14), ENN. ann. (-r 5/p. -), LVCR. (1/-), VERG. (1/1), OV. (1/2), SEN. (5/-), LVCAN. (1/-), VAL. FL. (5/-), SIL. (1/1), STAT. (11/-) al.; scriptores fere praeferunt paulisper (afferimus selectos post LIV.): CATO (-r -/p. 5), CIC. (12/30 idque maxime in orat. et epist.), CAES. (-/9), BELL. Afr. (1, fort. ex ENN./5), BELL. Hisp. (1, ex ENN./-), SALL. (-/5), LIV. (26/37), SEN. phil. (-/4), CVRT. (3/7), PETRON. (-/4), QVINT. (2/2), TAC. (-/3), PLIN. min. (-/9), SVET. (4/2), APVL. (-/23), SYMM. (-/15), AMM. (9/28), VVLG. (3/7). [confunditur in codd. cum parum e. g. p. 547, 28. 29 (restituatur CIC. rep. 6, 12, v. p. 546, 34; vix recta var. l. LIV. 29, 2, 9 EPIST. Alex. l. 410 H.).]

I usu originario respicitur parvum spatium (cf. parum IB1), sc. fere temporis, ut significetur i. q. parvo tantum tempore, vel vi attenuata i. q. parvo tempore, in parvum tempus (quae notiones saepe vix distinguere possunt; ad vim localem, sc. fere i. q. modicum sim.,

v. B2a; notio q. e. cito, velociter a quibusdam perperam intellegitur sec. NON. p. 545, 65; opp.: VVLG. Is. 54, 8 sempiterna. CLAVD. 21, 146 perpetua [cf. FAVST. REL. epist. 2, 41 p. 426, 13 in perpetuum]. PETR. CHRYS. serm. 71, 11 diu. GREG. TVR. Franc. 5, 10 p. 204, 23 assiduus):

5 A illustrata ratione temporis: 1 -r explicatur enuntiato temp. a dum incipiente: PLAVT. Amph. 638 voluptas -r datast, dum viri . . . potestas videndi fuit noctem unam modo. TER. Andr. 714 dum exeo, -r me opperire hic (AMM. 21, 7, 7). CIC. leg. agr. 2, 49 -r mentis vestras, Quirites, commovere videor, dum patefacio vobis eqs. LIV. 4, 32, 10 cunctatus -r, dum speculatores referrent Quinctium evasisse . . . , signa profert. VAL. FL. 7, 74 durare. SVET. Nero 48, 3 commoratus. al.

2 -r excipitur aliis adv. temporalibus: PLAVT. Bacch. 794 manedum -r, iam exeo ad te (CIC. Phil. 2, 104 remove gladios -r . . . , iam intelleges eqs. STAT. Theb. 6, 800). Mil. 596 cohibete intra limen . . . vos -r . . . , sinite me prius perspectare. CIC. de orat. 3, 143 haec cum Crassus dixisset, -r . . . silentium fuit; tum Cotta . . . inquit eqs. (LIV. 4, 33, 2. SEN. Herc. O. 245 AMM. 20, 3, 8). div. 1, 47 discedo -r e somniis, ad quae mox revertar (LVCAN. 4, 172). LVCR. 4, 1116 parva fit ardoris . . . pausa -r, inde redit rabies. LIV. 2, 10, 7 cum his viris primam periculi procellam . . . -r sustinuit; deinde eos quoque . . . cedere in tutum coegit (28, 23, 3 primo . . . -r obstipuerunt; dein eqs. 31, 39, 13. al. SVET. Tib. 73, 2 Galba 19, 2). 2, 25, 3 consul -r moratus . . . dato tandem . . . signo militem . . . emittit. VAL. FL. 8, 78 servabo -r ipsa nemus, longum interea tu pone laborem. al.

25 B cetera exempla (de spatio modico sed fere indefinito, nisi e contextu intellegitur finis intervalli ut e. g. infra l. 70 sq.): 1 in sententiis postulantium, optantium (hic illic -r modestiam loquentis indicare videtur, e. g. ENN. ann. 53. 208 Ov. am. 3, 6, 2): a cum imperativo (cf. l. 8. 14): PLAVT. Aul. 199 da mi operam -r. Cas. 350 tace -r ([parum codd., idque in rasura B]. Curc. 357 Men. 348 Most. 1152). Merc. 922 mane -r atque haec audi (PACVV. trag. 326 facessite omnes hinc, -r tu m. [nisi cum facessite coniung.]. SEN. Herc. O. 1977. cf. l. 12). ENN. ann. 208 divi hoc audite -r (TER. Phorm. 486 audi obsecro. :: non audio. :: -r. CIC. rep. 6, 12 [parum rebus trad.; coniec. alii alia, cf. Ballaira, Bollettino del Comitato 18, 1970, 79]). Acc. trag. 381 reprime -r vim citatum quadrupedum. Ov. am. 3, 6, 2 amnis, . . . siste -r aquas (CE 995A, 1 [aet. Tib.] -r s. gradum, quaeo [sim. 1537A, 1. 2083, 1]). SEN. Phaedr. 1175 ades -r. al. b vario usu: PLAVT. Amph. 389 indutiae -r fiant, si quid vis loqui. Cist. 712 <tace>amus, era, -r. Truc. 326 non quis -r durare opperier? (interrogatio fere pro exhortatione). ENN. ann. 53 te . . . precor, Venus, . . . ut me de caelo visas . . . -r ([vix recte explicat NON. p. 545, 65]. Liv. 8, 24, 15 ut -r sustinerent precata mulier. 38, 29, 8 ut -r abscederent). CIC. Balb. 47 existat . . . ille vir -r cogitatione vestra (Scaur. 48 qui utinam posset -r e. cf. Tusc. 5, 68 is praestans vir . . . animo -r et cogitatione fingatur). orat. 112 ab hoc Demosthene -r abeamus. rep. 1, 12 dent operam -r atque audiant. Lael. 5 tu velim a me animum -r avertas (LIV. 3, 58, 3). LIV. 45, 37, 8. CIL IV 1781 ludamus -r. al.

2 in quibuslibet sententiis: a cum verbis movendi sim. (ut hic illic etiam de vi locali cogitari possit, maxime l. 55 sq. 65; saepius in imagine; cf. e. g. l. 46): ENN. ann. 71 campum celeri passu permensa -r conicit in silvam sese lupa ([vix recte explicat NON. p. 545, 65]. 455 sola terrarum . . . permensa -r). 587 nostri cessere -r (frg. attulit BELL. Hisp. 23, 3 fortasse vim localem intellegens, quam agnoscere possis etiam BELL. Afr. 52, 2 et manifestiore LIV. 26, 44, 3 -r c. Romani, ut propiores subsidiis . . . summittendis essent. mero respectu temporis: LIV. 7, 24, 3 consul vulneratus cesserat -r ex acie [4 consul . . . revector]). CIC. Brut. 322 delectandi gratia digredi -r a causa. Att. 9, 4, 3 abduco -r animum a molestiis. VERG. Aen. 6, 382 his dictis curae sunt emotae pulsusque -r corde dolor (explicant NON. p. 545, 65. SERV. id est paulatim laetari coepit . . . ; dictum est, quasi ab eo magna moderatione dolor recessit; alii '-r' valde parum volunt [cf. GLOSS. I III Abstr. PA 40 valde modicum. GLOSS. IV 457, 11 ultra modicum, paulisper]). LIV. 42, 52, 4 mota -r acies . . . , ne stetisse tantum in armis viderentur. al. cum

65 verbis flectendi, tendendi (sc. manifesto respectu loci): AVIEN. Arat. 134 Cynosura numquam moratur neque ceu molita -r flectitur (-r cum molita iungunt alii). 156 forma verticis draconis in nutum veluti curvata -r. orb. terr. 140 Zephyrum . . . dehinc deflexa -r alta petunt aequora. ANON. de mach. bell. 10, 2 fistula . . . ferri -r extensa. b cum verbis variis (exempla selecta): LIV. 2, 19, 10 pugnam -r restituit cohors exulum. 10, 19, 16 Samnites -r cunctati . . . Appio occurrere (VAL. FL. 5, 392). 45, 12, 6 -r cum haesitasset, 'faciam' inquit (Polyb. 29, 27, 6 βραχὺν χρόνον). CVRT. 10, 4, 2 -r . . . dubitaverant (cf. 10, 9, 14 addubitavere). VAL. FL. 6, 493 quis liliis vita brevis totusque -r floret honor. STAT. Theb. 12, 35 lusit Fortuna -r. Ach. 1, 235 in mari cana -r spumant signa fugae Thetidis. Ivv. 4, 62 obstitit intranti . . . turba -r. FLOR. epit. 1, 13, 1 procurrentis imperii cursus -r Gallorum . . . incursionem supprimitur. IVVENC. 4, 290 (ad Matth. 25, 42 sqq.) mihi tecti vestisve -r tegmina . . . non dabantur. AVIEN. orb. terr. 403 ambas (i. Europam et Africam) si conferre sibi quisquam velit, una -r ut credatur humus (sc. brevi momento cogitationis ut supra l. 44 sq.). HIER. in Ezech. 39, 17 - 29 l. 2068 -r abscondit . . . faciem suam ab eis (VVLG. Is. 54, 8 [syn. 54, 7 ad punctum in modico, opp. sempiterna]). in Ioel 2, 15 - 17 l. 330 recedendum -r a coitu praecepit (cf. I Cor. 7, 5 ad tem-

(pus). RVFIN. hist. 2, 9, 3 -r deliberans (*gr.* ὀλίγον). AVG. civ. 1, 3 p. 8, 12 D. quod institueram . . . dicere, -r expediam (*opp.* copiose . . . tractanda). CONC. I 5 p. 139, 19 -r carnem deprimi morte concessit *Christus* (*gr.* I 1, 7 p. 61, 11 πρὸς βραχὺ). PALLAD. hist. mon. II 1 p. 345^B -r super mattam reclinari (*gr.* p. 17, 18 B. μικρὸν . . . ἀναπνεεῖν. *cf.* I 1 p. 253^B momento temporis). *al.*

II usu deflexo respicitur quaelibet parvitas, fere i. q. parum, paulum (maxime apud GREG. TVR., qui notione communi adhibet vocem e. g. Franc. 5, 10 p. 204, 23): A *adv.*: HIER. epist. 54, 10, 5 (excusatio verborum minus decentium deest in cod. antiquiss., interpolatam putat Labourt, ed. 1953, ad l.) malo apud te, filia, verecundia -r quam causa periclitari. EPIPHAN. Avell. p. 749, 29 -r . . . ceraunium lapis . . . huic carbunculo videtur esse consimilis (*Migne gr.* 43, 297^A ὀλίγον . . . ἀδῶ ἔουσε). GREG. TVR. Franc. 3 praef. p. 96, 10 velim -r conferre, quae . . . successerint. glor. conf. 93 p. 808, 3 de eo ligno hastulae factae -r acutae. Mart. 1, 32 p. 603, 32 iam valde exanimus invocato nomine beati Martini . . . -r convalui (*cf.* p. 604, 3 adhuc parum fortis). *cf.* explicationes p. 545, 63. 67. 69. 546, 62.

B *pro adi.* (nisi quaedam per appositionem pro subst. accipias; *cf.* parum sub II): GREG. TVR. Franc. 5, 10 p. 204, 21 vinum . . . non bibeat praeter aquam -r melle linitam (*vix ad A*). glor. conf. 83 p. 802, 3 ampullam unam -r vinum (vini *var. l.*) habentem. Mart. 1, 4 p. 590, 17 ut -r mora (morae *var. l.*) esset. 3, 12 p. 635, 23 ut ei pulvere (*vix gen., sed acc., v. Blomgren, Eranos 34, 1936, 29*) -r exhiberent de sepulchro.

C *pro subst.* (*v. quae ad B monuimus*): I accedunt struct. partit.: *gen.*: GREG. TVR. dorm. 3 p. 763, 18 portantes secum -r pecuniae (*var. l.* parum praetulit *Krusch in ed. priore p. 849, 9*). glor. conf. 95 p. 809, 8 -r pulveris (103 p. 813, 24 [parum *var. l.*]). Iul. 46a p. 582, 19 vit. patr. 8, 6 p. 696, 20). 103 p. 814, 4 cibi -r capere (vit. patr. 11, 2 p. 710, 30). Franc. 8, 15 p. 381, 20 -r panis et oleris ac modicum aquae (vit. patr. 13, 1 p. 715, 23 -r p. vel aquae). Mart. 2, 32 p. 621, 12 olei. *al. apud eundem.* de c. abl.: GREG. TVR. Mart. 1, 27 p. 601, 29 plus . . . valet -r de pulvere basilicae (4, 25 p. 655, 33).

2 *nude ponitur* (*sc. pro obi.*): GREG. TVR. vit. patr. 10, 1 p. 706, 9 de cuius vita -r . . . dicere delectat animo. VITAE patr. Iurens. 157 M. de sancto Martino -r . . . refertur.

parunculus, -i m. a 3. paro *deminutive.* i. q. parvus paro: COM. pall. inc. 21 -is ad litus ludit celeribus (*affert ISID. orig. 19, 1, 20 sub voce paro: navigium piratarum [inde GLOSS. I Ansil. PA 652]. pergit 21: mioparo quasi minimus paro; est enim scapha eqs.*).

parvolus v. parvulus.

[1. parus *falsa var. l. pro parvus* TERT. pall. 1, 1 v. supra p. 345, 62.]

[2. pārus *var. l. pro parrus* (*i. parra, nomen avis*) in carmine saec. decimi ANTH. 762, 9; hanc formam genuinam esse non pauci sibi persuaserunt, unde eam recepit *Linné.*]

parvulitas, -ātis f. a parvulus. i. q. status eius, qui infans parvulus est, infantia (utroque loco cum colore imperitiae, ignorantiae): COMM. instr. 1, 6, 2 dicitis, o stulti, 'Iovis tonat . . .'; etsi -s sic sensit (*censet Ludwig*), cur anni dicentes? (*postea: infantia*). THEOD. MOPS. in Gal. 3, 25 p. 55, 7 paedagogi utiles . . . sunt puerulis parvulis propter -em eorum.

*parvulus, -a, -um. a parvus *deminutive.* inter deminutiva affert CHAR. gramm. p. 196, 26 B. de scriptura: in titulis -vol- praevalere videtur, sc. CE 482, 4 (*aet. Hadr.*). 1843, 2 (*saec. I vel II*). INSCR. christ. Diehl 377, 3. 5 (*a. 574?*). 2829, 5 (*a. 447*). item saepius, v. *Prinz, De O et U vocalibus, 1932, 25*; -vul- exstat CE 1170, 9. 1162, 1. 1337, 8 CIL VIII 22673, 7. *al.*, -bul- CE 108, 8 CIL VI 9927, 3 VIII 9107, 5 XIII 1981, 9 INSCR. christ. urb. Rom. 4281, 2 (*a. 522*). 19744, 7 (*saec. V*). *al. codices haud raro variant, e. g. cod. A TER.; ex antiquissimis ubique praebent -vol- cod. A PLAVTI (Poen. 896. 1346 Stich. 161; alibi non exstat), A FRONTONIS (septies), cod. d ITALAE epist. Paul. (duodecies); -vul- MP VERG. Aen. 4, 328, cod. f ITALAE (plus decies, -vol- Matth. 15, 38), praevalet in codd. VVLG. (v. indices orthogr. ed. pontif.); -bul- e. g. ITALIA psalm. 16, 14 (cod. 304). Matth. 11, 25 (cod. d) et saepius in cod. O VVLG. abbreviatur parvu(la) INSCR. christ. Diehl 2740, 3 a. 519 (*nisi intellegas parvu(m)*). NOT. Tir. 52, 35 -um. de formis: compar. et superl. desunt. *gen. plur.* -um ARNOB. nat. 3, 14 p. 172, 6 M. GLOSS. ῥήπιος. νεογνός. νηπιώτατος. -um: ῥήπιον. ὀλίγιστον. legitur inde a PLAVTO (*quater decies*), TER. (*octies*), sed postea in versibus admodum raro exceptis CE; e scriptoribus frequentant VAL. MAX. et APVL. met., saepissime adhibetur in sacr. script. et apud AVG., plerumque pro subst. masc., raro in sermone iuris; omnino deest e. g. SALL., TIB., LIV., OV., VELL., LVCANO, PERS., VAL. FL., STAT. [port. parvo; i. q. infans: it. pargolo; langued. vet. parvol; vasc. parvol; cat. parvol; astur. parvolu. *cf.* M.-L. 6262. Battisti-Alessio IV 2775. Wartburg VII 694. Corominas IV 417. Machado IV 316. St.] [confunditur in codd. maxime cum parvus: Cic. Manil. 54 CAES. Gall. 6, 21, 3 COLVM. 8, 11, 1 PLIN. nat. 36, 43 VVLG. thren. 2, 11. et saepe.]*

i. q. (valde) parvus. deminutivum ponitur aut vi sollemni (*pro superlativo e. g. l. 70. p. 550, 70. 551, 29. 552, 40; cf. PALLAD. 1, 5, 3 glebam -am [Colum. 2, 2, 18 perexigua] aut cum affectu quodam* (e. g. p. 548, 64sq. 76sq. 550, 4sq.)). haud raro attributum est al-

terius deminutivi, e. g. l. 42. 47. 58. p. 550, 43. 551, 83. 552, 16. vim deminutivam arguit particulae admodum VAL. MAX. 1, 5, 3. 1, 7, 7. 3, 5, 1. 4, 3 ext. 3 SEN. nat. 2, 6, 5 IVST. 7, 2, 5. *al.*, dumtaxat BELL. Afr. 87, 3, modo *ibid.* 54, 1, oppido quam VITR. 8, 3, 11, quam PLAVT. Pseud. 783. variis structuris indicatur, quo respectu aliquis (aliquid) -us sit (*v. l. 32. p. 550, 81. 551, 12. 553, 7sq.*) vel cui rei quis impar sit (*v. l. 23. p. 553, 16sq.*).

CAPVT PRIVS: proprie (*sc. de eis, quorum amplitudo, copia sim. aut sensibus percipi aut mesurando intellegi potest*): I pertinet ad spatium (*sc. de animantibus vel rebus spatium quoddam obtinentibus vel de spatio ipso*): A corporum (*de scriptis p. 550, 81*): I accedente respectu aetatis, sc. infantilis, puerilis: a de hominibus vel deis (*de daemone l. 34sq.*; aetas alibi mensura temporis indicatur, e. g. l. 31. 73. 77. p. 549, 8. 37. 38, alibi vario modo e contextu colligi potest, e. g. l. 26. 67. 74sq. p. 549, 1sq. 19. 22. 26. 31. 34; locutionem aetate -us v. p. 553, 24. 32. 34): α *adi.*: ① exempla varia (*saepius praedicative quam attributive ponitur*): PLAVT. Capt. 1013 pater meus te mihi -um peculiarem -o puero dedit (*sim. iuxta pron., fere praedicative*: Poen. 896 illas emit . . . -as. 1346. TER. Eun. 892 nutrix illam aluit -am. BELL. Alex. 78, 2. CIRIS 138 idem, sc. Amor, . . . acuebat -us iras. VAL. MAX. 5, 7, 1 SEN. Oed. 806. OCTAVIA 636 te -um in lucem edidi. CALP. decl. 24. et saepius). Poen. 1101. Pseud. 783 quam illae rei (*fort. stuprum patiendo*) . . . sum -us. SEN. Herc. f. 1020 (*Herc. de filio*) -um hoc monstrum. Tro. 456 nostrae -am stirpem domus, sc. Astyanacta. epist. 99, 23 filii tui quamvis -i iocos. IVV. 6, 89. TAC. Agr. 4, 2 statim -us sedem . . . studiorum Massiliam habuit. PLIN. paneg. 26, 7 -orum civium. CE 428, 4 (*aet. Hadr.*) antequam quinque . . . complerem -us annos. APVL. met. 4, 31, 6 auriga -us delphini Palaemon.

ITALA Gal. 4, 1 (*cod. g al., sim. VVLG.*) quamdiu heres -us est (*gr. ῥήπιος*). Ps. MAR. VICTORIN. phys. 20 *Christus* nasci -us debuit (*de eodem: 22 adhuc -us fere annorum XII. HIER. hom. Orig. in Luc. 18 p. 111, 11. CHROMAT. serm. 30, 2 L. in corpore -us. al.; cf. l. 74. p. 549, 29*). AMBR. exc. Sat. 1, 61 lectoris. RVFIN. hist. mon. 7 p. 411^A manu apprehendit quasi -um quendam Aethiopem (*i. daemonem ut: DYNAM. vita Max. 8 l. 193 G. ad rem cf. l. 42 et PALLAD. hist. mon. 1, 5 p. 266^D daemon fit . . . -us puer*). *al.* ② iuxta subst., quae infantem aut gradum cognationis significant (*attributive vel praedicative*): PLAVT. Capt. 982 -o puero [-um *codd., corrigitur sec. 1013, v. l. 18*]. Merc. 90 p. -o mihi paedagogus fuerat. Stich. 161 p. me gestavit -um. TER. Ad. 494 or a p. -is sumus educ[ati] [*cf. l. 82sq.*]. CIC. Cluent. 137 CALV. ur. frg. Char. gramm. p. 296, 24 B. *al.*; *cf.* RVFIN. hist. mon. 29 p. 454^B [*de daemonibus*] quasi -os quosdam puerulos [THEOD. MOPS. p. 547, 51]. Cist. 123 illanc . . . -am puellam proiectam . . . sustuli (552 Curc. 528 TER. Eun. 108 VVLG. IV reg. 5, 2. *al.*). Poen. 1105 mihi . . . gnatae . . . sunt surruptae -ae (AFRAN. com. 208. ITALIA II Macc. 5, 13 [rec. X] mulierum et natorum -orum [*gr. τέκνων, Vulg. om. -orum*]. CE 108, 8).

-at ovem vel multo innumeram iugere -at ovem *var. ll.*). 2, 5, 25 -bant herbosa Palatia vaccae. LIV. 25, 12, 10 (*carmen Marci vatis*) Apollo exstinguet perduellis vestros, qui vestros campos -it placide (-unt *trad.* Macr. Sat. 1, 17, 28. *fortasse pertinet ad p. 596, 68*). PLIN. nat. 18, 258 utilissimum . . . , *prata* nec primo anno rigari nec -i ante secunda fenisecia. AMBR. Abr. 2, 6, 27 *revocare* pecus . . . , quo herbosa et non fructuosa -antur (*nisi est deponens*). B *translate* (*cf.* p. 597, 52): MART. 9, 80, 2 uxorem -it Gellius et futuit (*nisi de irrumatore, cf. p. 597, 52. item male tractatur femina:* VVLG. Iob 24, 21 *impius* -vit . . . sterilem . . . et viduae bene non fecit [*a Greg. M. al. ita explanatur, ut pertineat ad I*]).

⑤ *i. q. comedere vel pabulum carpere, vesci. in imagine vel translate l. 30. 35. 51. al.; iuxta notionem sub I descriptam e. g. l. 42. 47. grammaticorum doctrinas v. supra p. 590, 66 sqq., adde CHAR. gramm. p. 468, 23 B. GLOSS. I Ansil. PA 666 -itur: pabulum sumitur.*

A *indicatur esca (per acc. [nom. in passivo] praeter ENN.):* ENN. sat. 66 stagna, ubi lanigerum genus piscibus -it (-itur *var. l.; explanat Paul. Fest. p. 59:* in qua *palude* nascuntur pisces similes ranunculis, quos oves consecratae edunt. *sed fortasse interiit aut subi. aut obi.*). OV. am. 3, 5, 18 *taurus* revocatas ruminat herbas atque iterum -sto (*var. l. facto*) -itur ante cibo. PLIN. nat. 25, 47 capras purgari -sto (*pastor, pastore var. ll.*) illo *helleboro*. HOMER. 993 *te Hectorem* volucres diripient avidique (*avideque var. l., avidosque van Dorp*) canes tua viscera -ent. TERT. nat. 1, 18, 4 mulier Attica . . . , ne cederet corpus et sexus tormentis, linguam suam -stam expuit (*locis geminis apol. 50, 8 comesam, mart. 4, 7 comestam*). MOYS. Cypr. epist. 31, 6 p. 563, 10 -sta cruditate (*opp. ieiunio adtenuante. de ciborum copia accipio coll. vol. IV 1233, 69 sqq., alii de morbo aucto, cf. ibid. l. 60, ut spectet ad I B2*). PS. CYPR. pudic. 10 ut *pulchritudo* quasi flos . . . aetatis porrectae voluptatis occasione -atur (*Ps. Orig. tract. 5, 7 carpatur*). CHIRON 181 varietatem herbarum . . . -unt. PS. THEOD. PRISC. add. p. 334, 7 *caprae*, quae lentiscum per triduum -verint. DRAC. laud. dei 1, 270 non qui -ret herbas adfuit; intactis senuissent floribus herbae, ni -enda daret tellus iumenta. ENNOD. opusc. 5, 8 p. 395, 21 *dolor* secreta cordis . . . -vit incendio. *al.* B *non indicatur esca (vix huc VERG. georg. 3, 143, dub. ITALIA cant. 6, 1 [cod. 169 al.] -ere in hortis et collegere lilia [VVLG. ut -atur, sed gr. ποιμαίνειν. sim. 6, 2 et 2, 16 ibid.]):* VARRO frg. Non. p. 63, 26 esse[*t*] -ere dicebant. APVL. apol. 21, 2 vivo gracili lare, . . . paucioris habeo, parcius -o, levius vestio, minus obsono (*nisi ad p. 595, 55*). ITALIA Iob 1, 14 (*Ps. Orig. in Iob 1 p. 420^c al.*) asinae iuxta illos boves -bant (*gr. ἐβόσκοντο, HIER. interpr. Iob et VVLG. -bantur*). IS. 11, 6 (*Quodv. prom. 3, 39, 46*) una -ent simul lupus cum agno . . . et puer pusillum -et eos (*aliae vers. -etur vel compascetur, Vulg. habitabit, gr. συμβοσκηθήσεται*). Ezech. 34, 18 (*Aug. serm. 47, 9; ad pecus*) bonā pascuā -batis (*gr. νομήν ἐνέμεσθε, Vulg. pascuam . . . depasci*). SCHOL. Verg. Bern. ecl. 5, 24 nullus erat qui pecora Daphnidis -ret . . . , vel ipsa pecora pro maerore -ere nolunt (*sequitur: -bant se*). SERV. Aen. 6, 198 (*'columbae -entes' [v. p. 599, 55]*) optimum . . . augurium, quod -bant. *ibid.* exilientes -ere consuerunt. CHIRON 136 *iumentum* sinire -ere. 189 prodest ei . . . -ere (*nisi ad IAI*). AVG. c. Parm. 3, 3, 19 p. 124, 15 qui se sub uno pastore non adhuc cum haedis -ere sentiunt. CYPR. GALL. gen. 24 EVCHER. laud. her. 40. VITAE patr. 3, 22 dimiserunt asellum . . . , ut -ret (*gr. Cot. p. 489^c βόσκεισθαι*); cum autem -retur asellus *eqs.* (*loco gemino 7, 33, 2 ut -retur; ille autem pervenit -endo eqs.*). *al.*

CAPVT ALTERVM: *mediopassive vel deponens (de generum distinctione v. p. 590, 75 sqq.):* I *sine obiecto, i. q. pabulum, cibum capere (interdum vergit in notionem satiandi). legitur -o iuxta -or e. g. VARRO rust. 2, 4, 20. 3, 17, 6 VERG. Aen. 6, 653/655. pabulum vel res, unde pabulum paratur, indicatur per abl. passim, per praepos. de p. 599, 74. 600, 43. 601, 41. al., ex p. 600, 24. 601, 40. al., in p. 599, 76. 600, 38. al.; acc. v. sub IIB; locus, ubi quis -itur, indicatur per abl. vel praepos., v. maxime p. 599, 3 sqq., acc. v. sub IIA.*

A *strictius, sc. in pascuis (cf. GLOSS. IV 457, 14 -entibus: errantibus):* I *in imagine et translate, fere de hominibus vel rebus:* PLAVT. Most. 878 (*e convicio servorum*) ire vis, mula, foras -stum. Persa 318 boves bini hic sunt in crumina.: emitte . . . , sine ire -stum. LVCR. 1, 1090 exponunt *Stoici* . . . solis flammam per caeli caerula -i (*item de igni errante:* VERG. Aen. 2, 684 *visa est* innoxia . . . lambere flamma comas et circum tempora -i [*vix recte SERV. ad l. crescere. locum respicit GLOSS. I Ansil. PA 668 dilabi, diffundi*]). OV. met. 9, 202 *veneni* ignis edax . . . per . . . omnes -itur artus [*cf. SEN. sub IIB2*]. SEN. nat. 7, 21, 2 *cometes* non ut stella procedit, sed ut ignis -itur. SIL. 7, 370). COLVM. 8, 16, 9 *helops* Pamphilio profundo nec alio -itur (*item de piscibus sim.:* SIL. 14, 253 caeruleis . . . campis -entia cete. *cf. p. 599, 7. 601, 54*). ITALIA Is. 49, 9 (*Hier. ad l., sim. VVLG.*) in omnibus viis -entur et in omnibus semitis pascua eorum (*gr. βοσκηθήσονται*). Ezech. 34, 14 (*Aug. serm. 46, 25 = VVLG.*) in pascuis . . . -am eas oves . . . et in pascuis pinguibus -entur super montes Israel (*gr. βοσκήσω . . . βοσκηθήσονται*). VVLG. Ezech. 34, 19 oves meae his, quae conculcata pedibus vestris fuerant, -bantur et . . . bibebant (*Itala [Aug. serm. 47, 9] depascebant, gr. ἐνέμωτο*). AVG. c. Petil. 2, 47, 110 p. 84, 24 eadem pascuā sub uno pastore et oves et hirci -untur, donec . . . segregentur (*si mavis pascuā, ad IIA2*). *al.*

2 *proprie de animalibus (usu strictiore de pecore; usu latiore de aliis, quae degunt in pascuis, e. g. l. 8. 11. 25. 26. 42):* a *indicatur, ubi -antur:* LEX agr. (CIL I² 585) 26 <pro eo pecore, quod ... in calli>bus vieisve publiceis -stum impulsus itineris causa erit (*vix passive intellegendum. c. praepos. in etiam:* VARRO rust. 2, 3, 8 in spinosis locis. VERG. ecl. 1, 59 -entur in aequore [aethere *codd. vet.*] cervi [adynaton ut NEMES. ecl. 1, 75 phocae ... in arvis]. georg. 3, 219. Ov. ars 2, 517 lepores in Atho, ... apes ... in Hybla. POMPON. dig. 9, 2, 39 pr. [e Q. Scaev.]. VLP. dig. 43, 8, 2, 30. *al.*) VARRO rust. 3, 7, 2 cibo domestico contentum intra limina ianuae solet -i *hoc genus columbarum.* 3, 16, 5 apes foris -untur, intus opus faciunt (COLVM. 7, 3, 19). CIC. de orat. 2, 284 *pecus* qua libet -itur. VERG. Aen. 1, 186 per vallis -itur agmen *cervorum* (6, 653 per campum). HOR. carm. 3, 23, 9 nivali -itur Alcido ... quercus inter et ilices aut crescit Albanis in herbis victima (*c. abl. ut:* Ov. met. 2, 841 quod ... montano gramine -i armentum ... vides, ad litora verte. SEN. Phaedr. 66. CLAVD. rapt. Pros. 2, 193 solitos caligine -i ... equos *Plutonis*). Ov. am. 2, 6, 53 (*de piarum avium loco*) illic innocui late -untur olores. LIV. 7, 14, 4 iumenta ... -entia extra vallum. 24, 3, 4 ubi ... *pecus* -batur sine ullo pastore. PAVL. FEST. p. 220 ibi *pecus* -ens. APVL. met. 8, 19, 1 circum *senem* capellae -entes (*cf.* 10, 34, 2 circa. PS. AVR. VICT. orig. 6, 2 circa flumen). *al.* b *non indicatur, ubi -antur:* VARRO ling. 6, 41 agitur *pecus* -stum (*supinum ut:* rust. 2, 2, 10 exeunt. 2, 4, 6 exigunt. 2, 4, 19 sinunt exire. 2, 4, 20. *al.* HOR. sat. 1, 5, 18 LIV. 25, 8, 6 PHAEDR. 2, 4, 14 PLIN. nat. 9, 36 *testudines*). rust. 2, 9, 2 cum sciam mulorum gregem, cum -retur *eqs.* 3, 10, 5 *anseris* propter cupiditatem saepe in -endo ... abrupunt collum. VERG. ecl. 3, 96 -entes a flumine reice capellas. 4, 45 -entis ... agnos. 7, 39 -sti repetent praesepia tauri. 7, 44 ite domum -sti, si quis pudor, ite iuveni. georg. 3, 342 saepe diem noctemque et ... mensem -itur itque *pecus* longa in deserta sine ullis hospitibus. 3, 467 *ovem aegram* medio procumbere campo -entem. *al.* PROP. 2, 33, 12 mansisti stabulis abdita -sta tuis (mandisti ... *arbuta e coni. alii, -sta pro neutr. plur. accipientes. de Io etiam* Ov. met. 1, 630 luce sinit -i *Argus*). MANIL. 4, 233 totis armenta sequi -entia campis. 5, 139 SEN. dial. 3, 3, 8. COLVM. 6, 2, 12 ne ... progredi et per hoc -i possit *bos*. 6, 3, 2 *duo iuga* alterna ... vice vel arant vel -untur. 8, 11, 15 *pavonum pulli* cum ad satietatem -sti sunt, reducuntur. *al.* MELA 1, 45 *Garamantum armenta* obliqua cervice -untur (PLIN. nat. 11, 125). 3, 53 *ut pecora* diutius -sta dissiliant. PLIN. nat. 8, 39 *achlis* retrograditur in -endo (*cf.* 8, 178 boves ... et retro ambulantes -untur). 8, 199 aversum a sole -i cogendum *pecus*. 11, 260 *solidipedes* inter initia -i ... submissis genibus. 21, 73 egressae luce apes -staeque ... cotidie remeant. STAT. Theb. 6, 339 *grex* audito contempsit Apolline -i. VLP. dig. 47, 8, 2, 20 *pecus* ideo inclusit, ne -atur et ut fame periret. *al.*

B *laxius, sc. quolibet modo (cf. PAVL. FEST. p. 368 vescor -or. SYNON. Cic. p. 447, 13 vescitur. -itur. depascitur. pabulatur. alitur):* 1 *proprie:* a *de animalibus:* α *non indicatur pabulum:* (1) *exempla varia (vergunt in notionem vitam degendi l. 51. 54):* CIC. Cluent. 67 ut ... bestiae fame monitae plerumque ad eum locum, ubi -stae sunt aliquando, revertantur. LVCR. 5, 874 eorum *animalium inutilium* praesidio nostro -i genus esseque tutum *non patimur*. VARRO rust. 2, 2, 8 libentius ... ita -untur *oves*. 2, 4, 13 cum iam -i possunt *porci*, secernunt a matribus. 3, 8, 2 *mutuli*, in quibus dies noctesque -untur *turtures*. 3, 14, 5 *cochleas* saginare solent ita, ut ollam ... incrustent sapa et farri, ubi -antur. VERG. Aen. 6, 199 -entes *illae columbae Veneris signa ferentes* ... prodire volando. HOR. epist. 1, 7, 30 vulpecula ... reperat in cumeram frumenti -staque rursus ire foras ... tendebat. 1, 17, 50 tacitus -i si posset corvus, haberet plus dapis. MANIL. 5, 373 *avem* ramove sedentem -entemve. PAVL. FEST. p. 40 *grues* sive cum volant, sive cum -untur. 124 *merula* solitaria -itur. COLVM. 7, 3, 20 cupidinem bibendi -endique. PLIN. nat. 9, 74 *anguillae* -untur noctibus. 9, 128 qua *lingua purpura* -itur perforando reliqua conchylia. 9, 150 fistulae ... per quas -i existimantur *spongeae*. 10, 73 *hirundo* in volatu -itur. *al.* QVINT. inst. 2, 16, 13 *animalia* -i ... natura ipsa sciunt. *al.* (2) *de pullis in auspiciis (cf. l. 55. p. 600, 2):* CIC. nat. deor. 2, 7 P. *Claudius*, cum ... pulli non -rentur, mergi eos in aquam iussit, ut biberent, quoniam esse nollent (*de eodem:* SVET. Tib. 2, 2). div. 1, 27 cadere frustum ex pulli ore, cum -itur. 1, 77, 2, 72 tum ille *qui auspiciatur:* 'dicit si -entur': '-untur'. *al.* LIV. 6, 41, 8. 10, 40, 4. PAVL. FEST. p. 1 aves -stae id ratum fecerunt.

B *indicatur pabulum (id, quo pabulum paratur p. 600, 8. 14; supplementum est e contextu* VERG. georg. 2, 375 COLVM. 9, 14, 15 PLIN. nat. 25, 94): (1) *per praepos. (cf. l. 77):* VARRO rust. 2, 3, 7 *caprae* studiose ... de agrestibus fruticibus -untur atque ... virgulta carpunt (AVG. in euang. Ioh. 6, 4 corvi de morte -untur). ARATOR act. 1, 651 *corvus* cupiens ... in funere -i. (2) *per abl.:* VARRO rust. 2, 9, 8 (*de cibatu canis*) -itur ... eduliis (*ita Keil, ecuria vel e culina trad., e carne Sobel, Eranos 69, 1971, 60*) et ossibus, non herbis aut fronde. CIC. phil. frg. XII ut *ibi* sues quasi caprae ex ramis glande -antur. VERG. ecl. 5, 77 dum ... thymo -entur apes, dum rore cicadae. 9, 31 *cytiso* -stae distendant ubera vaccae. georg. 3, 231 frondibus hirsutis et carice -stus *taurus*. Aen. 10, 710 aper ... silva -stus harundinea. Ov. am. 3, 5, 18 p. 598, 20. met. 1, 632 *Io* frondibus arboreis et amara -itur herba (*cf. p. 595, 25*). PAVL. FEST. p. 59 *Cyprii* boves humano stercore -untur

(PHAEDR. 4, 25, 18 [*de musca*]). CVRT. 4, 8, 6 avium greges advolasse et polentā murum futurum indicante esse -stas. COLVM. 7, 5, 19 qua herba (*var. l. quam*) si -sta est ovis. 7, 9, 3 *porci* stipula -antur ceterisque ... caducis frugibus. PETRON. 89 vers. 50 *anguis* invadunt virum *Laocoonta* iam morte -sti. PLIN. nat. 1, 11, 116 *animalia* veneno -sta (11, 280. *cf. ibid.* venenatis -sta). 11, 35 *apes ignavae* melle. 12, 4 -sti naufragorum corporibus pisces (*cf. SIL. 13, 597 -stus ... cadavere vultur [-itur idem: SCHOL. Cic. Bob. p. 134, 24 cadaverum lacerationibus. PLAC. med. 23, 7 rec. β carne humana]*). STAT. Theb. 3, 545 *avis* praepete viva -itur immoriens. MART. 1, 60, 6 delecta -itur ille *leo* fera. 8, 50(51), 12 hunc *caprum* ... ipse tua -i vite, Lyaeae, velis. 14, 70(71), 2 *porcus* inter spumantes ilice -stus apros. TERT. pall. 3, 2 *cervus* serpente -stus. PRVD. cath. 3, 167 sanguine -sta ... *avis* (ham. 219 leones). CLAVD. 7, 78 *leonem* uberibus solitum -i. *al.*

b *de hominibus, deis sim. eorumque aut partibus aut copiis (plerumque indicatur qua re vel unde; absolute ponitur l. 32. 37. 42. 45. al.):* CIC. Cluent. 72 plānus improbissimus quaestu iudiciario -stus (*ablativo indicantur ea, quibus esca paratur, ut:* off. 2, 40 maleficio et scelere. SEN. epist. 18, 9 non toto asse. LVCAN. 10, 281 caede suorum. QVINT. decl. 298, 11 iniuria *accepta*. COD. Iust. 12, 1, 6 [a. 357-360] quis ex ... -stis turpibus lucris. AMM. 14, 2, 4 provincialium ... opibus. ANIAN. Chrysost. hom. 1, 5 manuum suarum opere [*gr. τρεφόμενος*]. *al.*) Att. 4, 10, 1 v. l. 56. VARRO rust. 3, 17, 6 *Hortensium* non -i e piscinis, nisi etiam ipse eos *pisces* -re<t> (*cum praepos. ex ut:* PLIN. nat. 23, 1 [*verba Pomonae*] primum ... homini cibum fuisse *ex arboribus* ... -ique et nunc ex se posse sine frugibus). Ov. fast. 2, 566 posito -itur umbra cibo (trist. 5, 8, 14 PETRON. 130, 7). PAVL. FEST. p. 119 lotos ... cuius bacis ... -sti Lotophagi sunt dicti. MART. epigr. 3, 4 epoto Sarmata -stus equo. 1, 92, 9 -eris ... nigrae solo nidore culinae et bibis immundam ... aquam. PS. QVINT. decl. 12 tit. cadaveribus -sti (AVG. civ. 3, 20 p. 130, 14 D. *Saguntum. cf. l. 19 et* PS. QVINT. decl. 12 them. corporibus). TERT. apol. 40, 14 vos ... -sti statimque pransuri ...; nos vero ieiuniis aridi (*sim. opp.:* ieiun. 6 p. 281, 18. 7 p. 282, 3 -stos impasti). ieiun. 16 p. 295, 9 *vir dei* ab ... sene ... temere -stus (*i. qui mandatum dei negligens non recusavit, quin hospitio senis acciperetur, cf. III reg. 13, 17 sqq.*). adv. Marc. 3, 9 p. 390, 20 *angeli apud Abraham et Loth* sunt congressi et -sti et operati *eqs.* ITALIA psalm. 36, 3 (Sangerm. *al.* = VVLG.) inhabita terram et -eris in divitiis eius (*gr. ποιμανθήσῃ, HIER. psalt. sec. Hebr. -ere fide [fort. ad 2bβ]*). Ion. 3, 7 (Aug. c. Gaud. 2, 12, 13 *al.* = VVLG.) homines et iumenta ... non gustent quicquam nec -antur et aquam non bibant (*gr. νεμέσθωσαν*). CYP. laps. 24 quae *lingua* fuerat vel -sta in pie vel locuta. ARNOB. nat. 7, 3 p. 345, 14 M. *nisi deus* -itur ... de cnisis (FIRM. math. 6, 11, 9 de rebus alienis). OPTAT. 3, 3 p. 73, 17 cum eleemosynis, quibus sublevata ... posset respirare, vestiri, -i, gaudere paupertas. PRVD. tituli 117 -stus Baptista locustis. CONC. S II 3, 1 p. 228, 6 dominico corpore et sanguine -imur (*item al., gr. I 1, 7 p. 111, 24 αἷμά τε καὶ σῶμα σιτούμενοι, manducantes vel cibamur aliae vers.*). GREG. Tvr. Franc. 5, 29 episcopus de exilio reductus Andecavo ad -endum delegatur nec ad civitatem suam ... redire permittitur. *al.*

2 *in imagine et translate; -untur:* α *qui (quae) potius satiantur, delectantur (plus valet quam gaudere l. 59):* α *animantes eorumve qualitates, actiones, coetus sim. (spectat ad homines, deos, daemones praeter l. 59):* CIC. Sest. 99 qui propter ... animi furem discordiis civium ac seditione -antur. Pis. 45 his ego rebus -or, his delector, his perfruo. Att. 4, 10, 1 hic -or bibliotheca Fausti; fortasse tu putabas his rebus Puteolanis (*sc. piscibus sim.*). Ov. am. 3, 8, 10 dives parto per vulnera censu ... sanguine -stus eques (SEN. benef. 7, 19, 8 non tantum gaudet, sed -itur. HIER. epist. 9, 3 feritas *bestiarum*. PRVD. perist. 3, 87. *al.*; *cf.* ARNOB. nat. 2, 46 *ut hominum* cruciatibus -retur ... crudelitas *dei* [GREG. M. dial. 4, 46, 5]. FIRM. math. 1, 7, 35 Sylla ... caedibus. *sim. al.*) met. 6, 280sq. (*log. Niobe*) -ere, crudelis, nostro, Latona, dolore, -ere ... satiaque *eqs.* (*item imperat.:* 9, 176sq. 'cladibus' exclamat *Hercules*, 'Saturnia -ere nostris *eqs.*' OCTAVIA 340 poenis ... meis -ere, coniunx). MANIL. 5, 452 *Cepheo orti* -entur curis. SEN. nat. 1, 16, 9 (*verba libidinosi*) *speculorum* mendacio -ar. PLIN. nat. 22, 99 *gulosi* suis manibus ... praeparant hunc cibum (*sc. fungos*) ... et cogitatione ante -untur (*nisi cibum ἀπὸ κομποῦ, ut spectet ad IIB*). MART. 8, 30, 6 *more Scaevolae* -itur illa manus sacris (*i. altaris igni. sed sensus et verba minus certa*). PS. QVINT. decl. 1, 15 (*ad caecum*) *nemo tuo* maerore -atur. TERT. anim. 56, 3 per quem *heredem impium* adhuc -itur luce anima *nondum sepulti*. CAPITOL. Ver. 8, 11 Alexandria -itur voluptate *histrionum sim.* LAMPR. Alex. 34, 6 fabulas ... quibus se recreari dicebat et -i. ARNOB. nat. 5, 25 p. 281, 19 M. *Ceres* inauditi specie solaminis -itur. SYMM. epist. 7, 27 amo otium, -or quiete. HIER. in Ezech. lib. 8 praef. dierum miserias noctium studio compensamus; -itur animus et obliviscitur saeculi calamitatum. AVG. civ. 2, 26 p. 93, 10 D. spiritus ... et instat faciendis adulteriis et -itur factis (*de daemonibus sim. etiam:* epist. 102, 20 errore delectantur et quodammodo -untur humano [c. Faust. 20, 22 non nidore ac fumo ... sed hominum -untur e. *al.*]. *al.*). MART. CAP. 1, 7 halatu -i foverique docuerat *Aphrodite Ψυχῆν. al.* β *res variae (per prosopop.):* PS. CYP. laud. mart. 21 terra ... se induit gramine et redolenti -itur flore (*spargitur suspiciatur Heine in plagulis*). PETR. CHRYS. serm. 87, 5 [Krömer]

1-batur, ... sterelitate magis natura ... , fletus potius editura quam pignora (-bat, parcebat var. ll., parcebatur *Olivar*).

b quae (qui) potius conservantur, se sustinent vel etiam crescunt, augentur (probabiliora; ambigua v. sub a): α res:

① corporeae, naturales: A variae: Ov. am. 3, 9, 42 flammae ... rogaes pectoribus -i ... non timere tuis (sim. de igni: MANIL. 1, 862 evaporata semina terrae, quae volucer -ens ignis caelestis sequiturque fugitque [ad rem v. supra p. 8, 84sq.]. SIL. 14, 307 -itur adiutus Vulcanus turbine venti. adde l. 15 et cf. l. 72. p. 598, 68). LVCAN. 10, 258 oceano -i Phoebumque polosque (sim. de sideribus: AVIEN. Arat. 1523 -itur umore ... dea luna. SCHOL. Stat. Theb. 7, 9 aquis -untur oceani. cf. l. 7. 13). STAT. Ach. 1, 220 pelago solitam Thaumantida -i (nisi mavis ad Ib trahere; item de arcu caelesti: Theb. 9, 406 unde aurae ... bibunt atque imbrifer arcus -itur). DRAC. laud. dei 1, 25sq. flammae -untur aquis, quibus (sc. flamma et aqua) omnia constant (26) nubibus et radiis solis -entia. B morbi vel vulnera (cf. l. 73. p. 598, 72): GRATT. 359 (de canum vulneribus et morbis) si perniciēs angusto -itur ore. SIL. 14, 613 serpit -endo crescens ... pestis. DIOSC. 1, 76 p. 41, 6 M. -entia vulnera ([gr. 1, 69, 1 ἐρπυστικά ἔλκη]. 1, 85 p. 46, 19 [gr. 1, 76 νομαί, quod resp. etiam 2, 164 p. 244, 2. al.]. ORIBAS. syn. 7, 11, 9 Aa p. 142 seu putrida sive -entia v. sunt [gr. ἀναβιβρώσκονται, La excom- edat]. al. apud eosdem). C arbor: PAVL. NOL. carm. 7, 9 (sec. psalm. 1, 3) arbor, quae propinqua flumini humore ripae nutriente -itur. D incorporeae (morbos v. supra): Ov. am. 1, 15, 39 -itur in vivis Livor, post fata quiescit. SIL. 13, 582 (in descriptione Orci) Luctus edax ... , Maeror -stus fletu. SYMM. epist. 7, 4 haec eo scribo, ut laetitia tua ... spe meliore -atur. PRVD. ham. 620 -stos materno funere natos (sc. peccata animam delentia). EPIST. pontif. 323 Aug. epist. 183, 2 ne diutius mentem obsidens velut eorum sensibus -stus error invadat.

β homines (ecclesia OPTAT.): SIL. 15, 517 -stos per prospera bella sanguine ductores Poenorum Italo. STAT. Ach. 1, 522 Calchas caligine sacra arae -itur (cf. 509 laurigeros ... ignes ... hauri). MOYS. Cypr. epist. 31, 1 ad certamen inimici ex illis litteris tuis nos satis -stos et saginatos. OPTAT. 2, 14 p. 48, 17 ecclesia cruentis morsibus -itur et sanctorum sanguine ... opimatur (verba Parmeniani, quae postea ter respiciuntur). AMM. 22, 4, 3 palatini -sti ... templorum spoliis. HIER. epist. 24, 4, 2 cum ... iugi ieiunio -retur (cf. CE 1436, 5 ieiuno corpore -sta). RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 111, 11 ut possimus non solum -i et ali ex uberibus verbi dei, sed et diligere alentem. AVG. in euang. Ioh. 6, 4 qui labiaverunt ecclesiam, de mortibus -untur ut corvi.

II cum obiecto (cf. PRISC. gramm. III 269, 29 -or carnem. III 282, 5 -or hanc rem' et 'hac re' [affert VERG. georg. 3, 231. 314. sim. III 300, 6. ARVS. gramm. VII 497, 24sq., qui addit: -itur in illo loco ... , -itur illum locum]. v. etiam SERV. Aen. 2, 471): A i. q. depasci (sc. cum obi. loci, quod etiam cibum indicare potest; addas fort. p. 598, 7. 83): 1 proprie: VERG. georg. 3, 314 caprae -untur ... silvas et summa Lycaei horrentisque rubos et ... dumos (SERV. auct.: pro depascunt). 4, 181 apes -untur et arbuta ... et ... salices casiamque eqs. (POMP. gramm. V 233, 16 id est comedunt). COLVM. 1, 2, 5 armentorum ... dumeta -entium. ITALA Is. 30, 23 (Hier. ad l.) locum pinguem (VVLG. in possessione tua, gr. βοσκηθήσεται). SCHOL. Hor. sat. 2, 4, 43 vineta. CLAVD. carm. min. 30, 191 equae Argaeae ... gramina -stae. 2 in imag.: MART. 13, 89, 2 piscis quidam aequoreo dulces cum sale -stus aquas. VVLG. Ier. 50, 19 Israel -etur Carmelum et Basan.

B i. q. comedere, devorare (sc. cum obi. cibi; cf. var. l. p. 600, 3; non huc pertinet EPIGR. Bob. 18, 2, si esse pro edere accipias): 1 proprie: VERG. Aen. 2, 471 coluber mala gramina -stus (CORIPP. Ioh. 6, 357 quadrupes). PLIN. nat. 8, 112 cervae a partu duas herbas ... -stae redeunt ad fetum (cf. 20, 37 hoc, sc. silis folia, maxime -i dicuntur cervae pariturae [fort. abl.; ob hoc dubitanter Mayhoff]). 9, 7 e mari Rubro exeunt et pecori similes beluae ... -staeque radices fruticum remeant. SIL. 13, 440 -stos membra virorum Odrysiae telluris equos. MARCELL. med. 1, 85 cocleae matutinum rorem -enti (cf. 593, 78). PLAC. med. 5, 31 rec. β melius est lotium, si fuerit hirci -sti lentiscum (cf. 5, 16 rec. α, sed uterque locus male traditur). 11, 15 rec. β taurus ubicumque -stus fuerit folia ulmi eqs. PS. APVL. herb. 62 l. 15sq. caprea telo percussa perveniet ad ... diptamnum, mox -itur ... et plaga sanatur -endo diptamnum. EVSEB. EMES. serm. 22, 6 non ... prius facta sunt animalia quam fierent ea, quae -entur animalia (nisi ad C). 2 in imag. et translate: DIRAE 43 flammae rapiant ex ordine vitis, -antur segetes (nisi passive intellegendum. sim. de igni: SEN. Oed. 188 morbi sacer ignis -itur artus. FIRM. err. 15, 4 quam [ita Flacius, trad. quem] stipulam -itur. FELIX anth. 211, 9 thermarum utilis ... flamma ... nullos -itur artus). GRATT. 348 totum ... avidissimus Orcus -itur. SEN. nat. 7, 1, 7 sidera crediderunt ex duro concreta et ignem alienum -entia. EVOD. Aug. epist. 158, 11 intellectum eam animam -i et ponere os spiritale ad fontem vitae prudenter dixisti (sec. Aug. conf. 9, 3, 6 bibit ... sapientiam). LEX Visig. 5, 5, 8 pecuniam commodans non plus per annum quam tres seliquas de unius solidi -atur usuris (dub., praesertim cum extent var. ll. -antur, pagatur, -iturus, paciscatur, poscat).

C i. q. alere, nutrire (huc fort. EVSEB. EMES. sub B1): STAT. Theb. 7, 9 Parrhasis suum ignem nubibus hibernis et ... -itur imbri. DIOSC.

4, 28 p. 21, 4 radix est ... dulcis et animalia -itur (gr. 4, 29 τρέφοντα βόας και κτήνη).

part. praes. pascēns, -entis fere pro adi. p. 601, 19sq., masc. fere pro subst. p. 591, 68. 592, 1.

part. perf. pāstus, -a, -um pro part. praes. pass. usurpari affirmat SERV. Aen. 2, 471 (cf. e. g. p. 595, 18. 600, 6. 13); ceterum vergit in vim adi. e. g. CLAVD. MAM. anim. 1, 22 -sto ac succulento corpore (opp. exeso atque arido). CE 1436, 5 laeta suis lacrimis, ieiuno corpore -sta. cf. GLOSS. -stus: εὑτροφος. πικελής, λιπαρός. fem. pāsta, -ae pro subst. v. p. 594, 52.

deriv.: pabulum, pascito, pascuus, pastio, pastor, pastura, pastus (-ūs); retrograde fortasse 2. paveo. cf. ?pastalis, ?pasticus, ?pastilitas, pastulentia.

compos.: com-, de-, im-, per-, re-, ?sepasco(r); e-, im-, semipastus; scrofipascus.

cf. Onom. Pastus.

Krömer.

pāscua v. pascuus.

pāscuālis, -e. a pascuus. i. q. ad pascua pertinens:

1 adi.: PAVL. FEST. p. 243 pastales oves Cato posuit pro -es (item de pecore in pascuis vagante: HIER. interpr. Iob 42, 12 asinae [gr. νομάδες ut locis seq.]. VVLG. I reg. 28, 24 vitulum. III reg. 4, 23 boves; in imagine: PETR. CHRYS. serm. 10, 5 -e germen, dei pecus). CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 91 maiores nostri -em habentes vitam vocabantur ita pastores (gr. νομαδικόν). 2 n. plur. pro subst.: i. q. ager -is: PAVL. sent. 3, 6, 54 -ia, quae postea comparata ad fundum legatum testator adiunxerat, ... ad legatarium pertinent (var. l. pascuaria). EPIST. Alex. p. 199, 15 a -bus Indici scorpiones ... petentes aquisitionem ad castra ... confluerunt. i. q. pecus -e: ITALA lev. 5, 7 Hesych. ad l. p. 835 primo versionem sec. LXX si ... non valuerit manus eius ad ovem afferens continuat: alii interpretum in hoc loco pro 'ove' hi quidem '-ia', alii autem 'ex grege', volentes per hoc et capras significare, ediderunt (gr. πρόβατον, Vulg. pecus).

pāscuārium, -i n. a pascuus. [i. q. pascua: var. dial. it. sept., francog., francoprov., prov.; cf. Wartburg VII 704sq. St.] i. q. vectigal, tributum, quod ex animalium pastione debetur: GREG. TVR. Iul. 17 p. 571, 35 ut saltus ... circumiret atque -a quae fisco debebantur inquereret. LEX Visig. 8, 5, 5 qui ... sortem suam totam forte concluderet et aliena pascua absente domino invadit, sine -o non presumat. v. etiam l. 26.

[pāscuo (sive pāst-), -āre notione q. e. pascere e conī. parum probabili PHILLO quaest. in gen. 4, 185 pro trad. potire (v. vol. X 2, 328, 19) profert Petit, 1973, ad l.]

pāscuōsus, -a, -um. a pascuus. fere i. q. ad pascuum aptus: de herba: PS. APVL. herb. interpol. 93 l. 64 herba puleium vocatur ... blecho, eo quod sit balantum animalium floris sui tempore -a (interpol. sec. Diosc. 3, 31, 2 W., sed huic sententiae male respondet). de loco: DIOSC. 3, 125 p. 429, 22 herba botrys nascitur in locis cultis et -is (aliter gr. 3, 115). LEX Visig. 8, 3, 9 tit. si loca fructifera vel -a nimia congestia coartentur (postea: si quis ... pascua habet).

pāscuus, -a, -um. a pascere. i. q. ad pascendum aptus, pastui destinatus (sc. animalibus, etiam hominibus FEST.): 1 ager -us: PLAVT. Truc. 149 (in imagine obscena; meretricis ancilla ad amatorem) non arvos hic, sed -ost a.: si arationes habiturus, qui arari solent, ad pueros ire meliust. VARRO frg. Serv. georg. 1 prooem. aut ... arvus est a., ...; aut consitus ...; aut -us, qui herbis tantum et animalibus vacat; aut florens (hinc ISID. orig. 15, 13, 6). CIC. Tull. 8 cum multae familiae servorum dicerentur in a. longinquis et -is armatae esse. rep. 5, 3 a. arvi et arbusti et -i. FEST. p. 281 ut fiat -us (-i trad., corr. Scaliger) vel pecoribus herba vel hominibus satione. PORPH. Hor. epist. 1, 12, 12 -us et desertus ... factus est. 2 varia: LVCAN. 5, 1248 pandere agros pinguis et -a reddere rura. COLVM. 9, 4, 5 innumerabiles nascuntur herbae cultis atque -is regionibus. GAIUS dig. 50, 16, 30, 5 -a silva est, quae pastui pecudum destinata est. VLP. dig. 19, 2, 19, 1 si saltum -um locasti (COD. Theod. 7, 7, 2). AMBR. patr. 10, 44 (in imagine) in loco -o conlocatus et super aquam educatus refectionis (pascuae var. l. sec. psalm. 22, 2 in loco -ae ut AMBR. in psalm. 118 serm. 5, 15, 1 ecclesia deducta in l. -um). CAES. AREL. testam. p. 288, 6 agellum ... cum omnibus ad se pertinentibus -is paludibus (nisi per asyndeton, ut spectet ad subst.).

n. pro subst. *pāscua, -ōrum et pāscuum, -i. inter nomina generis neutri semper pluralis numeri PROB. app. gramm. IV 196, 11 (sim. PHOC. gramm. V 428, 13). scribitur pasq- TAB. cer. Pomp. (CIL IV 3340) 145, 32. 147, 27 (v. etiam p. 604, 55). notatur pasq p. 603, 20. NOT. Tir. 104, 18 (scrib. pasca, falso corr. in pascha). 104, 19a. 130, 76. de notione: GLOSS. II 142, 37 -a: νομή (item III 356, 48. 459, 27. cf. II 143, 2 νομαί). 258, 48 βοσκή: pastio, pabula, -a. 376, 51 νομή ἢ βοσκή: pastus, pastio, -a. III 130, 20 βοσκημα: -a (v. p. 604, 51). 431, 28 βοσκή, νομή: -a. legitur inde a CIC., VERG., HOR.; multo saepius plur. quam sing., quem v. p. 603, 18. 52. 63. 604, 1. 604, 33; cf. p. 604, 63. [it. vet. pasco (it. pascolo), pedem. pask; raet. occ. pastg, pašts; hisp. vet. (galic.) pasco. cf. M.-L. 6265. Battisti-Alessio IV 2788. Wartburg VII 704sq. Corominas² IV 332. St.] [falso trad. LVCAN. 6, 41 (var. l.). MIN. FEL. 36, 5; e conī. VELL. 1, 16, 2 (v. Delz, Mus. Helv. 27, 1970, 48).]

[Kruse]

I usu communi, sc. vigente vi locali de campo, agro, regione:
A strictius de loco, ubi pascuntur animantia: **I proprie:**
a animalia (sc. fere pecora; apes Ov. ars 1, 96 Ps. QVINT. decl. 13, 5; ad rem v. Kübler, RE XVIII 4, 2052, 59 sqq.): **α exempla, quae spectant ad -a publica:** ① plur.: Cic. leg. agr. 1, 3 utrum . . . hanc silvam in relictis possessionibus an in censorum -is invenisti? (cf. PLIN. nat. 18, 11 etiam nunc in tabulis censoriis -a dicuntur omnia, ex quibus populus reditus habet, quia diu hoc solum vectigal fuerat). LIV. 32, 29, 9 -a publica (FRONTIN. [?] grom. p. 46, 17 silvae et -a p. LACT. inst. 3, 23, 4 epit. 34, 3. COD. Iust. 11, 61 rubr. de -is p. vel privatis). TAB. cer. Pomp. (CIL IV 3340) 145, 32 (a. 58) solutio ob -a anni primi (nisi coll. p. 604, 68 intellegas -a(m). sim. dubites de 145, 27. v. etiam l. 14). 147, 27 (a. 59) ob vectigal publicu(m) -orum (loco gemino 147, 13 ob v. p. -a [i. -a(e)?]). PLIN. nat. 19, 39 publicani, qui -a conducunt. FRONTIN. (?) grom. p. 39, 17. 46, 20 silva et -a . . . coloniae Augustae. INSCR. Année Epigr. 1946 n. 38 (Afr., a. 198-201) agri et -a et fontes adsignata. COD. Theod. 7, 7, 1. NOVELL. Theod. 20, 3 quae paludibus antea vel -is videbantur adscripta. al. ② sing.: CIL III 1209 conduc(tori) -i, salinarum et commerciorum (in Dacia ut: 1363 [notatur pasc ut INSCR. Année Epigr. 1967 n. 388]). LEX Burg. Rom. 17, 5 silvarum, montium et -i (var. l. -is) ius . . . esse commune.
β in universum: ① plur. (exempla selecta): VERG. ecl. 1, 48 limoso . . . palus obducatur -a iunco. georg. 3, 213 tauros . . . in sola relegant -a . . . trans flumina (opp. praesepia ut COLVM. 6, 27, 8. sim. opp. stabula: VEG. mulom. 1, 17, 1 OROS. hist. 5, 18, 9). 3, 323 in saltus . . . gregem atque in -a mittes (CALP. ecl. 5, 24 greges . . . reclusos. PALLAD. 12, 13, 1 CHIRON 324. al.). 3, 339. CVLEX 382 tu cole fontis et . . . silvas et -a (GRATT. 222 lustrat per nota ferarum -a, per f. VAL. FL. 4, 363 VEG. mulom. 3 prol. 5. al.). HOR. epod. 1, 28 pecus . . . Calabris . . . Lucana mutet -is (sim. carm. 3, 16, 36 Gallicis. CE 1177, 2 <nec T>usci saltus -a nec Sicula). carm. 4, 4, 13 laetis caprea -is intenta (Ov. fast. 4, 476 LIV. 24, 3, 4 Ivv. 12, 13 NEMES. ecl. 2, 52. al.). PROP. 4, 9, 20 nobile erit Romae -a vestra forum ([vix intellegas fem.]. cf. Ov. ars 3, 120 quae nunc . . . Palatia fulgent, quid nisi araturis -a bubus erant? fast. 1, 244 tanta . . . res [sc. Roma] paucis -a bubus erat). Ov. ars 1, 96 apes saltus que suos et olentia nactae -a (met. 2, 689. adde l. 26. 31). met. 1, 597 -a . . . consitaque arboribus . . . arva (SVET. Nero 31, 1 a. atque vinetis et -is silvisque). 6, 324 dum -a lustris (CLAUD. rapt. Pros. 3, 168. cf. l. 28 et SIL. 13, 342 perlustrat -a visu). SEN. benef. 4, 6, 5 qui -a hibernis aestiva substituit. COLVM. 2, 2, 7 solum relictum pratis vel -is (3, 3, 1 et 3, 3, 3 infra. CLAUD. DON. Aen. 11, 490 p. 489, 20 CLAUD. rapt. Pros. 1, 280. al.). 3, 3, 1 pratorum possessionem -orumque vel silvae caeduae (3, 3, 3 prata et -a et s. SVET. Nero 31, 1 supra. COD. Theod. 9, 42, 7 in vineis olivis aratoriis -is s. al., addatur CVLEX supra). 6, 27, 2 gregibus . . . spatiosa et palustria nec montana -a eligenda sunt, rigua nec umquam siccanca, vacua magis quam stirpibus impedita, . . . herbis abundantia (PALLAD. 12, 13, 3, ubi distinguuntur silvestria). 7, 3, 19 grex procedat in -a (7, 4, 5 [antea: campis . . . pascere]. 7, 9, 9. al.). CALP. ecl. 5, 54 frigida . . . tanguntur -a rore (PALLAD. 4, 13, 4 -a . . . pinguissima, hieme aprica, frigida et opaca . . . aestate). PALLAD. 9, 4 urenda sunt -a. et saepe. ② sing.: PAVL. FEST. p. 40 compescere est velut in eodem -o continere. SEN. Thy. 233 prata, quae clauditur lapis fatale saxeo -um muro tegens. epist. 51, 10 in molli palustri -o saginata animalia. 60, 2 taurus paucissimorum iugerum -o impletur. COLVM. 6, 17, 1 cum in -o bos improvide supercubuit viperae (inde PALLAD. vet. med. 18, 1). 6, 23, 2 levis . . . cura -i est. 7, 1, 1 quod rus -o caret. 7, 12, 10 si surculo consitus ager sine -o est. 8, 14, 8 mittatur in -um anser (antea syn.: producit in prata, postea: pervenit in -um). PALLAD. 12, 13, 2 intra stabulum . . . pascantur agni . . . , donec . . . robor aetatis -um matribus possit habere commune.

b homines: per tropum quendam: SEN. epist. 104, 6 urbe relicta mutata valetudinem sensi; . . . in -um emissus cibum meum invasi. re vera, sc. fame coacti: Ps. QVINT. decl. 12, 7 de -is rixa est (antea: radices vellimus). ibid. in ipsis -is procumbit fame moribundus. 12, 17 in -a non redit populus, quem vires defecerunt.

2 in imagine christiana: **a plur.:** ITALA Ioh. 10, 9 (cod. b al. = VVLG.) per me Christum si quis introierit salvabitur . . . et -a inveniet (gr. νομήν. explicat AVG. in euang. Ioh. 45, 15 vera -a . . . , ubi saturantur qui esuriunt . . . iustitiam. 47, 1 quod est vita aeterna). LACT. mort. pers. 52, 2 deus dignatus est bestias malas extirpare, quae divini gregis -a protriverant, cubilia dissipaverant. VVLG. Ezech. 34, 14 in -is pinguibus pascentur oves meae super montes. PAVL. NOL. epist. 11, 8 -a verbi . . . laetitiae rore sparsa decerpis. AVG. serm. 46, 9 (respicitur Ezech. 34, 2 sqq.) oves solidae in cibo veritatis, utentes -is bene de munere dei (nisi ad IIA). EPIST. pontif. 388 (Conc. I 2 p. 93, 26) haec vobis hucusque non mutata sunt -a; isdem pabulis, sc. sermone apostolico, estis impleti (cf. Ioh. 21, 15 sqq.). PETR. CHRYS. serm. 6, 2 euangelicae pacis ad -a redire. AVELL. p. 465, 24 procul a caelestibus -is mortifera venena pellantur haereticorum. ARATOR act. 2, 260 Petrus ad -a cunctos . . . vocans (GREG. M. in Ezech. 2, 6, 3 pastor ecclesiae auditores suos ad -a aeternae viriditatis v.). ad Parth. 71 ego, Romanae caulis permixtus amoenis ecclesiae, . . . -a laeta videns et aprica volumina Christi. GREG. M. moral. 1, 21

innocentia, quae ad perfectionem gratiae ex legis -is venit. al. **b sing.:** BARNAB. 16, 5 in novissimis diebus tradet dominus oves -i . . . in exterminium (gr. τῆς νομῆς). FLASTR. 135, 3 ut deus ostendebat, ut pater monebat, ut pastor -um demonstrabat Christus (-a var. l.). MAX. epist. Migne suppl. 1, 1094 pateant his tui fontes . . . ; incedant laetae perpetuum -um virgines ad Theophilum missae (antea: intra id monasterii ovile constituas).

B laxius, sc. respectu pascendi evanescente, in versibus de variis campis, regionibus: STAT. Theb. 2, 434 felicibus Argos auspiciis Lernamque regas; nos horrida Dirces -a et Euboicis artatas fluctibus oras. CLAUD. 5, 30 -a fumant Cappadocum (sc. bello vastata, cf. 5, 25 nequa maneret immunis regio). 5, 126 barbarus adventum Stilichonis . . . timens se cogit in unam planitiem tutoque includit -a gyro (i. caragine; ad AIA trahit Levy, 1971, ad l.). 24, 343 respirant -a tandem, agricolae reserant iam tuta mapalia Mauri (an ad AIA coll. v. 336 sq. armenta . . . vastant?). carm. min. 26, 20 Aponi quis sterilem non credat humum? fumantia vernant -a; luxuriat gramine cocta silex. addas fortasse CE 2112, 3 Pergamos excelso monte superposita -is Nisonis, (ita legitur INSCR. Dac. III 2, 382).

II usu deflexo praevalet respectus: **A pabuli, herbarum (notabiliora; huc vergunt e. g. p. 603, 54. 57):** **I plur.:** DIRAE 11 parturiant . . . non -a colles, non arbusta novas fruges eqs. COLVM. 1, 2, 4 alii . . . colles . . . pecudibus -a praebere possint. CALP. ecl. 2, 18 neglecta . . . -a tauri calcabant (cf. Verg. ecl. 8, 2 immemor herbarum). PALLAD. 12, 13, 3 salis . . . crebra conspersio vel -is mixta vel canalibus . . . oblata. CLAUD. rapt. Pros. 1, 280 qui equi -a mandunt Cocyti. AVIAN. fab. 26, 4 (leo ad capellam) nec hirsutis -a quaere iugis, sed cytisi . . . per prata virentia florem . . . pete. MVTIAN. Chrysost. hom. 17, 4 p. 349/50 neque ex aere mundo neque ex -is puris neque ex fonte qui foris est eas pecudes morbidas permittimus sumere (nisi ad IAIA, sed cf. gr. p. 132 πόςας). in imagine: ITALA (= VVLG.) Sirach 13, 23 venatio leonis onager in heremo, sic -a sunt divitum pauperes. **2 sing.:** SEN. Tro. 224 -o fecunda pingui . . . nutrit greges Scyros. COLVM. 6, 27, 10 largo . . . -o firmandae equae praegnates (postea: si . . . herbae defecerint). PLIN. nat. 8, 189 ovium . . . genera duo, tectum et colonicum; . . . hoc in -o delicatius. VEG. mulom. 4, 1, 12 bobus non solum . . . aestivis mensibus -um sufficit, ubi (nisi ed. Sambuci) frondes diversi generis addantur eqs. SVLP. SEV. chron. 1, 10, 5 filii eius Iacob . . . ab eo -i gratia cum gregibus secesserunt (sec. gen. 37, 12 [Itala Lugd.] abierunt . . . pascere oves . . . in Sichem. vix ad B).

B actionis pascendi, pastionis: PAVL. dig. 8, 3, 6, 1 si habeam -i servitutum aut pecoris appellendi. VEG. mil. 3, 8 p. 85, 13 ut animalium -a, subvectio frumenti . . . , aquatio lignatio pabulatio securae ab hostium reddatur incursu (nisi ad IAIA). mulom. 2 prol. 1 barbari incurata animalia hibernis -is . . . dedunt (prol. 2 ut h. -is vigeant). MART. CAP. 2, 116 (vers.) matutina greges quatiant in -a caulas. PRISC. perihieg. 728 illis Seribus nulla boum . . . -a curae (Dionys. perihieg. 753 aliter).

C pecoris, animalis: ITALA II Macc. 12, 11 (rec. L, sim. al. et VVLG.) superati nomades petebant a Iuda dextras sibi dari, promittentes -a daturos et in ceteris profuturos (gr. βοσκήματα. vix ad A). PALLAD. 8, 4, 4 si masculos . . . creari velis, . . . contra Austrum . . . greges esse pascendos; si feminas generari velis, Austri captandos flatus et in eum -a dirigenda (nisi ad B aut ad IAIA).

f. pro subst. *pāscua, -ae. scribitur pasqu-l. 68 sq. praeter 146, 15, ubi pascu(am). formas ambiguas, maxime in -is terminantes, supra inserui (huc pertinere possunt p. 602, 74. 75 sqq. 603, 14, vix PROP. p. 603, 33). formae fem. certae leguntur in TAB. cer. Pomp. (iuxta neutr.) et inde a saec. II, praevalent in ITALA et VVLG. (maxime, ubi gr. respondet νομή) et apud CHIRONEM (apud VEG. mulom. fem. non probatur). ecclesiastici scripturam afferentes haud raro fem. in explicatione per neutr. excipiunt, e. g. HIER. in Ier. 23, 1-4 AVG. serm. 47, 9 PETR. CHRYS. serm. 6, 4 CASSIOD. in psalm. 99, 3. aliter ac sub neutro longe praevalent sing., plur. non nisi l. 71. 81 bis. p. 605, 12. [loco corrupto et coniecturis vexato APVL. met. 2, 7, 2.]

I usu communi de loco, ubi pascuntur animantia: **a proprie:** TAB. cer. Pomp. (CIL IV 3340) 145, 10 (a. 58) scripsi me accepisse . . . nummos tot . . . ob -am anni Modesti (sim. 146, 2. 15. 18. cf. p. 603, 11). HYG. grom. p. 76, 21 ut in medio agro . . . seu silvae seu -ae . . . aliquid occurrat. Ps. APVL. Ascl. 8 non aquam et terram . . . , sed ea, quae ab hominibus . . . fiunt, ut ipsius terrae cultus, -ae, aedificatio, portus, navigationes eqs. ITALA III reg. 4, 23 (cod. 93) boves ex -a (gr. 5, 3 νομάδες, Vulg. pascuales). Soph. 2, 15 (cod. 176) -a bestiarum (gr. νομή, Vulg. cubile). ZENO 1, 6, 6 (1, 4, 17 L.) e -a (-o var. l.) . . . a fratribus rapitur Ioseph. CHIRON 165 longinqua regione -ae separare iumenta aegrotata a sanis. 189 prodest ei ergo pascere, ut, dum per exercitationem cibum -ae accipiunt . . . , minus increscit morbus. ibid. intentione -ae adfectum vitae intendunt. ibid. sibi legunt herbas -ae praemixtas. 190 sani fieri solent a -a per longum tempus. 192 coinquinatio -ae et aquae fontium (an ad 2a?). VVLG. I par. 4, 40 invenerunt . . . -as uberes ([4, 39 neutr.]. 4, 41 uberrimas). Is. 37, 27 faenum agri et gramen -ae. IORD. Get. 267 gens . . . habundans . . . armenta . . . et -a silvaeque lignarum (var. l. -is). al. **b in imagine christiana:** ITALA psalm. 22, 2 (Sangerm. al. = VVLG.) in loco -ae, ibi [Kruse]

me collocavit (gr. εἰς τόπον χλόης, -i Euch. form. 3 p. 14, 19, qui explicat: refectio spiritalis. hinc PAVL. NOL. epist. 28, 2. al. nec non INSCR. christ. Diehl 2404 [Ravennae in aede] in locum -ae sibi me, sc. aedem, conlocavit). 73, 1 (ibid.) iratus est furor tuus super oves -ae tuae (gr. νομῆς. cf. 94, 7 [Veron. al. = VVLG.] nos . . . populus -ae eius et oves manus eius [gr. νομῆς, cod. 306 al. populus eius et oves -ae eius. hinc CLEM. ad Cor. 59 PAVL. NOL. epist. 3, 2 AVG. serm. 47, 2. 4. al.]). Ezech. 34, 14 (cod. 176) in -a bona pascam illos (gr. νομῆ, VVLG. in -is). ibid. in -a pingui (gr. et VVLG. ut supra). LVCI. Athan. 2, 3 l. 27 D. (ad Ier. 10, 25) exterminator -ae dominici gregis (cf. l. 28 nostra -a non sit nisi caelestis doctrina; l. 20 omnis . . . sagina animarum Christianarum non est nisi credere). VVLG. Ezech. 34, 18 reliquias -arum vestrarum conculcastis pedibus. AVG. in Iob p. 617, 9 'partus earum emittes' (sec. Iob 39, 3): in libertatem uberioris -ae spiritalis. c. Parm. 3, 19 p. 124, 6 (ad Matth. 25, 32 sicut pastor separat oves ab haedis) haedis et ovibus non poterit -a esse communis (cf. c. Petil. 2, 47, 110 p. 84, 23 eadem -a sub uno pastore et oves et hirci pascuntur). al.

2 usu deflexo praevallet respectus: a pabuli, cibi (notabiliora, huc vergunt e. g. p. 604, 71. 79 sq.): α corporei: ITALA gen. 47, 4 (Lugd., sim. al.) non est . . . -a iumentis in Chanaan (gr. νομή, Vulg. herba). CAEL. AVR. chron. 4, 3, 55 caprae e salsiore -a sitientes. ibid. capra quae lentisci -a . . . aut vitis foliis . . . fuerit nutrita. PASS. Pont. Cim. (BHL 6896) 4 ibant sicut agni pleni -ā. β incorporei, spiritalis (cf. l. 1. 34): TERT. apol. 22, 7 quae illi daemonei accuratio -a est, quam ut hominem e cogitatu verae divinitatis avertat praestigiis falsis? EPIPHAN. in euang. 52 p. 132, 7 ecclesia . . . , quae est ovilis, populo semper patet; -a spiritalis animarum vestrarum, quae est sancta lex, semper vobis exhibetur ([-ae spiritalis, -a spiritalia var. ll.]. sim. PASS. Petr. 15 p. 38, 16 S. tu eas oves in ovile tuum aggrega et conserva, quia tu ostium ovile et ostiarius, tu -a, tu aeternae vitae refectio). CASSIOD. in psalm. 99, 3 '-a eius' (nisi est neutr.), id est divinarum scripturarum copiosa et dulcis epulatio.

? b animalis quod pascitur: GAUDENT. serm. 10, 25 G. in lectione exodi de pascha cognoscimus deum verum et hominem, dominum gregis et ovem, pastorem simul et -am esse Christum (nisi cum respectu cibi dictum).

deriv.: pascualis, pascuarium, pascuosus; cf. ? pastalis. compos.: cf. compascuus. Kruse.

pasmus v. spasmus. pasqua v. sub pascuus.

1. passa v. pando p. 202, 29.

[2. passa: εἶδος ὀρνέου GLOSS. II Philox. PA 148; legendum videtur aut parra aut passer (-ar).]

passacriarium: ὄρνεια GLOSS. III 471, 54. parum dilucidum.

passālis v. pastalis (FEST. p. 222).

passar v. passer, passerina v. passerinus.

[passarius v. passerarius.] passeolus v. phaseolus.

*passer (passar v. l. 53), -ris m. (f. v. l. 58). [orig. inc.; ad quam explicandam neque nomen avis q. e. parra, si forte huic subest forma *parsa, quicquam confert. Sch.] de origine: ISID. orig. 12, 7, 68 -es sunt minuta volatilia, a parvitate vocata. scribitur geminatione litterae s omissa PAP. l. 65 et hic illic in var. l.; cf. e. g. VVLG. ed comm. pontif. vol. IV in indice. litt. graecis PAP. l. 65. formam vulgarem q. e. passar refutat PROB. app. gramm. IV 198, 33, sed testantur inscr. (in nom. propr., e. g. CIL VI 2698, 2. 32627, 21) et PAP. l. 65, praeterea codd. vet., e. g. ITALA lev. 11, 16 (Lugd.). deut. 14, 15 (ibid.). Matth. 10, 29 et 10, 31 (cod. k). Luc. 12, 6 (cod. d). v. etiam NOT. Tir. infra et GLOSS. l. 42; cf. l. 69. NOT. Tir. 111, 40 -ar (-er var. l.). de genere: fem. testantur PROB. inst. gramm. IV 82, 34 hic et haec -r, quod epicoenum enarratur (sim. CHAR. gramm. p. 15, 19 B. p. 194, 19 GRAMM. suppl. 83, 25. al.), sed auctorum exempla non exstant (at cf. l. 62 et passerula); neutr. vix agnosces ITALA Matth. 10, 29 (cod. d et q) duo (due q) -es (postea nom. sing.: unum ex his sec. gr. ἕν. sim. Luc. 12, 6 [cod. d]). de notione (cf. l. 49. p. 606, 15. 607, 38. 48): POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 17 inter nomina volucrum. GLOSS. -r: στρουθός, στροπάγος, στρουθίον, στρουθίον. PAP. Corp. 278, 4 πάσαρες: στρουθόι (cf. Kramer, Zeitschr. Pap. Epigr. 26, 1977, 234); adde p. 606, 9. legitur in versibus apud PLAVT. (v. p. 607, 7), CATVLL., HOR. sat., OV. hal., MANIL., PRIAP., PHAEDR., MART., IVV. recentioresque, in or. prosa inde a CIC., SEN. rhet. [a forma vulgari q. e. passar (hic illic pro nomine avium generali, cf. l. 78 sq.): val. pasāre; it. passero, passaro; sard. vet. passare; raet. or. pasare, occ. paslar; francog. vet. et med. passe et var. francog. occ.; prov. vet. passer et var. francoprov., prov., vasc.; cat. passara; hisp. pájaro; port. passar. cf. M.-L. 6268. Battisti-Alessio IV 2794. Wagner II 230. Warburg VII 727 sqq. Coronas IV 342 sq. Machado IV 318. St.]

I de ave, i. q. στρουθός, στρουθίον (quae ubi resp., fere non adnotantur): A de variis avibus (sc. parvis). intellegi solet, quae a nostris appellatur '-r domesticus', sed haud raro etiam alia genera avium significari aut simul comprehendendi possunt, sicut in versionibus sacrae script. saepius variantibus inter -r et avis, volucris sim., e. g. p. 606, 36. 38. 40. 42. 45; cf. MANIL. p. 606, 69 et GLOSS. V Aa H 136 hirundo: nomen -is, chelidon (de CATVLL. 2, 1 al. v. p. 606, 63). iuxta ponuntur aliae aves (exempla selecta): PLAVT. Cas. 138 -r, . . . columba (SEN. contr. 10, 5, 28 -es aut c. PLIN. nat. 10, 107 c. et turtures . . . , contra -i

eqs. MART. 1, 7, 5. al.). PLIN. nat. 10, 111 -es, merulae. 18, 160 sturnorum -umve (MART. 9, 54, 8). APVL. met. 6, 6, 3 -es et ceterae . . . aves (ITALA prov. 26, 2 [Hier. adv. Rufin. 3, 43 p. 490^B = VVLG.] aves . . . et -es). 8, 15, 3 pullos, -es (SCHOL. Pers. 3, 16). ITALA psalm. 83, 4 (Sangerm. al. = VVLG.) -r . . . et turtur (al.; v. p. 605, 84). accedunt determinationes: parietinus AVG. c. epist. fund. 32 p. 235, 5 (sim. AVG. in psalm. 58 serm. 1, 10 parietum. ANTIDOT. Brux. 135 parietarii. ANTHIM. 30 qui in parietibus nutriunt. cf. l. 54 et GLOSS. II 426, 25 -r muralis: πουργίτης ὁ στρουθός [cf. p. 607, 2]). ruris (vel agri) l. 44. solitarii (singularis, unicus sim.) v. l. 39 sqq.

1 usu sollemni: a de natura, habitu sim. (cf. Steier, RE III A 1628 sqq.): α respicitur salacitas (cf. p. 607, 12; v. Otto, Sprichw. n. 1352): CIC. fin. 2, 75 voluptas, quae -bus omnibus nota est. PRIAP. 26, 5 mulieres vernis -bus salaciores. FEST. p. 313 strutheum . . . vocant obscenam partem virilem, <a> salacitate videlicet -is, qui gr<a>ece στρουθός dicitur. PLIN. nat. 10, 107 columbae et turtures octonis annis vivunt; contra -i minimum vitae, cui salacitas par. 30, 141 venerem concitant viris . . . -es in cibo vel ova eorum (sim. MARCELL. med. 33, 6). AVG. c. epist. fund. 32 p. 235, 5 -em parietinum, in cuius comparatione quivis admissarius equus frigidissimus invenitur. inde comes est Veneris (sec. Sapph. 1, 10): APVL. met. 6, 6, 3 currum deae Veneris prosequentes gannitu constrepenti lasciviant -es, et ceterae . . . aves . . . adventum deae pronuntiant. β exempla varia selecta:

SEN. contr. 10, 5, 28 aequae familiariter in templum voluturum subire putavit quam -es aut columbas. PHAEDR. 1, 9, 4 (exemplum stultae securitatis) leporem obiurgabat -r (postea: ipsum -em accipiter . . . rapit). PLIN. nat. 10, 89 halcyon paulo amplior -e (cf. MART. 1, 7, 5 -e maior est columba. item parvitas causa memoratur: AVG. conf. 7, 1, 2 in euang. Ioh. 6, 4 CASSIOD. in psalm. 101, 8. al.; v. etiam l. 69 sq.). 10, 111 ambulant aliquae aves . . . , saliunt aliae, ut -es, merulae. 18, 158 (noxius milio ut: 18, 160 milio et panico). MART. 9, 54, 8 arguto -e vernat ager (item spectat ad vocem: SVET. frg. 161 p. 254, 1 -um est titiare [item GLOSS. I p. 93]. APVL. met. 8, 20, 2 incantantem. AVG. in psalm. 83, 7 l. 15 querula vox -is. SIDON. epist. 9, 2, 2 improborum -um fringultientes susurros. v. etiam l. 22). ITALA psalm. 10, 2 (Veron. al. = VVLG.) transmigra in montes sicut -r (Hier. psalt. sec. Hebr. 11, 2 avis). 83, 4 (Veron. al. = VVLG.) -r invenit sibi domum et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos (HIER. psalt. sec. Hebr. avis . . . -r). 101, 8 (Veron. al.) -r singularis (gr. μονάζον, VVLG. solitarius [Hier. psalt. sec. Hebr. avis solitaria; de hoc epitheto v. Fehling, Philologus 113, 1969, 217 sqq.], aliae vers. unicus, singillatim, in solitudine). 103, 17 (Veron. al. = VVLG.) in cedris Libani -es nidificabunt ([Hier. psalt. sec. Hebr. aves]. AVG. in euang. Ioh. 15, 7). Ier. 8, 7 (Cypr. testim. 1, 3) cognovit tempus suum turtur et hirundo, ruris -es custodierunt tempora introitus sui (Vulg. ciconia; cf. HIER. ad l. Aquila et Symmachus . . . 'agur' . . . LXX 'agri -es' [ita etiam Ambr. hex. 6, 4, 20 et EVSEB. EMES. serm. 18, 1]). Matth. 10, 29 (cod. c al. = VVLG.) nonne duo -es asse veneunt? (sim. Luc. 12, 6 [ibid.]. pendent multi, e. g. TERT. castit. 1 l. 28 -r assis unius [sim. fug. 3, 4]. IVVENC. 2, 490. PRVD. psych. 620 medico venalibus asse). HIL. in psalm. 123, 9 -r, avis domestica et aedificiorum incola. AVG. serm. 90, 10 scitis istos -es et hirundines quemadmodum diligant coniuges, simul ova foveant, simul pullos nutrant eqs. CASSIOD. in psalm. 10, 2 -um . . . plura sunt genera: alii gaudent ad foramina parietum, alii valles . . . requirunt, nonnulli montes appetunt. 101, 8 -r est avis parva, sed nimia sagacitate sollicita, quae nec facile laqueis irretitur nec eqs. al.

b de utilitate, commodis sim.: α observatur in auguratione (sc. Calchantis, cf. Hom. B 308 sqq.): CIC. div. 1, 72 ex -um numero belli Troiani annos auguratus est Calchas (sim. 2, 63). 2, 65 quae . . . ista auguratio est ex -bus . . . ? ibid. quid simile habet -r annis? MACR. Sat. 5, 14, 13 omen, quod Graecis . . . de serpente -um populatore contigerit. β fit captivus, mansuetus (fere delectandi causa): CATVLL. 2, 1 -r deliciae meae puellae, eqs. (de eodem -e 3, 3. 4. 15. 16, alludunt ad eundem MART. 1, 109, 1. 7, 14, 4 IVV. 6, 8; spectat huc etiam p. 607, 15; de specie huius -is fusius a viris doctis tractatum est, cf. e. g. Fehling, loco l. 40 citato; de interpretatione symbolica v. Brenk, Latomus 39, 1980, 703 sqq.; obsceniora quaedam dissolvit Jocelyn, Am. Journ. Phil. 101, 1980, 421 sqq.). MANIL. 5, 387 totam . . . per urbem qui gestant caveis volucres ad iussa paratas, quorum omnis parvo consistit -e census. FRONTO p. 171, 25 v. d. H. avicularum . . . cupidissimus est puer, pullis gallinarum columbarum -um oblectatur (cf. ITALA Iob 40, 24 [Ambr. paenit. 1, 13, 64] ludens eum draconem sicut avem, ligabis eum sicut -em puer [cf. Chromat. in Matth. 14, 5 E.-L. et HIER. interpr. Iob 40, 29; Vulg. aliter]. AVG. conf. 1, 19, 30 inter oblectamenta puerorum: nucibus et pilulis et -bus). APVL. met. 8, 15, 3 gerebamus pullos, -es, aedos, catellos (v. Hijmans, 1985, ad l.). γ adhibetur in medicamentis vel cibis (cf. p. 607, 3. 42; huc fortasse spectat CIL IV 8344 [iuxta culinam inscriptum]): PLIN. nat. 1, 30, 8-53 p. 103, 13 quinque medicinae ex -e. 30, 26 fimo -um cum oleo calefacto et . . . auriculae infuso (cf. ANTIDOT. Brux. 135 stercus -is parietarii). ibid. -is pullorum . . . cinerem ex aceto inficere (30, 94 -um c.). 30, 141 v. l. 17 sq. CAEL. AVR. chron. 3, 35 dabimus . . . -um pectora vel perdicum eqs. ANTHIM. 30 -is, qui in parietibus nutriunt, pullus ipsorum bene assus aut elixus. affertur inter carnes venales: EDICT. imp. Diocl. [Baer]

4, 37 L. (ad textum v. Lauffer in suppl. p. 300; gr. στρουδοί, at Megar. π<vq>γειτών). δ immolatur in sacrificiis: VVLG. lev. 14, 4 ut offerat pro se duos -es vivos, quos vesci licitum est (Itala Lugd. pullos. describitur immolatio 14, 5-7 et 14, 49-52; cf. quae explicat HESYCH. ad l.).

2 tropice: a in allocutione (sive per blanditiam sive per ludibrium): PLAVT. Cas. 138 (ad coniugem) meus pullus -r, mea columba, mi lepus (cf. SCHOL. Pers. 3, 16 pueros nutrices blandientes columbos et pullos et -es vocant. APVL. met. 10, 22, 3 [mulier delicata ad asinum] meum palumbulum, meum -em). QVINT. inst. 6, 3, 93 (debitori se parcissime vivere affirmanti) -r, redde quod debes. IVV. 9, 54 dic, -r, eqs. (ad pathicum, quem salacitatis causa sic appellatum putant vulgo). b per aenigma et lusum verborum: PETRON. 56, 9 (inter apophoreta) -es et muscarium: uvam passam et mel Atticum. c per metonymiam de carmine (aut Catulli ipsius aut Catullum imitante; cf. p. 606, 63): MART. 1, 7, 3 Stellae ... columba (sc. carmen in columbam scriptum) vicit ... -em Catulli. 4, 14, 14 ausus est Catullus Magno mittere -em Maroni. 11, 6, 16 donabo tibi -em Catulli (sc. talia carmina, qualia fecit Catullus).

3 allegorice de Christo vel de Christiano (cf. EVCHER. form. 4 p. 24, 5 -r nonnumquam dominus aut vir sanctus [affert psalm. 83, 4 et 10, 2]; exempla potiora): HIER. tract. in psalm. I p. 88, 10 nemo transmigrat in montes (qui sunt imago caeli), nisi qui -r est eqs. PAVL. NOL. epist. 40, 8 de Christo (passim in hoc capite; afferuntur psalm. 101, 8, 83, 4 Matth. 10, 29). AVG. in psalm. 10, 1 oportet ... esse -em pennatum virtutibus et praeceptis dei. 101 serm. 1, 8 l. 52 pelicanus nascendo, nycticorax moriendo, -r resurgendo Christus. 103 serm. 3, 16 l. 7 minuta volatilia solent dici -es; sunt ergo quidam spiritalis eqs. Ps. AVG. serm. 54, 2 (ad psalm. 83, 4) in turture et -e salvator noster significatur eqs. PROSP. in psalm. 103, 17 hi ... qui elegerunt humilitatem. al. pro interpretamento nominis hebr. q. e. Sephora (quod Hier. nom. hebr. 14, 25 explicat 'avis'): RVFIN. Orig. in exod. 2, 1 p. 156, 14 'Sephora' ... quae interpretatur -r (allegorice explicatur p. 156, 25, 157, 1).

B de struthione, struthocamelo (ad rem fusius Steier, RE IVA 339 sqq.; de CIL X 3704, 7 v. sub 2. passivus): -r marinus (i. transmarinus): PLAVT. Persa 199 vola curriculo. :: istuc m. -r per circum solet. PAVL. FEST. p. 222 -r m., quem vocat vulgus struthocamelum. AVSON. 400, 5 p. 232, 1 P. (vers.) vinum ... parabo ... ovum tu quoque -is m. (i. poculum, cf. Souhay ad l.). addas fortasse locos sacrae script., ubi Vulg. sec. Hebr. strutio, ITALA sec. LXX στρουδοί vertit -r: ITALA lev. 11, 16 (Lugd.; inter abominandos cibos Hebraeorum) -em et glaucum et mergum et similia ei (similiter deut. 14, 15 [ibid.], explicat NOVATIAN. cib. Iud. 3, 23 -em ... intemperantiam). Is. 43, 20 (Tert. adv. Marc. 3, 5) benedicent me bestiae agri, sirenes et filiae -um.

II de pisce quodam plano (Leitner, Zool. Terminol. Plin., 1972, 190 sq.): HOR. sat. 2, 8, 29 cum -is atque ingustata mihi porrexerit ilia rhombi (SCHOL.: genus piscis). OV. hal. 125 (inter pisces herbosa litora incolentes) fulgentes soleae candore et concolor illis -r et ... rhombus (v. Capponi, 1972, ad l.). COLVM. 8, 16, 7 limosa regio planum educat piscem velut soleam, rhombum, -em. PLIN. nat. 9, 72 marinorum alii sunt plani ut rhombi, soleae ac -es (ibid. describitur eorum differentia. inde 1, 9, 36 rhomborum et -um differentia). 32, 150 (enumerantur animalia maris).

deriv.: passerarius, passeratim, passerulus, passerinus.

cf. Onom.

passerarius, -a, -um. a passer. i. q. ad passerem pertinens, de genere quodam fici (cf. André, Lex. des termes de botan. 137 eiusdemque adnot. ad Plin. nat. 15, 69): CAPITOL. Alb. 11, 3 quingentas ficus -as (Madvig, passarias trad.), quas Graeci callistruthias vocant, ... comedis Albinum.

passeratim adv. a passer, cf. anseratim, bovatim sim. fortasse i. q. more passerum (cf. Schaffner-Rimann, Die lat. Adv. auf -tim, 1958, 42): CHAR. gramm. p. 235, 24 B. adverbia, quae per 'im' litteras terminantur, ut passer anser, -m anseratim.

passereulus, -i m. (f. -a v. infra). a passer diminutive. i. q. passer parvulus: 1 proprie: VARRO Men. 274 (contextu manco) ut levis -us. CIC. div. 2, 65 cur ... de -is coniecturam facit Calchas (cf. Hom. B 311 στρουδοί νεοσσολ, v. p. 606, 58). ARNOB. nat. 7, 8 p. 350, 10 M. parvuli pusiones ... -os, pupulos, eculos, panes accipiunt (sc. ad ludendum). 2 transfertur ad homines (sc. in oratione blanda): PLAVT. Asin. 666 dic me ... tuom -um, gallinam, coturnicem, agnellum eqs. (sim. in serie 694 aneticulam, columbam vel catellum ... -um putillum). 3 transfertur ad versiculos (quos Plin. amico in castris versanti miserat): PLIN. epist. 9, 25, 3 tu -is et columbulis nostris inter aquilas vestras dabis pennas eqs.

f. passerula, -ae f. (cf. p. 605, 58). scribitur pase-. i. q. parvula passeris (per blanditiam transfertur ad puellam parvulam): AVR. Fronto p. 63, 15 v. d. H. -am nostram Gratiam minusculam.

passerinus, -a, -um. a passer, cf. anserinus sim. (de suffixo agit PRISC. gramm. II 80, 25). passar- Ps. DIOSC.

i. q. ad passerem pertinens: 1 adi.: a locutio (proverbialis? v. Otto, Sprichw. n. 1352, 2) -um prandium dicitur de homine tam parvo vel minuto, ut passeribus prandium esse possit (cf. caninum pran-

dium vol. III 251, 79 sq.): POMPON. Atell. 178 verum illi valent, qui luctantur cum leonibus; eis te (Frassinetti, et te, ei te codd.) obiectes frustatim -um prandium? b respicitur origo rei (sc. quae e passere venit): CHIRON 769 nitrium et stercus -um bene conterito eqs. (cf. Hippiatr. gr. I p. 88, 22 κόπρον στρουδών). PLIN. phys. Bamb. 18, 2 -i ovi alborem cum melle attico inunctos acute videbis. GLOSS. III 576, 39 -a caro: στρουδ<ει>ον. c respicitur color (dub., cf. Strecker, Zeitschr. wiss. Theol. 54, 1912, 76, qui locum refert ad gen. 15, 10 aves ... non divisit Abraham): Ps. CYPR. cena 48 Zacharias albam, Abraham -am vestem accepit.

2 f. pro subst., nomen herbae q. e. leucoion (cf. André, Les noms des plantes, 1985, 189): Ps. DIOSC. Vind. 3, 123 p. 134, 14 λευκόιον οί δέ βασιλειον, Ρωμαίοι ... πασσαρίνα (πασα- A).

cf. Onom.

passernicēs, -um f. vox orig. inc., fortasse celtica. de lapide ad acuendum, poliendum sim. idoneo: PLIN. nat. 36, 165 repertae sunt cotes ... nec non et trans Alpis, quas -es vocant. Baer.

*passibilis, -e. a pati, passus. GRAMM. suppl. 75, 19 inter verbalia nomina, quae ab infinitivo futuro derivantur ut amatum ire amabilis. GLOSS. II 296, 14 ἐμπαθής: -is (unde fort. corrigendum II 318, 51 εὐπαθής: -is). legitur inde a TERT., ITALA, maxime apud Christianos (in versibus MAR. VICTORIN. hymn. 3, 83 L. PRVD. apoth. 6 COMM. apol. 414 DRAC. laud. dei 2, 81); cf. patibilis, quod legitur inde a CIC. [e con. incerta CAEL. AVR. acut. 3, 7, 71 pro possibilis.]

I usu communi (respiciuntur fere affectiones animi vel corporis, hic illic autem actio perpetuendi, sustinendi, e. g. l. 73. p. 609, 4, qui colores distingui vix possunt; gr. respondet παθητός, nisi aliud adnotavimus; accedit gen. obi. l. 34): A i. qui pati potest, passioni subiectus est vel passione demutat (e esse distinguitur a patiando infra l. 78):

1 in neutram partem spectat ad affectiones: a quorumlibet animantium (rerum): α adi.: TERT. anim. 7, 4 incorporeitas ... nihil patitur, non habens per quod pati possit; aut si habet, hoc erit corpus. in quantum enim omne corporale -e est, in tantum quod -e est corporale est. 12, 3 cum ... animam -em constet eorum quae sortita est pati eqs. (24, 2). resurr. 57 p. 118, 7 manebit ... caro ... post resurrectionem eatenus -is, qua eqs. (opp. impassibilis). IREN. 1, 4, 5 duae substantiae, una quidem mala ex passionibus, altera autem conversionis -is ([gr. <ἐκ> τῆς ἐπιστροφῆς ἐμπαθῆ. cf. p. 623, 22]. BOETH. c. Eut. 2, 25 alia s. rationalis est ... mutabilis atque -is). 2, 18, 2 non ... bonum erat, quod Sophia aeon vellet cognoscere patrem, et propter hoc [esset -is]; sed quando suasa est, quoniam investigabilis esset pater, et convalescens ([est et -e [quod ad B pertineret] vel esset -e codd., emend. Lundström, Die Überlieferung der lat. Irenaeusübersetzung 1985, 132 sq.). NOVATIAN. trin. 25, 4 D. -is ... sit humana fragilitas (opp. impassibilis ... divinitas). ARNOB. nat. 7, 5 quicquid enim vexatur rei alicuius e motu, -e esse constat et fragile (postea: passioni ... subiectum). ZENO 2, 19 (1, 27, 2 L.) hominis vultus -is, omni conversioni subiectus ... demutatur labore, aetate eqs. AMBR. epist. 31, 1 F. quod ... -e erat, ... motum et animam ... a creatore accipiens suo, deputavit huic mundo Moyses (syn. passionis receptabile, opp. impassibile. respicitur creatio ut: hex. 2, 1, 2 operatoria impassibilis dei virtus et -is materiae natura [sim. EVSTATH. Basil. hex. 2, 3, 2. gr. ἡ παθητικὴ φύσις]). al. in versione pro gr. ὁμοιοπαθής: ITALA act. 14, 14 (cod. g. sim. al.) nos similiter -es ut vos sumus homines (Vulg. mortales). Iac. 5, 17 (cod. 67 al. = VVLG.) Helias homo erat similis nobis -is. β subst.: LEO M. serm. 25, 1 Christus unus -ium, unus voluit esse mortalium. RVSTIC. Conc. II 3, 1 p. 225, 9 -e ... est templum (i. homo), non ille qui -em vivificat deus (gr. I 1, 7 p. 109, 5 ζωοποιός τοῦ πεπονηότος). CASSIOD. hist. 8, 1, 32 humanam scientiam ... etiam -es suscipere poterunt (opp. impassibiles. Socrat. 4, 23 p. 520^B τοὺς ἐμπαθεῖς). al.

b Christi, dei: α -is est Christi vel dei substantia, caro sim.:

TERT. adv. Iud. 14, 7 (= adv. Marc. 3, 7 p. 387, 22) carnis -is et mortalis indignitate indutus (FILASTR. 69, 6. 92, 3. 4 AMBR. incarn. 6, 50. al.). IREN. 1, 6, 1 ut et visibile et palpabile et -e fieret corpus Christi (CONC. I 5 p. 322, 30 rec. B [= p. 323, 1 rec. Q]. al.). Ps. AVG. serm. 118, 1 ut fieret, quod cogitari scelus est, divinitas ipsa -is (FVLG. RVSP. ad Tras. 3, 9, 1. al.; cf. deitatem CONC. I 3 vers. Tur. p. 64, 16 MAR. MERC. CONC. I 5 p. 47, 17). sim. al. β -is est ipse Christus, deus: TERT. adv. Iud. 14, 8 humanae formae et -is venit in humilitate (vix gen., ut ad l. 62). adv. Prax. 29 p. 286, 10sq. pater si compassibilis, utique -is; ... times dicere -em, quem dicis compassibilem. ITALA act. 26, 23 (cod. e al., sim. VVLG.) si -is Christus, si primus ex resurrectione mortuorum lumen incipiet adnuntiari populo. IREN. 4, 7, 2 visibilis et -is, factus est ([palpabilis Rousseau sec. vers. armen.]. 4, 20, 8 impassibilem -em annuntiantes prophetae. CANDID. gen. div. 10 iste filius -is est, ille pater impassibilis. HIL. syn. 49 verbum ... non ... demutat est passibilitate patiendi; nam pati potuit et -e esse non potuit: quia passibilitas naturae infirmis significatio est, passio autem est eorum, quae sint illata, perpassio. FAVSTIN. trin. 5, 1 per hoc quod homo factus est ... -is est. HIER. epist. 100, 11, 3 carne -is ([opp. impassibilis divinitatis ... maiestate. respicitur I Petr. 3, 18, ubi Vulg. mortificatus carne]. AVG. serm. 220. al.; cf. CONC. I 5 p. 179, 21 secundum carnem). RVFIN. symb. 5 constat ... ex nativitate [Krusel]

carnis filium visibilem et -em factum. LEO M. epist. 35, 2 (Conc. II 4 p. 7, 9) in sua virtute inviolabilis, in nostra infirmitate -is. *al. masc. pro subst.*: IREN. 3, 18, 5 conantur vestigia assequi passionis domini, -is martyres facti. LEO M. serm. 30, 6 non nisi utroque salvamur, in nullo dividentes visibilem ab invisibili, corporeum ab incorporeo, -em ab impassibili, palpabilem ab impalpabili. 62, 2. CONC. I 5 p. 164, 38 passiones -is propriae sunt (cf. p. 284, 14 eius qui est -is). CAPREOL. epist. 2, 4 passus est impassibilis per -em quem suscepit. *al.*

2 *in malam partem spectat ad libidines, vitia sim.*: PELAG. in Eph. 4, 30 tristitia et ira . . . in nobis passiones sunt, quia -es sumus, in deo vero dispensationes. RVFIN. Basil. hom. 2, 7 p. 174² animae tuae pars quidem melior rationalis est, pars vero irrationalis et -is (Migne gr. 31, 213^c παθητικόν). CLEMENT. 5, 2, 3 homines sicut ex impietate -es facti sunt, ita per pietatem possunt esse impassibiles. Orig. in num. 9, 7 p. 64, 1 donec sumus in corpore isto corruptibili et -i. LEO M. serm. 18, 1 hominis natura in quantum est -is, in tantum est ad deteriora proclivis. AVELL. p. 360, 3 Adam et Eva semet ipsos -es et corruptibiles reddiderunt. OP. imperf. in Matth. 13 p. 702 numquam . . . anima -em regeret carnem, si ipsa passionibus esset subiecta (postea: anima quae non concupiscere potest). CASSIOD. Didym. in Iac. 4, 4 p. 8, 27 mundus amatores concupiscentiae . . . -es . . . facit (gr. ἐμπαθείς). GREG. M. moral. 20, 69 -es quippe mortalesque nos repperit Christus (postea: revocat nos a passione). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 8 p. 357^p exprobrat eis studium voluptariae vitae atque -is (Migne gr. 44, 148^a τὸ . . . ἐμπαθείς). 31 p. 407^a communio quae ad -em animaleque generationem nobis accessit (gr. ibid. p. 256^a ἐμπαθή). POLYCARP. ad Philipp. 11, 4 peccatores sicut -ia membra et errantia . . . revocate. *al.*

B *i. qui pati, sentire facit* (IREN. 2, 18, 2 v. sub AIA; ceterum cf. p. 616, 84sqq.): MART. CAP. 4, 368 qualitates quas . . . -es dixerimus ut 'dulce' atque 'amarum', 'calidum' vel 'frigidum', non quod ex his eadem substantiae aliquid patiantur, sed quod sensus nostros aliquid pati cogant (de eisdem BOETH. categ. Arist. lat. 9a28. et saepius postea [gr. respondet παθητικαί]).

C *i. q. ad passionem pertinens (maxime de affectibus)*: CHRYSOST. repar. laps. 4 l. 11 si ira dei -is esset affectus (gr. εἰ . . . πάθος ἦν ἡ ὀργή). ibid. l. 16 deus peccatores punit non cum ira -i (gr. μετ' ὀργῆς. cf. PELAG. sub A2). RVFIN. Basil. reg. 8 p. 500^a quae per -em concupiscentiam requiruntur. Orig. in cant. prol. p. 62, 2 puerilis aetas non movetur ad amorem -em. 3 p. 195, 27 descriptio est quidem amatorii dramatis . . .; sed . . . non te rapiat carnalis et -is sensus.

II *usu deflexo (sc. ab IA derivando)*: ? A *fere i. q. corporalis* (cf. e. g. TERT. anim. 7, 4 sub AIA; an gen. sing. pro subst. masc. intellegendum, ita ut ad p. 608, 56?): EVSEB. EMES. serm. 25, 11 (antea: 'manus sola ingressa scribebat in pariete' [Dan. 5, 5]; ista manus deus est, aut angeli incisio est?) incisio erat -is? (cf. postea: illa manus corpus erat, aut non corpus?). B *fere i. q. aegrotus* (cf. passio IB): CASSIOD. var. 10, 29, 3 (de podagra) haec passio insanabilis et sanitas -is.

n. sg. passibile, -is pro subst. fere i. q. passibilitas vel perpessio (iuxta pron. vel adi. neutr. praeter l. 57): HIL. psalm. 131, 8 ne . . . quicquam humile atque -e impassibilem . . . dei substantiam perpessam existimarem in . . . morte. Ps. AVG. serm. 236, 5 ita . . . susceptum a dei filio -e nostrum, ut deus tamen impassibilis permaneret. LEO M. serm. 71, 4 nihil in ea carne Christi -e, nihil remansit infirmum. CONC. I 5 p. 140, 7sq. bis (gr. I 1, 7 p. 62, 5sq. τὸ . . . ἐμπαθείς, τῷ παθητῷ). FVLG. RVSP. ad Tras. 1, 7, 2 Christus impassibile habens . . . -e suscipiens. *al.*

adv. passibiliter. i. q. modo passibili; respiciuntur motus, affectus sim.: I *hominum*: TERT. anim. 45, 4 oblectamur et contristamur et conterremur in somniis quam affecte et anxie, -r. CHRYSOST. repar. laps. 10 l. 66 cum in eis deliciis -r tenearis, delirare nos credes, si dona libidinis . . . aspera asseramus (Migne gr. 47, 290 ἐνεχόμενος τῷ πάθει). RVFIN. hist. mon. 13 p. 432^p affectus animae -r et vitiose . . . moveri. EVSEB. EMES. serm. 5, 9 humani patres . . . ex concupiscentiis -r moventur (opp. generat . . . impassibiliter deus pater filium). CASSIOD. Didym. in I Ioh. 2, 15-17 p. 48, 28 qui habent in eius mundi amore vivendi propositum, -r in rebus sensibilibus habitare contendunt (gr. παθητικῶς). 2 *dei* (qui negatur passibilis esse): MAR. VICTORIN. hymn. 3, 82 L. impassibilis -r, passibilis impassibiliter, o beata trinitas. AVG. c. Arian. 28, 26 quasi nos deus pater mobiliter et -r invitatus genuerit. Ps. AVG. c. Felician. 9 humiliatus in filio deus pater -r non creditur. CASSIAN. conl. 11, 6, 3 deus non potest iniquitatibus hominum -r permoveri. FAVST. REI. epist. 3 p. 171, 14 his affectibus non -r afficitur (locum laudat CLAUD. MAM. anim. 1, 3 p. 26, 20sq.).

deriv.: passibilitas.

compos.: impassibilis; cf. compassibilis.

passibilitās, -ātis f. a passibilis. legitur inde ab ARNOB. nat. apud Christianos tantum (plur. non nisi p. 610, 34).

I *usu strictiore i. q. facultas vel status patiendi* (acced. gen. obi. l. 84. p. 610, 10, pron. poss. p. 610, 19): a generatim (adde p. 610, 11): ARNOB. nat. 2, 26 p. 98, 6 M. quod . . . est promptum atque expositum passioni, corruptibile esse ipsa -e interveniente denuntiat. ZENO 1, 8, 1 (2, 2, 2 L.; post varias causas timoris enumeratas) inter haec omnia deterior est conscientiae timor, quia quae diximus . . . cum -e sui

transeunt, timor conscientiae non deletur. Ps. AVG. quaest. test. I 109, 9 homo non perpetuo securus -e naturae suae. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 31 p. 408^b quae (sc. animae officia sim. cum animalibus communia) . . . nobis . . . propter communionem -is accessisse cognoscimus (Migne gr. 44, 256^b τὸ ἐμπαθείς). b *speciatim respicitur Christus homo factus*: HIL. syn. 38 p. 510^c (= 48 p. 516^b) si quis . . . dealitatem eius Christi corruptionem vel -em aut demutationem . . . sustinuisse dicat, anathema sit (nisi ad 2 coll. gr. Socrat. 2, 30 p. 281^c πάθος). 49 verbum . . . licet se passioni subdiderit, non tamen demutationem est -e patiendi; nam pati potuit et passibile esse non potuit: quia -s naturae infirmis significatio est, passio autem est eorum, quae sint illata, perpessio; quae, quia indemutabilis deus est . . . , habuerunt in eo passionis materiam sine -is infirmitate (FVLG. RVSP. ad Tras. 3, 26, 2 infirmitas -is humanae [opp. divinae virtutis impassibilitate]. cf. 3, 1, 3 divinae infirmitatis -e). EPIST. pontif. 670 Schwartz p. 95, 13 deitas adunatione particeps, sed sine -e compatiens. p. 95, 21 cum . . . divinitas non -e, non cruciatione, non afflictione, non vulneratione passibilis sit. p. 95, 23. CONC. I 5 p. 140, 3 passio quae impassibilem naturam in suam -em transtulit (gr. I 1, 7 p. 62, 1 τὴν αὐτοῦ ἐμπαθείαν). p. 171, 19 anathematizantes eos, qui . . . confusionem praedicant et deitatem Christi in -e venerantur (antea: deitati passiones adiungere. cf. vers. alteram turbatam RVSTIC. CONC. I 4 p. 166, 10). MAR. MERC. CONC. I 5 p. 53, 17 verbum . . . -is capax, esse potuisse (L gr. I 1, 1 p. 110, 25 παθητός). CONC. II 5 p. 155, 13 (= AVELL. p. 218, 8) dei -em. ARNOB. confl. 2, 12 p. 288^b humana . . . -s ab eo qui impassibilis permanet . . . suscepta est. AGNELL. epist. p. 385^a. GREG. M. in I reg. 1, 44 Christus -is nostrae tenebras superans.

2 *usu laxiore dicitur potius de singulis affectibus (in malam partem de libidinibus* Ps. CYPR., Ps. ATHAN.; huc fortasse l. 7; accedit gen. epexeget. MART. BRAC.): Ps. CYPR. singul. cler. 45 si quis . . . hospitatur, ubi mulieres intersunt, omnino se artet, ne -e aliqua vitietur. Ps. ATHAN. ad mon. 1 p. 72^a abstinentia . . . continentiae nutrix est, qua innupta sive nupta facilius -is frenos patitur. ARNOB. in psalm. 11 p. 339^b (ad 11, 6) 'fiducialiter', id est -e carens, nulli timori succumbens. 15 p. 342^b Christus -bus subiacebat: et timore enim et maestitia agebatur. MART. BRAC. ira 1 ut de -e irae . . . aliqua . . . digererem.

passibiliter v. passibilis.

*passim adv. a pandere, passum. formam passi reprobatur

PROB. app. gramm. IV 199, 14. NOT. Tir. 54, 34 -m. 54, 35 palam -m. deest nimirum gradatio, sed cf. tam -m TRACT. Pelag. 1, 3 p. 9. 1, 5 p. 12, ita -m p. 614, 62 (an etiam sic -m p. 614, 10 et 50?). de notione et differentiis: SYNON. Cic. p. 437, 30 -m. indiscrete. vulgo. promiscue. confuse. PORPH. Hor. carm. 1, 12, 7sq. quid est 'temere'? . . . inordinate et -m atque confuse. AGROEC. gramm. VII 122, 2 distinguitur affatim, v. vol. I 1172, 32. DIFF. ed. Beck p. 75, 5 '-m' extra conspectum est, 'ubique' vero in omni loco. GLOSS. πανταχοῦ, στοργάην, ἀνέδην, λελυμένως, ἀθρόως, χυδῆν. sine ordine seu promiscue, ubique, leviter. et sim. al. legitur inde a PLAVTO, ENNIO, CATONE, ACC. (sc. singulis locis) per totam latinitatem, frequentatur a LVCR. (18^{tes}), LIV. (fere 185^{tes}), SIL. (37^{tes}), TAC. (28^{tes}), APVL. (27^{tes}). [falso trad. e. g. LIV. 2, 17, 6 (pro passi, ut saepius in var. ll.; v. etiam supra l. 39), 42, 7, 9 (delendum), SIL. 11, 431 (pariter Thilo); vix recte coniciebatur olim SISENNA hist. 87 LVCR. 6, 16. al.; de STAT. silv. 4, 5, 58 v. p. 626, 76.]

i. q. ratione pandendo effecta (notione originaria apponitur fere verbis [conexu artiore p. 611, 80], nominibus raro, e. g. p. 611, 54. 612, 4 vi autem locali et usu inde derivando liberius adhibetur, v. quae ad IIA monuimus): I *proprie et vi locali* (hic illic respiciuntur loca incorporea, e. g. p. 611, 11. 52. 60; vi temporali p. 612, 62); pertinet potius ad: A *extendendum, spargendum, fere i. q. effuse, disperse; inde adhibetur de iis, quae multis simul locis et directionibus sunt vel fiunt, ut vergat in vim q. e. ubique, undique, quoquoersus quae praevalent nimirum infra sub 2, sed etiam sub I haud raro immisceri videtur* [cf. adi. totus, omnis in contextu posita e. g. l. 79. p. 611, 44sqq.; contra notio originaria illustratur contextu imprimis p. 611, 82sqq.]: I *strictius respicitur: a multitudo sparsa (maxime animantium idque saepe fere technice in re militari* [cf. p. 611, 82sqq.], rerum e. g. l. 71. 74. p. 611, 32. 55): α *iuxta alias determinationes locales*:

① *per*: PLAVT. Trin. 834 nisi Neptunus propitius fuisset, venti distraxissent . . . me . . . bonaque omnia <mea> . . . -m caeruleos per campos (VERG. Aen. 6, 652 -m . . . soluti per campum pascuntur equi. LIV. 30, 35, 2 per patentem . . . c. fuga sparsi . . . -m interierunt. 37, 20, 13). LVCR. 5, 521 ignes -m per caeli . . . templa volvere (cf. 5, 525 per caelum). 6, 1267 per populi -m loca prompta viasque . . . videres . . . perire aegros (VERG. Aen. 2, 364 perque v. sternuntur . . . -m corpora perque domos eqs. Ov. met. 4, 779 Liv. 2, 23, 8). BELL. Afr. 47, 6 per castra -m vagabantur milites (LIV. 39, 31, 13 caeduntur -m Hispani per tota c. cf. 37, 33, 3 qui -m per omnia . . . castella . . . relictii erant). VERG. Aen. 4, 162 -m . . . diversa per agros tecta . . . petiere (Ov. met. 4, 779. LIV. 3, 63, 4 fusi [cf. STAT. Theb. 2, 75 effusi]. 4, 46, 7 palati [22, 52, 4. 27, 31, 2. al.]. 21, 56, 5 fuga sparsi. et saepe). 5, 676 diversa . . . per litora -m diffugiunt (SIL. 2, 15). 9, 316 -m somno vinoque per herbam corpora fusa vident ([CLAUD. DON. ad l. p. 230, 29 [Krusse]

-m dixit non more dormientium cum ordinatione aliqua, sed uti quisque superatus ebrietate conciderat]. Ov. fast. 3, 525 plebs . . . -m disiecta per h. HOMER. 501). LIV. 22, 7, 9 fuga -m per Etruriam sparsos.

al. ② in: c. abl.: ENN. ann. 369 victores ebrios somnus repente in campo -m . . . percussit. CIC. inv. 1, 2 in agris homines -m . . . vagabantur (LIV. 26, 39, 20. 42, 54, 9). Pis. 90 diplomata tota in provincia -m data (nisi ad IIAI, sed cf. l. 44). LVCR. 1, 823 (= 2, 688) -m nostris in versibus ipsis multa elementa vides multis communia verbis. 5, 824 animal omne quod in magni<s> bacchatur montibus -m (PLIN. nat. 19, 145 corruda -m etiam in m. nascens). 6, 29 quid . . . mali foret in rebus mortalibus -m. 6, 629 nubes umorem . . . -m toto terrarum spargere in orbi. BELL. Afr. 62, 4 remigibus -m . . . in litore vagantibus (VERG. Aen. 3, 510 -m . . . in l. sicco corpora curamus [SERV.: prout quis voluit]). CVLEX 356 -m vaga praeda . . . in aequoreo fluitat . . . fluctu. Ov. met. 2, 193 sparsa . . . in vario -m miracula caelo (MANIL. 5, 26 signa in toto -m labentia c.). CVRT. 7, 11, 18 stratis -m corporibus in inviis et asperis saxorum. al. c. acc.: BELL. Afr. 23, 2 perterritos . . . Pompeianos in mare navesque -m compulerunt. PANEG. in Mess. 109 Pannonius . . . -m disiectus in Alpes. LIV. 2, 34, 3 dimissis -m ad frumentum coemendum . . . in Etruriam eqs. 21, 5, 12 -m sine ullius imperio, qua cuique proximum est, in annem ruunt (Polyb. 3, 14, 6 κατὰ πλείονος τόπους). 21, 28, 4 in vicos -m suos diffugiunt (33, 36, 8 in castella sua vicosque -m dilapsi [item fere 40, 17, 6]). 25, 41, 7 -m in civitates proximas dilapsi sunt (28, 2, 16. 41, 5, 12. 41, 10, 4). 40, 32, 6 in omnes -m partes capessunt fugam. al. SIL. 12, 741 -m . . . in Capitolia pergunt (SVET. Cal. 6, 1). APVL. met. 4, 1, 4 iumenta in pratium proximum -m libero pastui tradidere. ③ varias: ACC. trag. 271 -m . . . praeda<m> pecua vellebant agris (vall-var. l., avellebant Bücheler. item cum abl. loci: BELL. Afr. 60, 5 varie -mque locis certis. VERG. Aen. 3, 220 -m campis armenta videmus. 8, 360 Romano . . . foro. PROP. 2, 15, 52 calathis. MANIL. 2, 26 caelo. al.; v. et l. 44 sqq.). CATVLL. 64, 66 vestimenta delapsa e corpore -m ipsius ante pedes fluctus salis adludabant. 64, 277 ad se quisque vago -m pede discedebant (BELL. Afr. 70, 4 ad aciem. LIV. 27, 28, 17 ad mare ac naves). CIC. div. 2, 80 volucris huc et illuc -m vagantis (LACT. inst. 2, 5, 13. cf. p. 612, 61). CAEL. or. frg. (17 M.) Quint. inst. 4, 2, 123 praeclaras . . . contubernales ab omnibus spondis transversas incubare et reliquas circum iacere -m (cf. circa: CVLEX 154 c. -m . . . cubuere capellae . . . subter dumis. Ov. met. 11, 613 hunc Somnum c. -m . . . Somnia . . . iacent [praepos. ut: LIV. 9, 25, 2 FRONTIN. strat. 1, 6, 3]). VERG. ecl. 7, 54 strata iacent -m sua quaeque sub arbore poma (SERV. auct. abundanter). MORET. 93 coria -m spargit humi. HOR. sat. 2, 3, 48 silvis, ubi -m palantis error certo de tramite pellit: ille sinistrorsum, hic dextrorsum abit. al. forma -m toto campo (cf. l. 6): CIC. Font. 33 Galli vagantur . . . -m toto foro. BELL. Afr. 85, 3 copiis -m . . . toto campo fugientibus (LIV. 27, 41, 10 t. -m c. [eodem ordine: 37, 20, 5. 37, 43, 8. 40, 33, 7 MANIL. 4, 738 SEN. Tro. 894]). VERG. Aen. 6, 886 tota -m regione vagantur. al. (cf. -m . . . omnibus rivis CVRT. 4, 16, 12).

β exempla cetera: ① vario usu: CATO or. frg. 63 (190 M.) remiges scripti cives . . . venire -m. SISENNA hist. 134 tanto plures -m dispalantur (cf. palari: LVCR. 2, 1031 palantia sidera -m. Ov. met. 15, 150 [in imag.] palantes . . . homines -m et rationis egentes. LIV. 2, 50, 6. al.). CIC. Tull. 19 -m vagabantur armati (TIB. 1, 3, 59 aves. Ov. met. 12, 54 LIV. 3, 38, 3. et saepe. cf. SEN. Thy. 631 vagi -m Scythae [MELA 1, 23]). Sull. 42 tabulas descriptas dividi -m et pervolgari. de orat. 1, 191 -m . . . carpentem et colligentem undique membra scientiae dispersa (SEN. epist. 108, 2 non -m carpenta sunt . . . universa, quae quis discere velit). 2, 23 aves -m ac libere solutas opere volitare. CATVLL. 64, 254 bacchantes -m lymphata mente furebant. LVCR. 2, 9 (in imag.) homines -m . . . errare atque viam palantis quaerere vitae (CVRT. 5, 6, 15 SIL. 12, 546). al. CAES. Gall. 4, 14, 5 reliqua multitudo . . . -m fugere coepit (LIV. 22, 48, 5. 26, 39, 18 TAC. hist. 2, 44, 1. cf. HIRT. Gall. 8, 29, 2 magno clamore discursuque -m fugae se mandant. sim. al.). VERG. georg. 4, 181 apes pascuntur . . . arbuta -m. Aen. 2, 384 ignaros . . . loci -m . . . sternimus (caedendo ut: LIV. 23, 36, 4. al.; aliter: LIV. 3, 7, 8 stratae -m matres supplicantes. 9, 37, 9 somno. 27, 18, 12 saxa . . . strata -m. al.). Ov. met. 15, 365 de putri viscere -m . . . nascuntur apes (MELA 3, 91 frugum -m nascentium. PLIN. nat. 13, 138 vitis . . . -m nascitur. 21, 179. 26, 125 -m et in quacumque parte n. furunculi). LIV. 2, 22, 4 legatos . . . ad sollicitandum Latium -m dimittunt (3, 60, 7. 21, 61, 2. 22, 19, 9). 22, 17, 3 hominum -m discurrentium (25, 10, 10. 37, 32, 12 SEN. benef. 3, 23, 2. dial. 9, 2, 2 [in imag.]). 22, 51, 6 iacebant tot . . . milia, pedites -m equitesque, ut quem cuique . . . pugna iunxerat (36, 16, 2 ex multa copia -m iacentium lapidum. SEN. dial. 11[12], 10, 5 [syn. omnibus locis]. epist. 33, 6 ingens eorum [sc. sententiarum illustrium sim.] turba est -m iacentium. MELA 2, 78 -m et late. SIL. 2, 681 semiambusta iacet nullo discrimine -m . . . turba. 6, 8. al.). 34, 28, 11 dispersos -m fuga (PLIN. nat. 34, 53 insignes artifices raptim transcurram reliqua multitudo -m dispersa [sim. in libro p. 612, 52]). TAC. ann. 6, 50, 5). al. conexu artiore dare -m fere pro pandere: STAT. Theb. 9, 572 Atalante crine dato -m plantisque . . . solutis . . . ibat. ② ordo in eundo vel considerando situque neglectus illustratur contextu (exempla potiora; in re militari praeter TAC., PANEG.): ASELL. hist. 14 sive pilatim sive -m iter facere.

CAES. civ. 2, 38, 4 Numidae . . . nullis ordinibus -m consederant (LIV. 30, 3, 9 habitabant. STAT. Theb. 10, 358 scrutari campum). BRVT. Cic. fam. 11, 13, 2 Antonius iit -m, ego ordinatim. LIV. 3, 2, 13 multas -m manus (opp. molem unius exercitus). 6, 3, 6 Etrusci praedantes -m trucidantur . . . neque se conglobandi . . . datur spatium. 42, 59, 6 nec regii sparsi iam ipsi -m sequendo cum ordinatis . . . manus conserere audebant. STAT. Theb. 11, 759 nulli sua signa suosque ductor: eunt taciti -m. TAC. ann. 15, 43, 1 aedificia non . . . nulla distinctione nec -m erecta, sed dimensis vicorum ordinibus. PANEG. 2, 36, 2 prona supinaque corpora -m vel in acervo iacere. CLAUD. DON. Aen. 11, 445 p. 483, 6 non iam -m aut confuse, sed structa acie atque ordinibus. al.

h totum quoddam, singula, quae sive discerpuntur (in duas partes diducuntur l. 16) sive diffunduntur, sese extendunt: TRAG. inc. 168 (Accii?) Medea per . . . agros -m dispergit corpus pueri obtruncati (cf. LIV. 1, 28, 9 Metti Fufeti, ut . . . animum . . . ancipitem gessisti, ita iam corpus -m distrahendum quadrigis dabis. SEN. Phoen. 448 in me arma . . . vertite . . .; haec membra -m [sparsim var. l.] spargite ac divellite. SIL. 1, 171 verbera -m . . . scindentia corpus). CATVLL. 64, 358 unda Scamandri, quae -m rapido diffunditur Hellesponto. LVCR. 1, 1006 (de spatio immenso) -m patet ingens copia rebus finibus exemptis in cunctas undique partis. 5, 609 segetes . . . videmus accidere ex una scintilla incendia -m. VERG. ecl. 4, 19 errantis hederas -m (cf. Ov. met. 14, 629 arborum spatiantia -m [contra var. l.] braccia). Aen. 4, 195 haec -m Fama . . . virum diffundit in ora (cf. LIV. 25, 34, 12 ea pervagata -m vox. 41, 2, 7 id . . . ab uno exclamatum totis -m personabat castris. SIL. 13, 283 vox . . . -m diffusa per auras. sim. al.). DIRAE 69 in agros incurrant amnes -m rimantibus undis (nisi ad 2). PANEG. in Mess. 22 qualis -m fluat igneus aether. al.

2 laxius, sc. evanescente respectu pandendi ut praevalcat vis localis supra p. 610, 61 illustrata (selecta inde a LIV.): CIC. S. Rosc. 135 quem ad modum . . . -m per forum volitet Chrysogonus cum magna caterva togatorum (cf. DECL. in Catil. 39 in foro . . . -m obvolitare). LVCR. 6, 270 -m . . . fulgura fiunt. 6, 531 mora quae fluvios -m refrenat aventis. VARRO rust. 2, 10, 7 mulieres in opere . . . non cedunt viris, ut in Illyrico -m videre licet. SALL. Iug. 98, 1 Marius . . . cum turma sua . . . vagari -m ac . . . laborantibus suis succurrere (SEN. dial. 7, 1, 2 [in imag.]). VERG. Aen. 2, 570 Aeneae erranti -mque oculos per cuncta ferenti. 11, 385 -m . . . tropaeis agros insignire. TIB. 2, 3, 69 veteres . . . -m semper amarunt (sc. non secreto, sed ubique et palam; cf. Ov. ars 2, 615 in medio -mque coit pecus. HIER. epist. 64, 21, 4 qui -m in morem . . . animalium libidini expositi sunt. DRAC. laud. dei 1, 444 Adam et Eva publica iungebant . . . oscula -m). Ov. ars 1, 41 dum licet et loris -m potes ire solutis. met. 14, 680 nec -m toto vagus errat in orbe Vertumnus. LIV. 4, 28, 7 multa utrimque vulnera, multa -m caedes est (31, 36, 10. 40, 28, 4. cf. 25, 9, 17 itinera . . . occupari iubet, Romanos -m caedi, oppidanis parci. 43, 5, 4 caedes -m rapinasque et incendia facta. talia et similia saepius; aliter, si recte distinximus, p. 613, 11 sqq.). 5, 42, 2 nequaquam . . . aut -m aut late vagatus est ignis (vix ad l. 22). 39, 17, 4 -m per totam Italiam . . . trepidari coeptum est (SIL. 17, 508 late . . . -m trepidatur). VITR. 7, 5, 8 antiqui usi sunt minio parce . . .; at nunc -m plerumque toti parietes inducuntur. SEN. epist. 6, 5 mittam . . . tibi libros et ne multum operae impendas, dum -m profutura secretaris, inponam notas locum probandis (item in scriptis: BASS. gramm. VI 256, 10 Pindarus et Simonides usi sunt eo versus Archebuleo, sed -m et promiscue [opp. Archebulus . . . carmen ex hoc uno genere composuit]. TERT. adv. Marc. 4, 14 p. 459, 16 -m, prout incidit, res petenda est [sc. testimonia vet. testamenti]. cf. p. 611, 6 et 79). PERS. 3, 61 est aliquid quo tendis . . . , an -m sequeris corvos? SVET. Tib. 43, 2 in silvis . . . -m Venerios locos commentus est. APVL. met. 11, 18, 1 Fama meam . . . fortunam . . . narraverat -m. ARNOB. nat. 5, 24 p. 279, 26 M. cum Proserpinam flores carpentem huc atque illuc -m lectionis cupiditas avocaret. al. accedente vel praevalente respectu temporis, i. q. qualibet occasione, saepe sim. (exempla certiora; cf. e. g. l. 35. 54): QVINT. inst. 4, 1, 70 non tamen haec, quia possunt bene aliquando fieri, -m facienda sunt, sed quotiens praeceptum vicerit ratio. 8, 5, 7 ne crebrae sint (sc. γρόμαι sim.) . . . et ne -m et a quocumque dicantur. TERT. ieiun. 15 p. 294, 13 ad tuam libidinem ieiunia fugientem interpretaris -m manducantem dominum. AVG. serm. 180, 9, 10 iuravimus et nos -m, habuimus istam . . . consuetudinem. LEO M. epist. 9, 1 ut non -m diebus omnibus sacerdotalis . . . ordinatio celebretur (10, 6 non -m, sed die legitimo).

B aperiendum, recludendum, fere i. q. aditu patente, aperte, late: SIL. 13, 560 hac -m nigrum pandens Mors lurida rictum itque reditque (nisi -m cum itque iungendum, cf. 2, 548 Mors graditur vasto cava pandens guttura rictu. sim. de rictu cachinnantis: EVSTATI. Basil. hex. 1, 4, 4 ut -m de nobis rideant [gr. πλατὸν γέλωτα καταχέουσιν]). FLOR. epit. 1, 13, 14 patentis -m domos adeunt Galli Romam invadentes. APVL. met. 3, 28, 4 latrones horreum . . . validis claustris obseptum . . . securibus . . . adgressi diffundunt; quo -m recluso totas opes vehunt (caesim Blümner). 4, 18, 2 ibi (in monumento abdito) capulos . . . -m ad futurae praedae receptacula reseramus (vix ad A2). COMM. apol. 690 aperiunt valvas -m.

II transfertur ad: A condicionem fere in omnes (omnia) extentam, ad plurimos (plurima) pertinentem, ut significet i. q. com-[Kruse]

muniter, vulgo, sine discrimine, omni ratione sim. (-m illustrat quodam modo varias partes orationis, ita ut saepe fere substitui putes in locum adi. omnes sim. coniungendi cum [vel ponendi pro] subi., ut l. 19 sqq., vel obi., ut l. 11. 19, vel ceteris partibus, ut l. 27. 31): 1 vario usu (exempla selecta inde a PLIN. nat.; hucine CIC. p. 611, 6?): Q. CIC. pet. 44 ut convivium concelebrentur et -m et tributum (cf. Cic. Mur. 67 prandia ... vulgo ... data [antea: tributum]; vix recte trad. ibid. 73 vulgo -m] [del. Beck]). CIRIS 78 cum Scylla quaestu -m popularet amantes (item respiciuntur meretrices: VLP. dig. 23, 2, 43, 1 [palam quaestum facere] palam ... accipimus -m, hoc est sine dilectu. COD. Iust. 9, 9, 22 [a. 290] syn. vulgo). LIV. 2, 16, 9 captos -m trucidaverunt; ne ab obsidibus quidem ... ira ... abstinuit (TAC. hist. 4, 1, 1 -m trucidatis, ut quemque fors obtulerat. ann. 2, 17, 6. sed possis etiam de vi locali cogitare; simili ambiguitate e. g. LIV. 28, 3, 10 ne sine discrimine ... obvii -m caederentur. ceterum cf. p. 612, 20. 44). 4, 29, 4 abici -m arma ac dedi hostes coepti (sim. 6, 3, 9 iactare -m arma [6, 13, 4. al.]; sed locos etiam ad I trahere possis). PLIN. nat. 8, 154 Bucephalas neminem ... alium quam Alexandrum regio instratu ornatus recepit in sedem, alias -m recipiens. 14, 6 -m ... etiam egregii aliena vitia ... colere malle (antea: alius alio modo). 33, 33 ut -m ... ad ornamenta ea (sc. anulos equestres) etiam servitute liberati transiliant. SIL. 5, 101 talia Corvinus dixit primoresque addere -m orantum verba. QVINT. inst. 3, 8, 19 cum milites metu expeditionis -m testamenta facerent (cf. FLOR. epit. 3, 10, 12 ut testamenta -m etiam in principiis scriberentur). TAC. ann. 14, 15, 1 instituit ludos Iuvenalium vocabulo, in quos -m nomina data. 15, 46, 2 Cumanis litoribus impacti triremium plerasque et minora navigia -m amiserunt. SVET. Claud. 15, 3 ut -m ac propalam contemptui esset. Vit. 10, 3 vinum -m divisit (item CIL V 7904, 8). APVL. met. 4, 28, 4 -m tributa venia. EPIST. imp. Sev. et Carac. Vlp. dig. 1, 16, 6, 3 inhumanum est venia a nemine accipere, sed -m vilissimum est et omnia avarissimum. VLP. dig. 3, 1, 1 pr. ne sine delectu -m apud se (i. praetorem) postuletur. al. ? attributive -m sepultura fere pro communis sepultura (nisi locum ad l. 61 vel p. 614, 36 trahas): DIONYS. EXIG. inv. cap. Ioh. p. 421^A Herodias caput non -m tradidit sepulturae, sed intra saepia suae domus infodit (gr. τῆ τρυφῶσῃ ταφῆ).

2 respectus universitatis illustratur contextu (sc. abundantia quadam, nisi locos quosdam ad B1 trahere malis): a exempla varia: SALL. Iug. 18, 3 exercitus ... -m multis sibi quisque imperium petentibus ... dilabatur. HOR. epist. 2, 1, 117 scribimus indocti doctique poemata -m (item enumerantur partes: LIV. 1, 29, 6 Romanus -m publica privataque omnia tecta adaequat solo. 5, 13, 7 notos ignotosque -m advenas in hospitium ductos. al. SEN. contr. 10 praef. 5 -m ordines hominesque laniabat Labienus. COLVM. 6, 27, 3. al.). LIV. 4, 46: 1 dilectum haberi non ex toto -m populo placuit: decem tribus sorte ductae sunt. 25, 19, 17 pauci evaserunt, ceteri -m alii alia peste absumpti sunt. VITR. 1, 1, 18 non -m cunctis gentibus, sed paucis viris (APVL. met. 4, 3, 6). SIL. 13, 98 prensans -m, cui cum que est nomen in armis (VEG. mil. 1, 7 p. 11, 10). QVINT. inst. 1 proem. 16 quae velut propria philosophiae adseruntur, -m tractamus omnes (GAIUS dig. 3, 4, 1 pr. -m omnibus ... conceditur. MIN. FEL. 9, 6 TERT. resurr. 51 p. 105, 3. et saepius; cf. l. 41). al. b in sententiis negativis, ut vis negationis augeri videatur, fere pro omnino (exempla certiora; aliter l. 44): ARNOB. nat. 7, 27 p. 377, 1 M. cuiuslibet arboris viscum sine ulla -m differitate conburere (7, 43 p. 398, 15 s. u. -m ratione saevire [nisi cum verbo iungas]). AVG. serm. dub. 392, 6 nemo sit -m isto tempore separator spicarum et zizaniae (ad Matth. 13, 28 sq.; item nemo l. 58). ROMVL. fab. 65, 5 rec. Gall. (log. canis) sum custos ...; nullus -m ingreditur ([rec. W nemo -m, rec. vet. non ... quisquam]). VITA Melaniae [BHL 5885] 36 [nulli -m apparens nec cito procedens] [gr. μὴ ταχέως τινὶ συντρογγάζουσα]). NOVELL. Valent. 13, 6 ne cuiquam -m ... fas sit. FERRAND. canon. 42 ut episcopi non -m ad comitatum pergant ([sim. CANON. Turner I 2 p. 450 rec. VII 8, cf. ibid. p. 451 rec. VIII 19 minime]). BENED. reg. 70 tit. ut non praesumat -m aliquis (a)edere [inde GLOSS. V 414, 22 -m: huc atque illuc vel leviter]. hucine l. 34?).

B modum actionis, sc.: 1 incompositum, non ordinatum, confusum: a usu communi fere i. q. promiscue, indiscrete, generaliter sim. (v. quae ad A2 monuimus): OV. met. 1, 57 his ventis ... non -m mundi fabricator habendum aera permisit (opp. 59 cum sua quisque regant diverso flamina tractu. cf., nisi ad I trahas, LIV. 42, 19, 1 quem agrum Campanum privati sine discrimine -m possederant [cons. trad.]). LIV. 2, 45, 11 non iam sensim ... per centurionum principes postulant, sed -m omnes clamoribus agunt (cf. STAT. Theb. 1, 450 Tydeus et Polynices incipiunt una: '...'; haec -m turbatis ... confudere sonis, inde orsus in ordine Tydeus continuat eqs. CYPR. domin. orat. 4 p. 269, 4 disciplinae memores esse debemus, non -m ventilare preces ... inconditis vocibus). 41, 18, 3 pecora in fanis trucidant verius -m quam rite sacrificant. SEN. nat. 2, 48, 2 quae inspicienda sint in fulgure, -m et vage dicunt, cum possint sic dividere eqs. (cf. QVINT. inst. 7, 10, 6 qui in dicendo -m et ut quidque in mentem veniet miscuerit). COLVM. 3, 21, 2 delectant impensius ea, quae propriis generibus distinguuntur, quam quae -m velut abiecta et quodam acervo confusa sunt. MELA 1, 45 qui tam confuso parentium coitu -m incertique nascuntur (antea: nulli certa uxor est apud Garamantas. de eisdem: PLIN. nat. 5, 45 -m cum feminis degunt. cf. MIN.

FEL. 31, 4 dum Venerem promiscue spargitis, dum -m liberos seritis). SIL. 10, 405 hic Piso et ... Curio deflentur ... , illic Scaevola ... ; hos -m, at (ac codd.) Pauli pariter ceu dira parentis fata gemunt. QVINT. inst. 2, 12, 11 qui oratores imperiti in agendo omissa ratione, ut tulit impetus, -m tumultuentur. TERT. adv. Marc. 2, 14 p. 354, 6 amplexi ... vocabuli q. e. 'malum' communionem ... -m volunt eum deum conditorem intellegi malorum ... , nos autem adhibita distinctione ... suum cuique parti definimus auctorem (item respicitur verbum notione generali adhibitum: 5, 8 p. 598, 24 'filiis hominum' ait, non -m 'hominibus'. Ps. VIGIL. THAPS. trin. 6, 2 rec. II sic -m deum tantum confiteri [rec. I confuse]). praescr. 26 l. 2 euangelii administrationem non -m nec inconsiderate administrandam (-um var. l.) ... secundum dominicam vocem, ne margaritam porcis ... iactaret (Matth. 7, 6. cf. AMBROSIAST. in Rom. 12, 11 -m et inopportune [seq. aptis et locis et personis et apto tempore]). CYPR. epist. 55, 12 -m communicare sacrificatis Cornelius tibi nuntiatus est. al.

b praevalente respectu temeritatis (cf. syn. temere l. 43. 47. al.); significatur fere i. q.: a sine iusta causa, fortuito, casu: Ps. QVINT. decl. 4, 13 sidera ista credis -m fortuitoque disposita? (antea: casu fortuitoque). CONC. Cirt. a. 303 (Aug. c. Cresc. 3, 27, 30 p. 347, 2) quomodo te liberasti ab ipsis persecutoribus? ... nam non te dimittebant -m. ARNOB. nat. 2, 5 p. 70, 10 M. persecutione augetur numerus fidelium; an ... haec fieri -m et inaniter creditis? (postea: fortuitis incurisibus). LACT. inst. 7, 3, 23 Democritus mundum sua sponte natum esse dixit, seminibus inter se -m coeuntibus (cf. ira 10, 27 concursu atomorum -m cohaerentium). PALLAD. c. Ambr. fol. 343^v, 4 ut non meritorum causa, sed amicali gratia ... -m crederis indigne (cf. AVELL. p. 595, 17 -m ... accepisse titulos [opp. meruisse]). RVFIN. Greg. Naz. orat. 8, 5, 1 utrumne universitatis ipsius motus -m et fortuito ... incitatur et velut nullo rectore casu haec fiunt ... , an ratione aliqua et ordine eqs. (Migne gr. 35, 940^B κίνησις ... ἀτακτος καὶ ἀνώμαλος). AVG. serm. 8, 10 -m putantur fieri imbres, grandio sim. et quasi ad divinam providentiam non pertinere. MACR. Sat. 7, 15, 11 ne quid ... in pulmonem spiritu -m trahente labatur (dub. huc traxi coll. loco gemino 7, 15, 9 si quando casu aliquid ... deciderit). al. β sine consilio, inconsiderate: VLP. dig. 3, 3, 13 haec neque -m admittenda sunt neque detricte deneganda, sed a praetore causa cognita temperanda (item opp.: 4, 4, 11, 3. cf. 4, 3, 9, 5 merito causae cognitionem praetor inseruit: neque enim -m haec actio indulgenda est. sim. al.). Ps. CYPR. singul. cler. 17 p. 192, 13 non bene succedit, quicquid agitur -m. LACT. inst. 3, 9, 5 Anaxagoran non invenientem quid responderet, effudisse hoc -m (postea: ex tempore dictum). SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 54, 8 non -m nec temere accusatoribus credunt (TRACT. Pelag. 1, 3 p. 9. FAVST. Aug. c. Faust. 18, 3 p. 492, 3 [p. 492, 10 temere]. al.). Ps. HIER. epist. 7, 3 p. 108^A nullo ... modo -m nos nostro iudicio committamus. AVG. gest. Pelag. 6, 18 p. 70, 24 quicquid ... non statuto dogmate, sed -m, ut ad tempus occurrerit, ... profertur (antea: temere indicant). in psalm. 7, 13 non -m verborum tempora (sc. vibrabit, tetendit) praetereunda sunt (51, 1 l. 4. Ps. AVG. quaest. test. I 72 p. 124, 6 non sic -m praetereundum est, sed considerandum eqs.). quaest. euang. 2, 36 quod ait '...', non sine consideratione distinguenda sunt; non enim -m aut quasi temere dicta sunt (CAPREOL. epist. 2, 12 p. 858^B non permixte nec -m). COMM. apol. 46 nemo scibat dominum -mque viventes erant. DRAC. Romul. 10, 313 Medeam ignoto -m nupsisse marito (huc traxit Vollmer in indice ed. mai.; an -m vi locali cum adi. iungendum?). VITA Melaniae (BHL 5885) 4 non -m huiusmodi vestimentum (sc. genus cilicium) indui oportere (si recte huc traximus sec. gr. ποροπετός). al.

2 effusum, non restrictum; respicitur potius: a impetus sim. actionis, fere i. q. effrenate, immoderate sim.: SVET. Iul. 67, 1 militibus licentiam omnem -m lasciviendi permittebat. RVFIN. hist. 1, 1, 2 haeretici -m velut lupi graves gregem Christi lacerantes (gr. ἀπειδῶς ut: IVLLIAN. epit. in psalm. 73, 6^a ita -m ac viliter urbs excisa est, ita ... victorum iram nulla lenitas temperavit, ut eqs. DIONYS. EXIG. vita Pachom. 43 l. 33 C. -m labores vestros incendio concremavi). Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 2, 19 p. 691 substantias caesorum -m diripiebat (gr. 2, 464 ἀδεῶς). CYPR. GALL. iud. 207 vincuntur Solymi -m grassante Chanano (si recte huc traximus coll. Itala iud. 4, 3 [Lugd.] tribulabat ... per potentiam). DRAC. Orest. 811 scelus est, -m rapiatur adulta sponsa toris promissa meis? (huc traxisse videtur Rapisarda, 1951, ad l.; i. q. temere intellexit e. g. Vollmer in indice ed. mai.). b mensura, fere i. q. abundanter, large (pro vi locali sec. SERV. auct. p. 611, 42 hunc colorem etiam alibi intellegere possis, e. g. MELA 3, 87 alimenta -m adposita): APVL. met. 7, 14, 1 praesepium ... hordeo -m repleri iubet. 10, 15, 5 asinum -m expositis epulis inhaerentem (cf. 10, 13, 6 multas numero partes, 10, 14, 1 de tam multis). Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 20 p. 651 Antipatro sumptum -m mea pecunia subministravi (gr. 1, 625 ἀνέδην). MACR. Sat. 2, 8, 5 an Platonem aestimas haurienda -m vina suasisse? (opp. minuta pocula; antea: vino indulgeamus). EVSTATH. Basil. hex. 8, 2, 6 quare ... -m currente sermone subito ... conticuerim (gr. ἀδρόως).

? passimonia: instituta GLOSS. I Ansil. PA 690 (parsimonia ed. dubitanter).

*passio, -ōnis f. a pati sec. gr. πάθος. de origine et notione v. maxime p. 615, 19. 35. 58. 616, 50. 619, 24, ceterum e. g. PRISC. gramm. III [Krusse]

505, 12 a patior (non a 'pando'). *scriptura pasi(o) vix recte exhibetur* INSCR. christ. Diehl 2041, v. enim INSCR. christ. Karth. Ennabli II 1 pas(s) n(onas Martias). *exempla, ubi -o sec. gr. excipitur per adi. vel pron. neutr., collegit Lundström, Lex. errorum interpretum Lat., 1983, 126. legitur vix iam apud VARRONEM, v. l. 20 sqq., sed inde ab APVL. (philos., sexies), TERT. (fere 70^{ies}), primitus sec. t. t. gr. πάθος. [dub. trad. FVLG. myth. 2, 12 p. 53, 9 vini -o liberas mentes facit (vix ad p. 616, 3; potio Zink).]*

significatur status quo quis (quid) patitur, i. q. πάθος (quod gr. respondere solet et infra fere negleximus. usu dicendi neglegentiore respicitur actio tribulandi p. 619, 56; metonymias v. maxime sub IIB1b et 2b, ceterum e. g. p. 617, 21; accedit passim gen. vel adi. pro gen., e. g. p. 616, 3 sqq. 618, 24 sqq. 619, 74 sqq., ? appositio p. 618, 35, praepos. in p. 619, 5, inter p. 618, 72 sqq., pro p. 620, 13): I patitur potius is, qui (id quod) aliqua re afficitur, cui aliquid contingit sim.: A in philosophia (in arithmetica p. 617, 28) et inde in sermone communi respicitur: I perturbatio animi (fere de affectibus mutabilibus, sed de habitu animi perpetuo l. 73 sq. generaliter de facultate, qua quis motibus animi affici potest l. 43). praemonenda ad usum et originem: vox non ante APVL. in usu fuisse videtur, nam VARRO frg. (40 F.) Char. gramm. p. 315, 10 B. generat animi -em (v. vol. X 2, 434, 70 sqq.) cave collatis l. 62 sq. ad verbum afferri putes, cum Varro ut Cic. utatur locutionibus motus animi ling. 6, 48, perturbatio animi frg. Non. p. 363, 15 et usus vocis recentiori aetati tribui vituperarique quodammodo videatur locis sequentibus: HIER. in Dan. 13, 8b quod Graeci vocant πάθος, nos perturbationem — magis quam -em — rectius interpretamur (in Ioel 1, 4 l. 176 quas nos p. interpretati sumus, Graeci πάθη appellant, quae si κακοζήλωσ in -es vertamus, verbum magis quam sensum verbi expresserimus [sim. in Zach. 1, 18—21 l. 493]. Avg. civ. 9, 4 p. 371, 12 D. animi motus auctores quidam ... p., quidam affectiones vel affectus, quidam vero sicut iste Apuleius, de graeco expressius -es vocant. al.).

a in neutram vel in malam partem (apud Christianos saepe de libidinum aestu, peccatis sim., v. maxime sub β; cf. HIER. in Matth. 5, 28 inter -em et propassionem hoc interest, quod -o reputatur in vitio, propassio, licet initii culpam habeat, tamen non tenetur in crimine. pro syn. vitium l. 68; aliter Avg. p. 616, 11): α exempla notionem illustrantia: APVL. Plat. 2, 17 p. 244 iniuriam inordinatam -em et aegritudinem mentis esse (cf. Avg. civ. 14, 9 p. 22, 17 D. cum rectam rationem sequantur istae affectiones, ... quis eas tunc morbos seu vitiosas -es audeat dicere?). Socr. 12 p. 147 debet deus nullam perpeti vel odii vel amoris temporalem perfunctionem ..., sed ab omnibus animi -bus liber nec dolere ... nec eqs. (cf. TERT. adv. Marc. 2, 16 p. 356, 24 ut perperam, quoniam in homine corruptoriae condicionis habentur huiusmodi -es, idcirco et in deo eiusdem status existimentur. HIL. in psalm. 2, 13 ne aliquas demutationes -um perturbationesque motuum cadere in deum credant. sim. al.; cf. l. 54. p. 617, 36 sqq.). 13 p. 147 daemones habentes communem ... cum inferis, i. hominibus, -em (cf. ibid. p. 148 d. differunt ab his deis -e [postea: turbationibus mentis]. CHALC. comm. 131. 135. sim. al.). TERT. anim. 58, 4 semper ... exspectat anima corpus ut doleat aut gaudeat? nonne et de suo sufficit sibi ad utrumque titulum -is? spect. 15 p. 17, 8 spectator non ... immobilis animi est et sine tacita spiritus -e; nemo ad voluptatem venit sine affectu eqs. (cf. ARNOB. nat. 1, 18 deus non irascitur; ubi enim est ullus ... adfectus, ibi esse necesse est -em; ubi -o sita est, perturbationem consentaneum est consequi eqs.). ITALA Gal. 5, 24 (cod. d al.) qui ... Christi sunt, carnem crucifixerunt cum -bus et concupiscentiis (Vulg. vitii; cf. HIER. ad l. p. 422^B quia -o potest et dolorem et ceteras necessitates significare corpusculi, caute apostolus intulit 'desideria', ut non naturam corporis videretur ... negare, sed vitia). IREN. 1, 2, 2 Sophia passa est -em sine complexu coniugis et peperit; ... -em autem esse exquisitionem patris (item in eadem re sc. pellucente respectu rei veneriae [cf. e. g. p. 617, 80]: 2, 12, 3. al.). SERV. Aen. 6, 733 Varro et omnes philosophi dicunt quattuor esse -es, duas a bonis opinatis et duas a malis opinatis rebus: ... dolere et timere, ... gaudere et cupere (sim. georg. 2, 499. cf. e. g. Cic. Tusc. 4, 14 omnes perturbationes ... fieri ... opinione eqs.). HIER. hom. Orig. in Ezech. 6, 7 p. 385, 11 propheta describit ... -es nostras et humana vitia et ... pravitates (hom. Orig. in Luc. 37 p. 211, 4 multis sumus -bus v. que subiecti [pro una voce gr. πάθος ut RVFIN. hist. mon. 13 p. 432^D]. ARNOB. in psalm. 101 p. 470^B renuntiemus ... v. et -bus. al.). AVG. civ. 8, 17 p. 346, 21 D. quia verbum de verbo πάθος -o diceretur motus animi contra rationem. BOETH. anal. pr. Arist. lat. (rec. Flor.) 70b15 si est ... specialiter alicui generi individuo existens -o, ut leonibus fortitudo (sim. al. in eodem capite de physiognomonia). et saepe.

β iuncturae potiores (iterantur nonnulla supra allata): ① cum adi.: APVL. Plat. 2, 17 p. 244 inordinatam -em. TERT. cult. fem. 1, 9 l. 15 vitiosa animi -o (AVG. civ. 14, 9 p. 22, 17 D.). adv. Iud. 3, 13 humanis -bus contaminatus (test. anim. 1 p. 134, 20. quae potius ad affectionem corporis spectant v. p. 617, 37). AMBR. Noe 27, 102 diluvium corporalium -um (VITAE patr. 6, 4, 27 CASSIOD. Didym. in I Petr. 2, 11 p. 23, 29. al.; cf. PALLAD. hist. mon. I 2 p. 262^C hominem qui sic superavit corporeas -es [gr. p. 34, 12 B. ἀπαθέστερον ... ἀνθρώπων]). RVFIN. Orig. in cant. prol. 69, 5 indecora. CASSIAN. inst. 1, 7 petulantia

carnalium -um (8, 2 conl. 5, 4, 5). FAVST. REL. grat. 1, 2 p. 14, 14 obscenae -is iniuria. ORIG. in Matth. 13, 16 p. 220, 11 muliebres -es (gr. τὰ ἀφροδίσια). al. ② cum subst.: accedit gen.: APVL. Socr. 12 p. 147 ab ... animi -bus liber (TERT. cult. fem. 1, 9 l. 15 paenit. 1, 1 SACERD. gramm. VI 447, 3. CHALC. comm. 308 -bus commotionibusque animorum nostrorum. et saepe). ITALA Rom. 7, 5 (cod. d = VVLG.) -es peccatorum ... operabantur in membris nostris (Tert. monog. 13, 4 -es delictorum, Ambrosiast. ad l. vitia peccatorum, gr. παθήματα). I Thess. 4, 5 (cod. d al. = VVLG.) in -e desiderii (Tert. pudic. 17 in libidine concupiscentiae, Aug. civ. 14, 16 in morbo d.; versionem in -e d. reicit Avg. nupt. et concup. 2, 33, 55 -o in latina lingua, maxime usu loquendi ecclesiastico [cf. infra IIB], non ad vituperationem consuevit intellegi. ceterum iunctura exstat: Ps. TERT. haer. 4 p. 220, 15). CHALC. comm. 135 -i affectus accomodatior est daemon. HEGES. 4, 25, 2 inlicitarum libidinum -es (AVG. pecc. orig. 36, 41). HIER. hom. Orig. in Ier. 2, 2 p. 292, 12 confusam habetis animam a variorum -e vitiorum (in Is. 5, 22). PELAG. in Rom. 7, 5 -o concupiscentiae (CASSIAN. inst. 8, 8, 2 voluptuosam c. -em. ORIG. in Matth. 15, 1 p. 350, 5 [gr. τὸ τῶν τοιοῦτων ἐπιθυμητικόν]). RVFIN. Basil. hom. 1, 5 p. 1730^C cogitationes malae ex -bus carnis atque animae motibus generatae (Op. imperf. in Matth. 1 p. 631 ut ex -e c. et sanguinis ... succedente humore homo corruptibilis nasceretur. CASSIOD. Didym. in I Petr. 2, 11 p. 23, 33. aliter e. g. p. 617, 44). al. gen. -is pendet e subst.: HIL. frg. min. B I 2 p. 230, 8 conluctantium adversus nos -um concertatione (antea: vitiorum. cf. HIER. hom. Orig. in Ier. 2, 1 p. 290, 15 bella ... -um). RVFIN. Orig. in cant. 4 p. 229, 24 -um fluctibus ... et vitiorum procellis (cf. p. 615, 80. AVG. civ. 9, 3 p. 370, 26 D. -um tempestate). Orig. princ. 2, 10, 5 ex his -um vitiiis (AVG. civ. 9, 6 p. 376, 29 D.). al.

b in bonam partem, sc. amor, pietas, devotio sim.: Ps. HIL. libell. 11 p. 85, 8 omni continentia et -e devota viris iustissimis coaequatur femina Christiana. HEGES. 1, 1, 7 militari compressu ... superior factus iustae -is adfectu superabatur matris miseritus (antea: pietatis officia; gr. 1, 57 δικαίου πάθους, sed Ps. Rufin. 1, 2 p. 598 iusto ... dolori). 1, 17, 1 p. 27, 24 cultus sacri observantiam si quis periculi metu deserat, sacrilegium est, si quis impleat, sacrificium et piae -is victoria. 5, 2, 1 p. 298, 14 ubi est illa Macchabaeorum fides ...? ubi est illa devotio patrum, pulcherrima -um omnium, qua se ... pro templo dei morti offerebant? 5, 40, 2 p. 384, 19 (log. mater quae infantem comedit) et me tenebat -o, sed vicit necessitas (I p. 383, 8 fecimus quod pietatis fuit, faciamus quod suadet fames). 5, 53, 2 p. 416, 25 compresso viriliter affectu -em excluserunt, caedem implebant Iudaei uxores interficientes. EVSEB. EMES. serm. 26, 11 p. 181, 8 -o illa in homine, de qua dictum est (deut. 6, 5): diliges dominum deum tuum eqs. RVRIC. epist. 1, 3 p. 355, 26 quid dilectio ... sibi vindicet, consciuum mutuae -is pectus agnoscit. PRISC. rhet. 9, 28 p. 558, 15 allocutiones passionales sunt, in quibus -o, id est commiseratio perpetua, inducitur, ut quibus verbis uti potuisset Andromache mortuo Hectore. FACVND. defens. 2, 4, 16 Isidorus Pelusiota arguit illum velut animi -e et aemulatione caecatum (in epist. allata 2, 4, 14, ubi compassio; Migne gr. 78, 361^C προσπάθεια, Conc. I 4 p. 9, 19 assentatio). RVSTIC. c. aceph. p. 1209^C -o non solum ... malorum ... dicitur, sed et ... bonorum, ita ut et ipsa beatitudo creaturarum -o nominetur. PASS. Theclae A 31 p. 86, 3 Trifena quae habuit in ancillam tuam condolentem -em, quae me castam servavit (aliae rec. fere: condoluit, gr. συμπάθησον). al.

2 quaelibet affectio (sc. mutationes, corruptiones sim. et quaecumque cui contingunt vel fortuito adhaerent; usu laxiore de quolibet eventu v. p. 618, 6): a usu generali vel indefinito: α exempla varia: TERT. adv. Hermog. 36, 4 si qua incorporalia eis substantiis adsunt, aut actus aut -es aut officia aut libidines, non portiones deputamus. adv. Marc. 4, 4 p. 429, 2 prior erit res -e et materia aemulatione. ARNOB. nat. 2, 26 p. 98, 5 M. quicquid ... causa ingruente ... mutatur ..., id ... natura ... passivum est; quod autem est ... expositum -i, corruptibile est (sim. 7, 5 p. 348, 9). CHALC. comm. 76 generatio ..., mors ..., incrementa ..., imminutiones ..., commutatio transitioque ...: quae cunctae -es originem trahunt ex motu planetum. 226 proprium essentiae fore, suscipere contrarias -es vicissim eqs. (319. loci spectant ad Arist. categ. 4a11 τῶν ἐναντίων εἶναι δεκτικόν). MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 32 p. 1065^C motio enim -o et motione -o; ... statum ... esse in motione -o est, et in motione esse a statu est -o. HIL. syn. 44 contrahi et dilatari corporalis est -o (postea: per deminutionem substantiae. cf. EVSEB. EMES. serm. 2, 1 divisiones ... et scissiones corporum sunt -es. sim. al.). al. β -o categoria est Aristotelica τὸ πάσχειν (pati appellatur e. g. Cassiod. inst. 2, 3, 10): CHALC. comm. 319 silvae detrahimus haec omnia quae categoriis praedicantur, quando -em ... ipsam, quae propria eius silvae videtur, adimimus ideo, quod ... aliis (id est corporibus) intra eam perpetentibus illa concors perpressionis putetur; denique -o (eius) eiusmodi est, ut ipsa quidem in nihil aliud convertatur, sed, quia recipit ea quae mutantur, pati aliquid falso putatur. Avg. trin. 5, 4, 6 omnia ... accident eis rebus creatis, ... et loca et tempora et opera atque -es. CLAUD. MAM. anim. 1, 19 p. 69, 13 de deo dicimus nec actum ... nec -em (cf. BOETH. trin. 4, 90 situm -emque requiri in deo non oportet). γ -o species est qualitatis, categoriae Aristotelicae (sec. Arist. categ. 9a28 sqq. παθητικαὶ ποιότητες καὶ πάθη distinguuntur passivae qualitates apud Ps. Avg., passi-

biles q. *apud* MART. CAP. et BOETH.): Ps. AVG. categ. 12 (115 M.-P.) p. q. sive -es. *ibid.* (119) p. q. et -es quae sunt huiusmodi: austeritas, caloratio . . . ; quae non idcirco p. dicuntur quod patiantur aliquid, sed quod faciunt -em; mel namque . . . dulcem gustantibus efficit -em. *ibid.* (122) est inter p. q. et -es ista discretio, quod -es ad tempus exortae facile commutantur, p. vero q., . . . , perpetuo perseverant. MART. CAP. 4, 368 dicuntur qualitates passibiles quae nobis ex aliqua -e naturae inoleverint, secundum quas 'pallidus' quisque . . . dicitur; non tamen ita ut quis aliqua repentina causa . . . pallet . . . , nam ipsae -es rectius, non qualitates appellantur. BOETH. categ. Arist. lat. 9a29sq. (*sim. ac Ps. AVG. supra*).

b usu magis definito patiuntur: α *res naturales* (numeri BOETH.): APVL. mund. 10 haec sat erit de iis, quae udis elementis aquisque contingunt; verum aliae sunt -es, cum . . . venti generantur eqs. 18 his -bus contingit, ut quaedam terrae exspirent halitus, aliae vomant saxa eqs. AMBR. hex. 1, 3, 11 *mundus aeternus non est*, quoniam cuius partes corruptioni et mutabilitati subiacent, huius necesse est universitatem isdem -bus . . . subiacere (*Basil. hex. 1, 3 p. 12^A παθήματα, Eustath. 1, 3, 7 casibus*). HEGES. 1, 32, 6 p. 62, 27 -es elementorum (*antea*: insensibilium commotiones . . . , terrarum motus). EVSTATH. Basil. hex. 2, 3, 4 (*metonymice; explic. gen. 1, 1 fecit deus caelum et terram*) plura reticuit, id est ignem, aquam, aerem, quae utique -es quaedam de illis principalibus procreatae sunt. 6, 3, 6 de lunae . . . -bus (*sc. de incrementis et defectionibus*). EVSEB. EMES. serm. 21, 5 p. 105, 20 (21, 4 aer . . . per aquas penetrat) istam . . . -em quam aquae ab aere patiuntur. CASSIOD. Ios. antiq. 1, 156 per terrae -em et maris et ea quae contingunt circa solem et lunam (*gr. παθήμασι*).

al. in *arithmetica*: BOETH. arithm. 1, 4 p. 13, 23 par numerus est, qui sub eadem divisione potest in maxima parvissimaque dividi, maxima spatium, parvissima quantitate, secundum duorum istorum generum contrarias -es, (*iteratur p. 14, 13, ubi explicatur*: praedocuimus enim quantitates in infinitas pluralitates ad crescere eqs. . . ; hic contra evenit. *Nicom. arithm. 1, 7, 3 ἀντιπεπρόθησι*).

β *animantes eorumque partes*: ① *strictius de -e affectio-num, sc. quibus quis tangitur, mutatur, corrumpitur sim.*: ② *quaeritur utrum deus vel Christus -i obnoxius sit necne (quae ad solas animi perturbationes spectant v. p. 615, 43sq.)*: TERT. nat. 1, 10, 38 *Homerus casibus et -bus humanis deos imbuens; . . . Venere[m] sauciat sagitta eqs. (adv. Marc. 2, 27 p. 373, 10 Christum h. -bus obiectum . . . esse. adv. Prax. 16 p. 257, 14 Christus -es h. et sitim et esuriam et lacrimas et ipsam nativitatem ipsamque mortem erat subiturus. IREN. 2, 13, 10 [antea: quae accidunt hominibus]. al.; cf. p. 615, 79)*. adv. Marc. 3, 8 p. 390, 1 si caro eius *Christi* negatur, quomodo mors eius adseveratur, quae propria carnis est -o? (*cf. Avg. civ. 17, 18 p. 244, 29 D. Messiam alienum a mortis -e confingunt Iudaei. CHROMAT. in Matth. 38, 4 E.-L. corpus solummodo mortis -em suscepit. al.*). LACT. inst. 4, 22, 3 *ut deus se infirmitate carnis oneraret, ut -bus, ut dolori, ut morti se ipse subiceret (nisi ad 1)*. MAR. VICTORIN. homous. 3 *apud deum generatio non est immutatione generatio, neque ulla -o ibi vel fantasia aliqua -is (item in generatione filii: HIL. syn. 17 creantis . . . opus non habet -em [antea: sine imminutione . . . ac demutatione sui . . . genuit]. 20 per emanationem aut aliquam -em . . . filium subsistentem putant haeretici. 23 sine -e [Epiphani. haer. 73, 11, 6 ἀπαθῶς]. RVFIN. Orig. princ. 4, 4, 1 absque ulla corporali -e. et saepius). HIL. trin. 4, 2 -bus nostris spiritualia comparare. al.*

③ *respicitur actio sentiendi (facultas potius l. 63)*: TERT. anim. 12, 4 et sensus -es facit Aristoteles (*e. g. anim. 424a1*), . . . et sentire enim pati est. 12, 5 alterius, *sc. animi*, erit et -o et sensus et sapor omnis et actus et motus, alterius, *sc. animae*, autem otium et quies et stupor. 25, 3 respondete matres: . . . vestrae -is fides convenitur, an aliquam in fetu sentiatis vivacitatem. resurr. 17 p. 47, 21 carnem . . . idcirco repraesentandam esse iudicio dei, quia aliter anima non capiat -em tormenti seu refrigerii. test. anim. 4 p. 139, 10 si nihil -is est tibi post mortem, si nulla sensus perseverantia. CHALC. comm. 194 est . . . sensus -o corporis quibusdam extra positus et pulsantibus varie eadem -e usque ad animae sedem commeante; quae -o cum est lenis . . . voluptas cognominatur; porro si asperitate quadam praedita -o, doloris nomen accipiet (*sim. Avg. civ. 14, 15 p. 37, 11sq. D. aliquid animae, quod carnis afficit -o vel aspera . . . vel lenis*). 220 (*e Chrysippo, v. Stoic. vet. frg. II 879*) cuiusque sensus intellegere -em (FAVST. REI. epist. 9 p. 213, 26 quinquē sensuum -es). AMBR. hex. 4, 6, 26 *obutu nostro species minuitur solis lunaeque, non magnitudo detrahitur; neque enim infirmitatem nostrae -is -i luminarium debemus ascribere (Basil. hex. 6, 9 p. 140^B ἢ ὄψις ἡμῶν . . . τὸ οἰκεῖον πάθος τοῖς ὀρατοῖς ἐπιφέρουσα, Eustath. 6, 9, 8 inbecillitatem)*. AVG. mus. 6, 2, 3 in ipsa -e aurium cum aliquid auditur (6, 4, 7). BOETH. cons. 5 carm. 4, 32 -o, cum lux oculos ferit. al. ④ *vario usu*: TERT. anim. 5, 5 (*sec. Cleanth. Stoic. vet. frg. I 518*) corporalium et incorporalium -es inter se non communicare; porro et animam compati corpori; . . . igitur anima corpus ex corporalium -um communione. carn. 20 l. 42 an . . . manare soleant ubera sine vulvae genitali -e (*[postea: vulva . . . nihil passa]*). 23 l. 32 adaptatae v. nuptiales -em). resurr. 40 p. 84, 18 cuius carnis est proprie -bus corrumpi. 57 p. 116, 22 vitiatio corporum accidens res est; . . . etiam si in utero vexemur (*vitiemur var. l.*), iam hominis est -o; prius est genus quam casus. CLAUD. DON. Aen. 2, 210

p. 177, 11 si metus intervenerit, qui frigore non caret, excluditur calor e corpore perindeque convalescente gelida -e consumitur quod calebat. HIER. hom. Orig. in Luc. 25 p. 149, 18 *anima* per totum diffusa corpus -bus illius subiacet (*cf. Avg. anim. 2, 6, 10 animam . . . vindicare a -bus c. sim. al.*). al.

⑤ *laxius de -e quorumlibet eventuum, sc. quos quis experitur, transit sim. (nisi quaedam potius sec. usum sub IIA illustratum explices)*: TERT. resurr. 33 p. 73, 4 quae ad dispositionem et transactionem et -em regni <et> iudicii et resurrectionis praedicantur (*v. Evans, 1960, ad l.*; minus probabiliter regni Iudaici et resurrectionem Borleffs c. cod. T). virg. vel. 11, 9 post . . . nuptiarum -em (*cf. p. 617, 81*). CHALC. comm. 222 quod corpus potest . . . iuxta . . . animae patrociniū motus . . . vitales exercere in agendo, vitae quoque -es experiri. CASSIOD. hist. 12, 9, 1 multi . . . Christiani sunt facti propter huiusmodi -em (*seq. narratio rei gestae, quae concluditur 12, 9, 7 pro hac . . . -e conversi sunt*). Ios. antiq. 1, 80 (*de diluvio*) contigit . . . haec -o sexcentesimo anno nativitatis Noe (4, 222 [*respicitur deut. 21, 8*] numquam tam malam -em [*sc. homicidium*] in illa terra contingere).

β *in medicina de affectionibus corporis aegri (animi e. g. l. 46; immisceri notionem sub II illustratam vix mireris, cf. GLOSS. II 391, 50 πάθος ἐπὶ νόσον: -o, vitium. apud medicos recentiores, maxime CAEL. AVR. et CASS. FEL., substituitur fere in locum vocis q. e. morbus, v. Wölfflin, Ausgew. Schr., 1933, 199)*: 1 *accedunt determinationes: a subst. (gen. praeter l. 33) indicantia: partem corporis aegram vel ipsum aegrotum*: TERT. anim. 25, 4 si livor ac rubor sanguinis -o est. IREN. 4 praef. 2 (*in imag.*) qui ignorat -em eorum, qui male valent. ARNOB. nat. 1, 47 debilitates et corporum -es, surdi manci et muti. CHALC. comm. 224 cardiacam -em . . . -em non cordis esse, sed stomachi (*cf. Alex. anim. p. 98, 23 Br. ubi respondet καρδιακή νόσος . . . καρδίας πάθος ἐστίν*). PELAGON. 183, 1 -es equorum. VEG. mulom. 2, 5, 1 -o thoracis (*Chiron 260 ratio*). Ps. HIPPOCR. epist. 5 hinc sciae -o erit dolorque coxarum. CASS. FEL. 1 p. 2, 7 capitis (2 p. 10, 12. 24 p. 40, 21. al.). al. *morbum*: PELAGON. 183, 1 roboris. VEG. mulom. 1, 16, 4 elephantiasi morbo et omnibus malei -bus. VINDIC. med. 33 bulimi. THEOD. PRISC. log. 37 cholera -o molesta (*nisi -o pro praedictivo; colerica var. l.*). CASSIAN. conl. 24, 15, 2 cefalargiae . . . -em, . . . otalgicum morbum. al. b *adi. fere genus morbi indicantia*: IREN. 1, 16, 3 hi qui in phreneticam -em inciderunt (*[gr. διάθεσιν]*). VINDIC. med. 44 CAEL. AVR. acut. 2, 1, 3 CASS. FEL. 30 p. 60, 4. al.). ARNOB. nat. 2, 11 p. 77, 17 annosas dissolvere -es (*cf. chronica vel chronia -o vol. III 1030, 61sq. 84sq. nec non CASS. FEL. 1 p. 2, 7 inveterata -o quam Graeci chronias diathesis vocant*). PALLAD. 3, 31, 2 limum dysintericae -is. CHALC. comm. 224 cardiacam -em (*[gr. v. l. 29]*). SCHOL. Hor. gloss. I sat. 2, 3, 30 [*lethargicus*]. CAEL. AVR. acut. 2, 34, 180. 2, 35, 187. al.). SCHOL. Hor. epist. 1, 8, 1 quae -o vocatur lethargica sive accidia (*[antea: aegritudine animi]. al. v. vol. VII 2, 1186, 79sq.*). VEG. mulom. 1, 6, 1 erratica est (*antea: articularis . . . morbus*). 1, 14, 2 contagiosa. 2, 88, 1 roborosa. HIPPOCR. num. sept. 27, 50 pleuritica -o (VINDIC. med. 37). Ps. SORAN. quaest. med. 8 in acutis -bus (85 oxea dicuntur a. -es. THEOD. PRISC. log. 24 acuta . . . et temporalis. 39 [*postea: aegritudinum*]. al.; *cf. celer vol. III 752, 78sq., ubi addere possis CAEL. AVR. acut. 1, 17, 178 celerrimis vel acutis. al.*). Ps. APVL. herb. interpol. 110 l. 22 synanchica -o (CASS. FEL. 37 p. 81, 4. 11. al.).

2 *exempla varia*: IREN. 2, 23, 2 quidam sanatur a domino XXXVIII annos habens in sua -e (*sec. Ioh. 5, 5 in infirmitate, gr. ἀσθενεία*). FORTVN. gramm. VI 283, 12 (*in comparatione*) metra quaedam sumunt . . . nomina . . . a -bus, ut coluros et scazontas versus dicimus. PELAGON. 140, 2 -o ipsa (*sc. dysuria*) anorectos facit (*sc. equos*). 141, 1 evenit . . . suprascripta -o nimio cursu. 183, 2 in his tam similibus signis -um (VEG. mulom. 1, 29, 2 s. causasque [*item 1, 38, 5*]. 1, 44, 1. al.). 269, 4 in ipsa . . . necessitate -is sanguinem detrahere (VEG. mulom. 1, 56, 34). 448, 2 optandum est, ut potius priora equi ab . . . -e teneantur. CHIRON 210 quae -o doloris enfragma dicitur (230 ad sanandum omnem -em d.). VEG. mulom 1, 9, 3 quae -o pullis . . . perniciem consuevit inferre (*Chiron 195 morbus*). 2, 17, 1 quodsi vis -is intulerit hypochysin (*cf. CAEL. AVR. acut. 2, 19, 124 vehementiam -is [ibid. in declinatione -is]. et saepe*).

γ *in arte grammatica et metrica (v. etiam l. 58; ad rhetoricam cf. p. 615, 21. 616, 46)*: 1 *variousu*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 93, 22 (*in metro ionico pes uno tempore deficiens completur sequenti pede*) huius modi . . . inter se συζυγίας -em sive communionem musici ἀνάκλασιν vocant (*sim. 94, 19 inter syzigiās -o*). 102, 27 per ἀντιπάθειαν . . . id est per contrarium adfectum seu -em, iunguntur contraria metrorum genera. PRISC. gramm. III 110, 10 contrariae similiter -es per defectionem fiunt litterae et syllabae et dictionis et orationis, ut 'sūt' pro 'sivūt' eqs. 460, 15 commata (*i. caesurae*) . . . sunt tria: tertia trochaica, semi-quinaria et semiseptenaria; quarta enim bucolica magis -o, est, sicut hemiepes . . . et quae inveniuntur per singulos pedes (l. sc. quae casu, non lege quadam fit; bucolicam diaeresin fere contemni docet e. g. Fortun. gramm. VI 292, 21). 2 *respiciuntur partes orationis (maxime verba), quae quem (quid) pati significant*: CHAR. gramm. p. 213, 16 B. cum omnia verba aut actione activa aut -e passiva . . . dicantur (*cf. BOETH. herm. pr. 1, 3 p. 56, 9 verbum aut -em aut actum designat. al.*).

SERV. Aen. 10, 341 'vitabundus' (Sall. Iug. 38, 1) quia nomen est *nec verbum*, ideo significat similitudinem, non -em (*sim. ibid. iterum*). HIER. epist. 55, 2, 6 aliud est peccare 'per corpus', aliud 'in corpore' (*cf. I Cor. 6, 18*); ... 'per' praepositio ministerium habet, 'in' autem in se -em. MACR. somn. 2, 15, 14 'secari' ... et 'teneri' -o est, ideo considerationem et facientis et patientis amplectitur; ... *sed cum medio-passive* 'moveri' dicitur, ... nulla potest suspicio -is intellegi. CONSENT. gramm. V 366, 4 *verborum* eorum ... quae actum significant, quaedam talia sunt, ut in alio actus, in alio -o constituta sit, ut cum dicimus 'seco', 'uro', necesse est, ut administrantem et patientem unius intellectus ratio comprehendat (*syn. patientia*). PRISC. gramm. II 394, 5 'ruo', 'cado' *sim.* absolute prolata reciprocam -em, id est *ἰδιοπαθειαν*, significant. III 17, 15 'sui' pronomem ... ad verbum ... ponitur reciprocum, id est sui -em significans (166, 30 reciprocaem, id est sui -em, fieri et eandem personam agere aliquid in se simul et a se pati. 167, 2 Graeci ... compositis utuntur pronomibus in sui -e, id est *ἰδιοπαθειᾶ*, ut *ἐμαυτὸν διδάσκω*. 276, 4 quae *verba* cum ... magis sui -em demonstrent, tamen, quia activam habent vocem, accusativo coniunguntur, ut 'trepido'. *al.*) 176, 19 Graeci ... composita invenerunt pronomina ... quae *ἰδιοπαθῆ* vocant ...; simplicia vero *ἄλλοπαθῆ* nominant, id est 'extrinsecus -em facientia' vel 'patientia', ut 'doceo te, doceor a te'. *al.*

II *patitur potius is, qui aliquid perpetitur, tolerat, cum dolore sustinet sim.* (*morbos sim. v. sub IB; cf. HIL. syn. 49* passibilitas naturae infirmis significatio est, -o autem est eorum quae sint illata perpassio): A usu communi (*sive de perpassione singulorum malorum, iniuriarum sim. ut e. g. l. 29 sqq., sive generaliter de labore, luctu, sorte misera sim.; cf. etiam p. 618, 6*): PS. APVL. Ascl. 28 incredibiles ... post delicta cogentur credere non verbis sed exemplis, nec minis sed ipsa -e poenarum (*cf. l. 35; item accedit gen. obi.: TERT. test. anim. 4 p. 138, 18 caro meruit iudicii -em [cf. p. 617, 61. 618, 9]. virg. vel. 3, 7 publicatio virginis bonae stupri -o est [postea: vim carnis pati]. PAVL. NOL. epist. 14, 2 infirmitatum. AVG. serm. 46, 11 flagellorum. al.*). TERT. adv. Marc. 2, 18 p. 359, 23 facilius timor talionis per eiusdem saporem -is (*postea: id ipsum pati, quod feceris aliis*). 2, 24 p. 368, 26 poenam ipsam malitiam (*e. g. Itala Ion. 4, 2 [ibid.] paenitentem malitiarum deum*) nominavit ex malo et merito -is ipsius. ITALA gen. 27, 41 (*Hier. epist. 36, 16, 5. al.*). adpropient dies -is patris mei (*sec. var. l. gr. πάθους pro πένθους, Lugd. mortis, Vulg. luctus*). ARNOB. nat. 2, 30 p. 102, 5 M. in Tartaro nullum sensum mortiferae -is adsumere. PS. HIL. libell. 20 p. 92, 13 est ... patientia omnium iniuriarum et -um tolerantia. SCHOL. Cic. Bob. p. 125, 28 multa Ciceronem, vel iratum vel dolentem, de -bus suis ... exaggerare solitum (*cf. p. 137, 18 significatio -is eius Tullii eluxit ex Accii fabula praetexta*). HEGES. 2, 18 p. 180, 1 Simonis -o acerba visu et auditu miseranda (*Ps. Rufin. 2, 19 p. 692 interitum*). 2, 18 p. 181, 13 parentes, uxorem liberosque interfecit et tamquam triumphatis (-tus var. l.) domesticis -bus, quod neminem suorum alieno gladio vidit perire, sibi mortem conscivit. 5, 18, 3 p. 337, 6 Iudaeorum miseranda ... -o Tito videbatur tantarumque acerbitas calamitatum (*gr. 5, 450 πάθος tantum, Ps. Rufin. 6, 12 p. 797 calamitas*). HIER. tract. in Is. p. 99, 21 ut in more animalium ... filios adultos relinquerem -i et suo labori dimitterem. PETR. CHRYS. serm. 117, 3 Maria nullas partus pertulit -es (*syn. dolor*). NOVELL. Iust. 30, 9 pr. qui suas ei proconsuli ... defleverit -es. GREG. M. moral. prol. 9 in temptatione Iob diabolus intuens quia per dolorem corporis pervenire nequiverit ad -em mentis. respicitur magis -o, quae infertur alicui: HIL. in psalm. 52, 16 cum fuerit iniquis ius -is in carnem, in aeternam tamen divinitatis et impassibilem naturam nihil licuit -i. CASSIOD. hist. 9, 30, 2 iusto furori inmensam permiscens crudelitatem iniustam operatus est -em.

B usu christiano (*cf. testimonium AVG. p. 616, 11*): 1 patitur Christus generis humani redimendi causa (*ad rem cf. e. g. l. 76; disting. -o Aeonis l. 80. p. 620, 25, alterius Christi p. 620, 38*): a proprie: α sing.: ① iuxtaposita sollempniora: TERT. bapt. 11 p. 210, 25 tingebant discipuli Christi ... baptismo Iohannis ... nondum ... instructa efficacia lavacri per -em et resurrectionem (13 p. 212, 26sq. *al.* HIL. myst. 1, 1, 4 FILASTR. 106, 4. AVG. in psalm. 138, 4 [*ad 138, 2 cognovisti sessionem meam et r.] intellege ... -em meam et r. [inde ITALA Sangerm.; rec. cett. sessiones, gr. καθέδραν]. al.*). CYPR. elem. 17 p. 387, 9 cruce et -e eius redempta mulier (*mortal. 14 p. 306, 4 patient. 6 p. 402, 6. 7 p. 402, 8 HIER. epist. 16, 2, 3. 47, 2, 2. al.*). Demetr. 22 p. 367, 9 ad -em et sanguinem Christi (*domin. orat. 13 p. 275, 26 elem. 23 p. 391, 4. al.; cf. elem. 22 p. 390, 9 pretio -is et cruoris*). AVG. epist. 205, 2, 9 in contumelia -is mortisque (FVLG. RVSP. incarn. 5, 16. *al.*). ② -o domini, dominica *sim.*: TERT. bapt. 19 p. 217, 2 die paschae -o domini ... adimpleta est (*pudic. 11 p. 241, 14 a redemptione carnis, id est domini -e. al.* CYPR. epist. 63, 7 FIRMIL. Cypr. epist. 75, 2. et saepe). adv. Iud. 10, 13 (= adv. Marc. 3, 19 p. 408, 24) vicesimus primus psalmus totam Christi continens -em (PS. TERT. haer. 2 p. 218, 1. IREN. 2, 20, 3 C. -o similis non est -i Aeonis. CYPR. epist. 63, 15 PRISCILL. can. praef. p. 102, 6 OPTAT. 3, 7 p. 89, 23. et saepe). adv. Marc. 3, 7 p. 388, 6 notatus insignibus dominicae -is (*praescr. 36 l. 12 Petrus -i d. adaequatur. al.* CYPR. domin. orat. 24 patient. 16 epist. 63, 3. et saepe). LVCIF. epist. 7 l. 17 D. -em salvatoris (AMBROSIAS. in I Cor. 1, 27, 2 rec. γ *al.*). PRISCILL. tract. 6, 108

p. 79, 24 divinae -is (PALLAD. c. Ambr. fol. 340^v, 40). *al.* ③ *gen. -is pendet e subst.*: TERT. fug. 8, 4 (*sec. Matth. 26, 39*) postulavit ... a patre ... transiret ab illo calix -is (PRISCILL. tract. 6, 99 HIER. in Matth. 26, 39. *cf. QVODV. prom. 1, 38, 55 -is poculum*). adv. Iud. 10, 5 sacramentum -is ... figurari in praedicationibus oportuerat (CYPR. epist. 63, 14 p. 713, 8 testim. 2 capp. 15. *al.; cf. Ps. HIER. epist. 7, 7 p. 113^a si ... omnes qui credimus, s. in baptismo -is accipimus*). 10, 6 (= adv. Marc. 3, 18 p. 406, 14) lignum -is (*al. v. vol. VII 2, 1389, 21 sqq., addas e. g. Ps. CYPR. mont. 9 p. 114, 7. 17*). CYPR. domin. orat. 26 p. 286, 20 tempore -is (*epist. 14, 2 p. 511, 12. 59, 4 p. 671, 5. al.; cf. epist. 3, 2 p. 471, 2 ad -is diem [63, 9 p. 708, 1. al.]*). epist. 63, 17 p. 714, 24 calicem in commemorationem ... -is eius offerimus (*sim. memoriam: AVG. trin. 3, 4, 10 quod ... consecratum ... sumimus ... in memoriam pro nobis dominicae -is. HESYCH. in lev. 2, 5/6 p. 808^b. al.*). ZENO 2, 52 (1, 26 L.) -is resurrectionisque ... celebrare mysteria (*al. v. vol. VIII 1754, 57 sqq.*). *al.* ④ *varia*: TERT. bapt. 9 p. 208, 27 perseverat testimonium baptismi usque ad -em (*mentione aquae Matth. 27, 24 Ioh. 19, 34*). adv. Iud. 10, 1 (*item fere adv. Marc. 3, 18 p. 406, 1*) -em crucis in Christum praedicatam esse (10, 14 CYPR. testim. 2 capp. 21 Ps. CYPR. mont. 9 p. 114, 16. *al.; cf. -o ligni vol. VII 2, 1389, 20 sq.*). adv. Prax. 30 p. 287, 8 exclamantem in -e (*Matth. 27, 46*): 'deus meus eqs.' (*pudic. 22 p. 272, 4 in ipsa -e liberavit latronem. CYPR. epist. 63, 8 p. 706, 20. testim. 2 capp. 23 quod medio die in -e eius tenebrae futurae essent. QVODV. grat. 2, 7, 15 Petrum, quem in sua -e demonstravit ter negantem. al.*). IREN. 2, 20, 3 Aeon ... passus est -em dissolutionis (*cf. p. 615, 61*) ... ita ut periclitaretur ... corrumpi, dominus autem ... passus est -em validam eqs. GAUDENT. serm. 6, 16 G. salutarem domini -em (DRAC. laud. dei 2, 527. *cf. FILASTR. 82, 6 saluberrima*). AMBR. c. Aux. 13 carnem -e susceptae mortis exuerat. SYMB. Corp. Christ. 69, 275 passus est -e sub Pontio Pilato. *al.*

β plur. (*sc. respiciuntur magis singula quaeque quae passus est, sed -es utriusque Christi l. 38*): TERT. carn. 5 l. 2 contumelias et -es dei (9 l. 32sq. ipsae -es ipsaeque contumeliae loquuntur, -es quidem humanam carnem, contumeliae vero inhonestam. *cf. ALC. AVIT. epist. 30 p. 61, 13 inter -um contumelias*). 5 l. 48 virtutes spiritus dei deum, -es carnem hominis probaverunt (*sim. l. 50 bis. NOVATIAN. trin. 11, 4 D. -es ostendunt in illo humanam fragilitatem. al., cf. etiam supra l. 33*). adv. Marc. 3, 19 p. 409, 11 ut diversitas -um ac per hoc etiam personarum (*a creatore vel a bono deo missarum*) ex diversitate praedicationum vindicetur. 4, 21 p. 489, 24 obeundarum -um necessitatem. ITALA II Cor. 1, 5 (*cod. 78 al. = VVLG.*) abundant -es Christi in nobis (*gr. παθήματα, ut locis sacr. script. sequentibus. cf. Phil. 3, 10 [ibid.] societatem -um illius. I Petr. 4, 13 [Cypr. epist. 58, 2 al., sim. VVLG.] quotienscumque communicatis Christi -bus*). I Petr. 5, 1 (*Ps. Aug. spec. 47, sim. VVLG.*) ego testis Iesu Christi -um. PRISCILL. tract. 6, 99 relictum se in -bus a deo tamquam homo queritur. HIER. epist. 65, 8, 2 -bus crucis. *al.*

β fere metonymice transfertur ad: α cenam dominicam et sacramentum inde ortum (*nomine -is comprehenditur etiam cena supra l. 12 sqq. et e. g. CYPR. epist. 63, 5 ut adpareat in -e dominica id esse gestum, quod fuerat ante praedicatum [prov. 9, 2 sqq. miscuit vinum; de eodem loco: testim. 2 capp. 2 de sacramento concernationis eius et -is et calicis et altaris]*): CYPR. epist. 63, 9 unde (*Matth. 26, 27 sqq.*) apparet sanguinem Christi non offerri, si desit vinum calici, nec sacrificium dominicum legitima sanctificatione celebrari, nisi oblatio et sacrificium nostrum responderit -i. 63, 17 quia -is eius mentionem in sacrificiis omnibus facimus, -o est enim domini sacrificium, quod offerimus, nihil aliud quam quod ille fecit facere debemus. HIER. epist. 114, 2 calices et ... velamina et cetera, quae ad cultum dominicae pertinent -is. β habitum Christi crucifixi, sc. formam crucis (*cf. e. g. p. 619, 81*): CYPR. Fort. 11 p. 339, 19 tertius Maccabaeorum, cui contigit extensis ad poenam manibus (*II Macc. 7, 10*) -is dominicae instar imitari. NOVATIAN. trin. 19, 19 D. formam futurae -is ostendens Iacob transversis manibus (*gen. 48, 14*). LACT. inst. 4, 27, 2 (*sim. epist. 46, 7*) spiritus inquinatus de hominibus ... signo -is excludunt (AVG. catech. rud. 20, 4 Christus cuius -is et crucis s. in fronte ... Christiani signantur). PRVD. apoth. 357sq. -o vera, -o, quae nostram defendit sanguine frontem corporeamque domum signato conlinit ore. γ memoriam -is celebrandam vel eius festivitatem (*cf. 2ba. fortasse potius de tota serie quindecim dierum pascha praecedentium l. 77. p. 621, 2 [cf. Amalar. off. 4, 20, 1 dies -is domini computantur duabus ebdomadibus ante pascha domini]*); adhibetur ad appellandum diem: parasceues (*parasceue -is dominicae v. p. 315, 28. 31*): AVG. epist. 54, 1, 1 p. 159, 19 domini -o et resurrectio et ascensio in caelum ... anniversaria sollempnitate celebrantur (55, 1, 2 p. 170, 4 cur anniversarius dies celebrandae dominicae -is non ad eundem redeat anni diem. in psalm. 21 enarr. 2, 1 -o domini celebratur: tempus gemendi est [*nisi generaliter de tempore quod pascha praecedit*]. *al.*). SACR. Gelas. 395 M. tit. incipit ordo de feria VI, -e domini. CAES. AREL. serm. 202, 5 in -e domini, id est in parasceuen (*et bis ibid.*). CASSIOD. hist. 10, 33, 11 -is salutaris die ... destruxit ecclesias Diocletianus (*in eadem re: Hier. chron. a. Abr. 2320 in diebus paschae*). dominicae in palmis: SACR. Gelas. 329 M. tit. dominica in palmas de -e domini. dominicae de -e: SACR. Greg. 66 tit. die dominico de -e (*de eodem die: Sacr. Gelas. 254 M. tit. [Krusse]*)

quinta dominica, sc. *quadragesimae*). GREG. M. in euang. 18 tit. (*additamentum codd. quorundam*) homilia habita ad populum . . . dominica in -e. δ *narrationem -is euangelii conditam* (cf. 2b β ; ceterum v. e. g. p. 619, 78): AVG. serm. 218, 1, 1 sollemniter legitur -o, sollemniter celebratur (232, 1, 1 secundum Matthaëum. SACR. Gelas. 399 M. legitur -o domini; ipsa expleta orationes dicuntur. al.). 232, 1, 1 (*nisi ad a*) -o ipsius ab omnibus euangelistis conscripta est. ALC. AVIT. hom. 11, 2 p. 121, 22 sicut in -e euangelista Iohannes enarrat. LVP. EUPHRON. epist. (Corp. Christ. 148, 140) l. 8 lectiones legendae sunt . . . -is.

2 *patiuntur quicumque fidei causa persecutione vexantur* (*respicitur sive quilibet labores et poenae, ut l. 25. 31 sq. 45 nec non 72 sive strictius ipsa mors, ut l. 27. 40 sqq. 47 sqq. et 55 sqq.*): α *proprie respiciuntur*: α *martyres christiani*: TERT. coron. 11 l. 50 potior est necessitas . . . obeundi martyrii quam evadendae -is et implendi officii *thurificandi* (*item iustaponitur* martyrium: scorp. 13 p. 177, 4 CYPR. epist. 37, 2 p. 578, 2. 76, 1 p. 828, 23 mortal. 17 p. 307, 20. al.; *iunctura -o martyrii*: AMBR. epist. 23, 4 F. peto mihi -em m. RVFIN. Orig. in num. 10, 2 p. 72, 12 per -em m. remissionem fieri peccatorum. CHROMAT. in Matth. 25, 1, 5 E.-L. al.). fug. 7, 2 devito -em, confundo(r) confessionem (scorp. 10 p. 168, 26. CYPR. domin. orat. 26 p. 286, 25 confessionis aut -is gloriam. epist. 10, 1 p. 490, 8. al.). adv. Marc. 4, 39 p. 553, 10 persecutiones . . . et -es eventuras esse, in martyrium utique et in salutem (CYPR. elem. 26 p. 394, 29. Fort. praef. 5 p. 319, 16 proelium persecutionis et -is. 12 p. 345, 1. al.). scorp. 13 p. 175, 15 Corinthiis -es suas enumerans patiendum utique praefinivit (*II Cor. 11, 23 sqq.*). p. 176, 21 'superest corona . . . (*II Tim. 4, 8*), scilicet -is (*item gen. -is*: CYPR. epist. 60, 2 p. 693, 19. 73, 21 p. 795, 1 AVELL. p. 22, 27. al.; ceterum cf. e. g. CYPR. epist. 10, 5 p. 495, 5 coronas . . . de -e purpureas. 39, 3 p. 583, 10 palmas domini et coronas . . . -e meruerunt). ITALIA Rom. 8, 18 (cod. d al., sim. VVLG.) indignae sunt -es huius temporis ad futuram gloriam (*gr. παθήματα ut loco sequenti; cf. 8, 17 conpatimur cum Christo*). II Cor. 1, 6 (cod. 78 al. = VVLG.) in tolerantia earundem -um, quas et nos patimur ([cod. d al. in sustentationem e. -um; ad rem cf. p. 620, 41 sqq.]. CYPR. epist. 6, 2 p. 481, 6 nos ad t. -is spiritus sanctus . . . animavit. 37, 2 p. 578, 2. 80, 1 p. 840, 8 LVCIF. moriend. 2 l. 62 D. al.). CYPR. epist. 38, 1 p. 580, 7 victor in proelio -is martyr (Fort. praef. 5 p. 319, 16 PASS. Mar. Iac. 3, 4). 55, 20 p. 638, 21 peccata omnia -e purgasse (cf. l. 18. 42). 73, 21 p. 794, 18 numquid potest vis baptismi esse maior . . . quam confessio, quam -o, ut quis . . . sanguine suo baptizetur? (*in eadem re*: 73, 22 p. 796, 3 sanguine . . . suo baptizatos et -e sanctificatos. AVG. epist. 265, 4. ORIG. in Matth. 16, 6 p. 484, 8 quod . . . quis in -e remissionem accipit peccatorum, baptismum est [*gr. δ ὑπομείνας*]. al.). 76, 1 p. 828, 3 (*ad martyras in metallo constitutos*) participem me computans vobis, etsi non -e corporis, consortio caritatis (HEGES. 3, 2 p. 186, 12). HIL. c. Const. 11 Paulinum beatæ -is (confessionis var. l.) virum . . . relegasti. GAVDENT. serm. 20, 4 G. Petrus et Paulus quorum -is natalem hodie . . . ecclesiae concelebrant (cf. SACR. Leon. 308 diem gloriosae -is eorum . . . veneramur. INSCR. christ. Diehl 1851 subscr. Vitalis martyris -is n(a)talıs die. sim. al.). RVFIN. hist. 3, 30, 2 uxorem suam duci ad -em (*gr. ἐνὶ θανάτῳ*). EVCHER. pass. Acaun. 7 martyrum corpora post multos -is annos . . . episcopo . . . traduntur. PASS. Paul. 14 cum . . . ad locum pergerent -is (16). et saepe. β *iusti quilibet, prophetae, patriarchae sim. (quasi praecursores martyrum vel Christi; cf. be)*: TERT. scorp. 8 p. 161, 26 o martyrium et sine -e perfectum (*adulescentium in fornace ut*: CYPR. epist. 6, 3 p. 483, 22 ne minor esset confessionis virtus sine testimonio -is. ZENO 2, 74 [1, 53, 1 L.]). CYPR. epist. 58, 6 p. 661, 18 nos ad martyrii triumphum suis -bus adhortantur Maccabaei (Fort. 11 p. 338, 17. 340, 20 AVG. civ. 18, 36 p. 311, 21 D. al.). patient. 10 p. 403, 27 Abel originem martyrii et -em iusti initiatis. HIL. in Matth. 20, 11 post -em Iohannis baptistae (*idem respicitur* AMBR. off. 3, 14, 89. al.). in psalm. 68, 5 sancto . . . Iob post illum universarum -um . . . bellum fit revelatio (Ps. PHILO antiq. 8, 8 antequam percuteretur in -e. FVLG. aet. mund. p. 146, 12. al.). HIER. epist. 18A, 11, 1 Esaiæ . . . -em, qua sub Manasse interfectus est rege (in Is. 57, 1 sq. l. 56). AVG. civ. 18, 30 p. 297, 11 D. Ionas . . . non tam sermone Christum, quam sua quadam -e prophetavit. al.

β *fere metonymice transfertur ad*: α *memoriam -is vel ipsam festivitatem martyris cuiusdam* (cf. l. 47 sqq. et Iby): CYPR. epist. 39, 3 quotiens martyrum -es et dies anniversaria commemoratione celebramus (AVG. serm. 37, 23 cuius martyris . . . celebramus hodie -em. FVLG. RVSP. serm. 3, 1 F. al.). PRVD. perist. 11, 196 cum se renovat decursis mensibus annus natalemque diem -o festa refert. ALC. AVIT. hom. 25 tit. homilia dicta in basilica sanctorum Acauniensium in . . . -e martyrum. al. β *narrationem -is libris conditam* (addas fortasse titulos librorum inde a PASS. Perp. [ubi gr. respondet μαρτύριον]. adiungitur saepe gen. martyrum. cf. Ibd): Ps. DAMAS. epigr. 77, 10 martyrum virtutes quem -o lecta docebit (CONC. Carth. a. 397 [Corp. Christ. 149] p. 43 l. 207 liceat . . . legi -es martyrum, cum anniversari dies eorum celebrantur. VITA Melaniae [BHL 5885] 64 sancti Stephani [*gr. τὴν κοίμησιν*]. al.). HIER. chron. a. Abr. 2183 Polycarpus et Pionius, quorum scriptae . . . -es feruntur. AVG. serm. 37, 1 in recitatione -is martyrum. SVLP. SEV. chron. 2, 32, 6 extant . . . mandatae litteris . . . martyrum -es. al. γ *locum -is eiusque monumentum* (cf. l. 53): PRVD. perist.

2, 550 Romani visitant aedem Laurentii (527 sqq.); nos qui sanguinis vestigia videre coram non possumus, caelum intuemur eminus: sic, sancte Laurenti, tuam nos -em quaerimus: est aula nam duplex tibi, hic corporis, mentis polo. ENNOD. opusc. 2, 91 p. 315, 20 si reverendae -is penetralia contigisset *visitor basilicae Petri* (antea: loca . . . , de quibus ad superna transitur). δ *instrumentum -is, tormentum sim.*: INSCR. christ. Diehl 976, 6 (*describitur opus musicum*) sub pedibus . . . iacet -o cuique martyri sua: ferrum flamma ferae fluvius saevumque venenum. ϵ *martyres*: VEN. FORT. carm. app. 1, 279 p. 378 Bethlemitica -o lactans (*sc. infantes innocentes, Matth. 2, 16*).

deriv.: passionabilis, passionalis, ? passionicus, ? passionista. compos.: ante-, propassio.

passiolus v. phaseolus.

passionabilis, -e. a passio. i. q. passioni subiectus: CONC. II 4 p. 147, 21 unam profiteamur naturam et impassionabilis deitatis et -is carnis (*item p. 150, 26 [altera vers. II 2, 1 p. 36, 27 passibilis]*).

compos.: impassionabilis.

passionālis, -e. a passio. 1 i. q. passioni subiectus vel passionis capax; spectat ad affectiones: animi: TERT. test. anim. 2 p. 136, 28 si deus . . . irascitur, corruptibilis et -is est. adv. Val. 16 p. 196, 11 ut duplex substantiarum condicio ordinaretur, de vitiis pessima, de conversione -is (cf. p. 608, 38). sensuum: TERT. test. anim. 4 p. 138, 17 nihil mali ac boni sentire possis sine carnis -is facultate. 2 i. q. pertinens ad passionem: in re medica, sc. ad morbum: CAEL. AVR. chron. 1, 4, 83 -es coenotetes argui videbuntur, si utrum phlebotomia passioni conveniat, fuerit dubitatum. in rhetorica, sc. ad affectum: PRISC. rhet. 9, 28 p. 558, 14 sq. sunt . . . quaedam adlocutiones morales, quaedam -es, quaedam mixtae: -es sunt, in quibus passio, id est commiseratio perpetua, inducitur, ut quibus verbis uti potuisset Andromache mortuo Hectore (*Hermog. progymn. 9, 46 παθητικαί bis*).

?passionicus, -a, -um. a passio. i. q. ad passionem pertinens: GLOSS. IV 418, 23 pathologiam: -am rationem (var. l. ratio passionis fortasse praeferenda, v. sub pathologia).

?passionista nomen haeretici a passio derivatum, idem significans quod patripassianus, con. Svennung, Orosiana, 1922, 191 Ps. OROS. epist. Migne suppl. 2, 330 -as (Polionistas trad.).

passiphea v. Onom. (Pasiphae).

sturnorum passitare est vox SVET. frg. 161 p. 253, 1 (*traditur etiam parsi-, parri-, pardare*).

passivō v. 1. et 2. passivus.

1. passivitas, -ātis f. a 1. passivus. t. t. gramm. i. q. qualitas passiva: 1 spectat potius ad formam verborum (addas l. 53): SACERD. gramm. VI 435, 17 'm' in 'r' mutata -s fiet. 444, 9 participia temporis futuri activitatis, ut 'amaturus' aut . . . temporis futuri -is, ut 'amandus'. 492, 6 (*inde PROB. cath. gramm. IV 39, 32*) secundam personam -is. 492, 20 imperativus modus -is (*inde PROB. cath. gramm. IV 40, 8*). Ps. ASPER gramm. V 551, 17 verbi significatio neutra, quae habet speciem activae, sed non habet vim, quia non habet -em, ut 'curro'. 2 spectat potius ad vim harum formarum (cf. passio IC2): SACERD. gramm. VI 430, 3 sq. deponens dictum est . . . vel quod activitatem in intellectu teneat et -em deponat vel quod -em in declinatione teneat et activitatem deponat vel eqs. (*in eadem re*: Ps. PALAEM. gramm. V 542, 36). Ps. ASPER gramm. V 551, 11 verbum est pars orationis actum aut -em cum tempore et persona significans.

2. passivitas, -ātis f. a 2. passivus. frequentat TERT. (cf. 2. passivus).

i. q. status (qualitas) passivus: 1 respectu locali, de natura stellae erraticae, passim vagantis: TERT. nat. 2, 5, 15 dei non serviunt, ea igitur <quae> serviunt dei non sunt; aut doceant (*sc. qui sidera deos credunt*) vulgo fieri, ut de licentia passivitas <liber>tas approbetur, de libertate dominatio, de dominatione divinitas intellegatur (*nisi abl. -e restituendum seclusa voce licentia ut glossema*).

2 translate de statu, qui est: α communis, generalis: TERT. apol. 9, 17 quantum liceat erroribus ad incesta miscenda, suppeditante materias -e luxuria (cf., nisi ad d trahas: SALV. gub. 7, 16 quantum ad -em libidinis pertinet, quis non coniugem in numerum ancillarum redegit? 7, 18 illi . . . et minore . . . crimine et minore . . . numero criminum ac -e peccabant). anim. 4, 1 differentiae (*sc. voces differentes, ut 'nasci' et 'fieri'*) . . . habent aliquando et -is commercia. pall. 4, 8 quantum denotatum -s offert? libertinos in vestibus equestribus eqs.

β casui vel libero arbitrio subiectus: TERT. anim. 46, 2 vana in totum somnia Epicurus iudicavit . . . in -e omnia spargens, ut eventui exposita et fortuita. adv. Marc. 4, 16 p. 472, 10 deus qui me nulla antehac institutione formaverit . . . -em sententiae meae permisit (cf. p. 472, 25 pro meo . . . arbitrio). ϵ inordinatus, confusus: TERT. coron. 8 l. 25 inter gentiles et Christianos admittens quidem utensilium communionem, sed provocans eam ad rationalium et irationalium distinctionem, quia -s (passibilitas var. l.) fallit obumbrans corruptelam conditionis, qua subiecta est vanitati. adv. Hermog. 41, 1 (*de motu materiae librato*) haec turbulentia et -s non est, sed moderatio eqs. PACIAN. (?) sim. carn. p. 119, 11 cum . . . generalitas -e diffusa discretionem specialitatis excludat (*an ad a?*). δ effrenatus sim.

(*hucine SALV. ex a?*): TERT. adv. Val. 30 p. 206, 9 nobis quidem vae, si excesserimus . . . disciplinae iugum . . .; illi *Valentiniani* vero de -e vitae et diligentia delictorum generositatem suam vindicent, blandiente suis Achamoth, quoniam et ipsa delinquendo profecit.

passivus adv. a 2. passivus. i. q. *passim*, vulgo: TERT. pall. 3, 7 *indumentorum variae formae* quarum pars gentilitus inhabitantur, ceteris incommunes, pars vero -s, omnibus utiles.

passivoneuter, -tra, -trum. a 1. passivus et neuter. de verbis, quae in praesenti formas passivas, in aliis temporibus neutras exhibent: PHOC. gramm. V 431, 8 verba sunt . . . -a superioribus (sc. neutropassivis) contraria haec sola: 'comperior, mereor, devortor'; nam in praeterito 'comperi, merui, deverti' . . . proferuntur.

1. **passivus**, -a, -um. a pati sec. gr. παθητικός, cf. ISID. sub Ιαβ. GLOSS. II 142, 50 -um: παθητικόν (391, 49 inverso ord.). inde a FESTO, PLIN. mai., APVL. (*philos.*), saepissime apud gramm.

1 *technice*: a in arte grammatica i. q. statum patiendi indicans (sc. -ae sunt formae quaedam verborum et participiorum): α accedente subst.: FEST. p. 277 'reor': existimo, et quaecumque ab eo declinantur, quorum -a aucto(ritas est). PLIN. dub. serm. frg. Pomp. gramm. V 234, 3 <quando vis quasi -am significationem introducere, > dativum fac: 'adulor illi' ([suppl. Keil sec. praecedentia quando . . . activam s. eqs.; cf. PLIN. sub β]). PORPH. Hor. serm. 2, 2, 124. PROB. inst. gramm. IV 156, 11 genus sive qualitas verborum octo his s. intellegitur, id est activa, -a eqs. AVG. gramm. V 514, 39 participium a s. -a. al.). SACERD. gramm. VI 429, 28 genus in verbis, id est species vel adfectus vel significatio, dividitur in novem: activum, -um eqs. (PROB. inst. gramm. IV 139, 2 MAR. VICTORIN. gramm. VI 198, 4. al.). 442, 5 species verborum . . . 'r' . . . terminatorum -a ut 'amor' (PRISC. gramm. II 374, 1. al.). 443, 31 participia a verbo activo veniunt temporis praesentis ut 'docens' . . ., de -o temporis praeteriti ut 'doctus' (DON. gramm. IV 359, 15 v. activo et neutrali . . ., -o, communi et deponenti. 387, 29 participia a verbo . . . -o. AVG. quaest. hept. 2, 154, 2 activum v. pro -o ponens. FAVST. REI. grat. 2, 1 p. 59, 22. et saepe). PROB. inst. gramm. IV 181, 16 a qualitate -a. CHAR. gramm. p. 195, 22 B. per -um modum ablativo utimur (338, 2. al.). 346, 12 declinationem (SERV. Aen. 1, 104. 194. al.). SERV. auct. Aen. 1, 42 participium -um pro activo (SCHOL. Ter. p. 67, 8. cf. l. 24. 29. 41sq.). al. β non accedente subst. (potius pro subst. l. 41. 46): PLIN. dub. serm. frg. Pomp. gramm. V 227, 26 activum est quod alio patiente nos facimus, -um est quod alio faciente nos patimur. SACERD. gramm. VI 438, 26 eiusdem verbi -um, 'doceor' eqs. DON. Ter. Andr. 156, 1 participium a -o (sim. SERV. auct. Aen. 1, 73. al.; cf. CHAR. gramm. p. 346, 19 B. in -is participia praesentis temporis non sunt). Hec. 572 ab activo 'queo' -um facit 'queor'. CHAR. gramm. p. 323, 11 B. verba quae ex forma agendi in -um perfecto vertuntur ut 'soleo solitus sum' (sim. 324, 1 quorum perfectum in -um deducitur). 332, 16 quae ex sese parere -um non possunt, sed per tertiam personam -am significationem exprimunt velut . . . 'noceo tibi, nocetur mihi a te'. MACR. exc. gramm. V 605, 11 ἐπολιον, ἐχρῶσον . . ., quae fiunt in -o vel -o similibus ἐποιοῦμην ἐχρῶσοῦμην. 621, 17 -a Graecorum quae in μην exeunt. CLEDON. gramm. V 57, 14 coniugatio tertia correpta in -o . . . 'e' habet correptam, ut ' . . . legeris'. 58, 5 activum verbum est quod 'o' habet et addito 'r' -um facit. PRISC. gramm. II 506, 9 infinitum -i (III 232, 14). III 270, 14 reciproca . . . sive sui -a, quae ἰδιοπαθῆ vocant Graeci ut 'rubeo', 'horreo' sim. ISID. orig. 1, 9, 7 dicuntur . . . -a, quia patiuntur, ut 'verberor'. al.

b cetera exempla (in philosophia praeter PRISC. sub β): α i. q. passionibus subiectus: APVL. Socr. 13 p. 148 daemones sunt genere animalia . . ., animo -a (de eisdem ibid. iterum [postea: turbationibus mentis obnoxii]. AVG. civ. 8, 16 p. 345, 7 D. et saepius apud eundem, cf. animus -us daemonum ibid. 8, 17 p. 347, 17. 9, 10 p. 381, 29). ARNOB. nat. 2, 26 p. 98, 4 M. quicquid . . . causa ingruente nonnulla . . . mutatur et vertitur . . ., id necesse est iudicari naturā esse -um. 2, 31 p. 103, 23 animas -as atque interibiles. n. pro subst.: BOETH. top. Arist. lat. 148a20 in quibus apponitur effectivum aut -um, necesse est dissonare in forma definitionem; impassibiles enim et immobiles videntur esse formae (gr. τὸ . . . παθητικόν). β i. q. passiones excitans: Ps. AVG. categ. 12 (115 M.-P.) tertium genus qualitatis est -ae qualitates sive passiones ([in enumeratione; simul ad γ pertinet]. ibid. 119 M.-P. -ae q. et passiones, quae sunt huiusmodi: austeritas, caloratio . . . quae non ideo -ae dicuntur quod patientur aliquid, sed quod faciant passiones [gr. 9 a 28 παθητικαὶ ποιότητες. quae seq. v. sub γ]). PRISC. rhet. 2, 7 p. 552, 34 dissolutum est enim -um, id est affectus animi commovens (Hermog. progymn. 2, 19 παθητικόν). γ i. q. passionibus effectus: Ps. AVG. categ. 12 (120 M.-P.) -ae autem qualitates rectius dicuntur albedo et nigredo . . ., quae animae vel corporis passione nascuntur . . .; (121) hae . . . qualitates si in corpore perseverent, . . . q. -ae censentur; sin vero . . . cito discedunt, passiones eas potius nominamus . . .; (122) erit igitur inter -as q. et passiones ista discretio, quod passiones . . . facile commutantur, -ae vero q. . . . perpetuo perseverant (gr. 9b10 παθητικαὶ ποιότητες. aliter sub β).

2 usu vario i. q. subiectus passioni, vitiis (m. pl. pro subst., v. etiam Iba. vix huc p. 625, 10; cf. p. 625, 18): PHILO quaest. in gen. 4, 170 -is sequitur confusio, erubescitibus eis, quod pessima bonis antepo-

nant (antea: amator vitiorum; vers. armen.: eos qui in vitio sunt [v. Petit, comm. ad l.]).

pro subst. exstat p. 623, 64. 84, ceterum v. p. 623, 38.

adv. **passivē**. i. q. modo passivo: in titulo describitur actio mulieris passioni, sc. maerori, subiectae: INSCR. christ. urb. Rom. 18469, 7 (ante a. 359? [cf. ibid. 18472]. versus rudissimi) coniugem passi(v)e secuta est ('uxor dolens . . . maritum funere prosecuta est' Ferrua). in arte grammatica: CHAR. gramm. p. 230, 3 B. participium . . . active vel -e aliquid significans. 379, 11 hoc . . . verbum (sc. luctor παλαίω) apud nos -e effertur, apud Graecos active (DOSITH. gramm. VII 430, 1. al.). PRISC. gramm. II 382, 6 'machinata' -e dixit (383, 2. al.). 386, 4 'delargitur' -e protulit (413, 16. al.). 413, 7 gerundium -e posuit. III 223, 20 ἰδιοπαθῶς [id est sui -e] (l. del. Hertz. cf. p. 623, 54). al.

deriv.: 1. passivitas.

compos.: neutropassivus, passivoneuter.

2. **passivus**, -a, -um. a pandere (passum); cf. passim. legitur inde a titulis saec. II l. 29. p. 625, 34, APVL. met., TERT. (decies, cf. 2. passivitas). [vix sard. passiu. cf. M.-L. 6269 et Faré, Postille, Wagner II 232. St.] [suppl. e conii. inc. Oehlerii TERT. nat. 2, 2, 5. falso trad. Ps. Diosc. Vind. 3, 143 p. 152, 14 ζούβια πασσίβα, ubi σατίβα corr. Wellmann (cf. lat. Diosc. 3, 155 p. 440, 9 seminatum).]

significatur id, quod passim est vel fit: 1 vigente quodammodo respectu corporeo vel locali de vis: a quae constant ex variis partibus vel fiunt adhibitis participibus variis, fere i. q. promiscuus, confusus sim.: APVL. met. 6, 10, 3 discerne seminum istorum -am congeriem (1 granis variis commixtis . . . acervatim confusis in unum grumulum). INSCR. Dessau 5186, 10 (aet. imp. Comm.) in edendo muner(e) gladiatorum, venatione -a (5054, 7 v. pass(iva) [perperam intellegebatur passerum, sc. marinorum, CIL X 3704] denis bestis et IIII feris dent(at)is. ad rem cf. CIL VIII 7969, 5 [aet. imp. Comm.] v. vari gen(er)is dentatar(um) ferar(um) eqs.). TERT. adv. Marc. 1, 20 p. 315, 26 (respicitur Gal. 2, 12) -um . . . convictum inter Iudaeos et Graecos (cf. CONC. Carth. a. 345-348 [Corp. Christ. 149] p. 7 l. 124 communio . . . -a). b quae ubique fiunt, quoquoersus diriguntur, fere i. q. effusus, vagus: HIER. in Os. 4, 13 in lege praecceptum est, ut non sacrificetur domino, nisi in loco quem elegerit dominus (deut. 16, 5 sq.), . . . ne . . . -a . . . religio austeritatem . . . verae religionis evertat. RVFIN. Basil. reg. praef. 1 monasterium hinc atque hinc -i et incerti maris unda circumluit (cf. imag. infra l. 69). AVG. c. Adim. 24 p. 182, 33 hoc (sc. crastinum non curare, Matth. 6, 25 sqq.) implent vagi Romanorum, quos -os appellant, qui annona cottidiana satiatio ventre . . . donant statim quod restat. CASSIAN. conl. 1, 5, 1 -us obtutus (sim. PETR. CHRYS. serm. 139, 2 vagus oculus, -us intuitus. cf. p. 625, 20). Ps. EVSEB. GALLIC. hom. 38, 4 G. aves quamlibet naturali libertate -is per diversa rapiantur excursibus (passibus var. l., pasuis Glorie). dubium utrum huc pertineat necne: LIB. col. I p. 248, 23 L. limites -i (in capite de limitum nominibus).

2 praevalente vi incorporea et translate: a generatim:

α de rebus: ① quae indiscrete ad omnes pertinent, communes, generales sunt: APVL. met. 9, 36, 4 canes . . . villaticos . . . transeuntium viatorum -is morsibus alunatos (passib(us) trad.). TERT. adv. Marc. 1, 7 p. 298, 18 de nomine dei . . . -o et in alios deos quoque permissio. pudic. 2 p. 223, 27 paenitentiae subsidium suis condicionibus determinatur sine -a concessione et ipsae prius causae eius distinguuntur sine confusa propositione (cf. HIER. epist. 120, 1, 5 apostolus -am in omnibus misericordiam probans [Gal. 6, 10]). uxor. 1, 2 l. 13 per licentiam tunc apud patriarchas -am plures uxores ducendi. HIER. adv. Rufin. 2, 22 -a (passim edd. vet.) contra omnes detractio (opp. specialiter).

② quae alicuius libero arbitrio vel casui subiectae sunt: TERT. nat. 2, 1, 12 <-a> et municipalis adoptatio deorum variorum (si recte suppletur sec. 2, 1, 14; cf. 2, 1, 13 apud populos -a omnia, quia voluntaria). monog. 6, 2 Abrahae te filium exhibe; non enim -us tibi census est in illo: certum tempus est, quo tuus pater est (6, 3 non potes illum patrem agnoscere nisi tunc, cum deo credidit; respicitur Gal. 3, 6 sq.). PALLAD. c. Ambr. fol. 343v, 12 facilem ac -am et non libratam . . . aedificationem tuam (quae praecedunt v. p. 614, 28). HIER. in Matth. 11, 16 l. 152 libera . . . intellegentia et allegoriae interpretatione -a. 12, 45 l. 606 ut contextus loci non -us et vagus in diversum fluctuet. IVLIAN. in Iob 5, 6 non sunt -is casibus imputanda (antea: nec . . . fortuito proveniunt). ③ quae inordinatae, confusae sim. sunt: Ps. ORIG. tract. 4, 12 B. circumcisionis triplicem rationem ne quasi -a voce confunderim, . . . singula quaeque . . . explicabo (nisi ad l. 50). Ps. HIL. libell. 3 p. 73, 13 deus non simul fecit omnia, ut ordinata . . . universa pro suo gradu et honore prosequerentur, et ne -a et nulla inter se antiquiora inhonorifica permanerent. FAVSTIN. trin. 1, 9 'ego in patre et pater in me' (Ioh. 14, 10), non utique per quandam -am confusionem, sed eqs. (EPIST. pontif. 669 Schwartz p. 108, 30 tam -a rerum c. atque commixtio, ut nulla . . . sit . . . certa discretio).

β de animantibus (manibus FIRM.), qui passim inveniuntur, fere i. q. vulgaris, ignobilis: TERT. carn. 24 l. 22 qui alium faciunt Christum, alium Iesum, . . . alium in secessu montis . . . sub tribus arbitris clarum, alium ceteris -um [ignobilem], . . . alium passum, alium resuscitatum (l. fort. delendum ut glossema, varia supplenda temptavit [Krusse])

Evans, 1956, ad l.). adv. Val. 5 p. 182, 6 cum archetypis . . . principallium magistrorum, non cum adfectatis ducibus -orum discipulorum. FIRM. math. 8, 6, 13 *quidam* seditionibus oppressi et -is popularium manibus dissipati interibunt, ut mortis eorum auctores non inveniri possint. CONC. Carth. a. 345-348 (Corp. Christ. 149) p. 4 l. 49 -a corpora quae sepulturae tantum propter misericordiam traduntur (*opp.* martyrum dignitatem). HIER. epist. 72, 3, 2 ut Salomon septingentos habuerit uxores et trecentas concubinas et adolescentulas et scorta -a, quorum non erat numerus. *m. pro subst.*: SCHOL. Iuv. 3, 279 quomodo Achilles maestus fuit pro Patroclo, quando occisus est, sic -us *maestus est*, si neminem ceciderit (*i. q. lugens intellexit Wessner in indice vix recte*). 8, 182 ('quae turpia cerdoni sunt') populari, -o (*ibid.* turpem, vulgarem).

*b speciatim in re veneria fere i. q. effrenatus sim. vel vagus, inconstans (dub. var. l. -i pro pessimi OPTAT. serm. 11 Migne suppl. 1, 293 [v. ed. crit. Revue des Sciences Relig. 2, 1922, 287]. huc traham GLOSS. III 333, 73 [in capite de moribus humanis] ἀτακτος: -us [antea: ἄ.: immoderatus]. vix recte 1. passivus, notione q. e. παθητικός intellexit Dressel, Lexikal. Bemerkungen zu Firm. math., 1882, 30): FIRM. math. 4, 13, 4 *constellatio quaedam* facit -is libidinum cupiditatibus notos et vitiosis voluptatibus deditos (5, 1, 16 amorum illecebras oculorum -is c. incurrens [cf. p. 624, 43]. 6, 26, 6 [postea: mariti errantis peccata]. 8, 25, 4). 4, 15, 7 faciet -os in coitu et qui numquam in uxorum amoribus perseverent. 7, 14, 3 -os amatores (*opp.* fido . . . affectu). 8, 23, 3 meretrices . . . , quae pudorem suum -is libidinum conversationibus vendant. 8, 30, 2 -a libidinum nundinatione. HIER. in Ezech. 16, 32 l. 383 luxuriam et -am libidinem. CHROMAT. in Matth. 24, 1, 3 E.-L. (ad 19, 6 quod . . . deus coniunxit in unum, homo non separet) quo dicto -am Iudaeorum licentiam . . . damnavit (*var. l. pessimam. cf. 24, 1, 1 populi carnalis effrenata voluptas; vix ad p. 624, 58*).*

m. pro subst. exstat l. 9. 23. p. 624, 41.

adv. *passivē*. *i. q. modo passivo, sc.: promiscuo*: Ivs colleg. eborar. (CIL VI 33885) 11 a curatorib(us) praestari . . . <panem et> vin<um et> caldam -e iis, qui ad tetrastylum epulati fuerint (*sim.* 13. 15. 16). *incompto*: APVL. met. 11, 3, 4 crines . . . per divina colla -e dispersi molliter defluebant. *arbitrario, ut unicuique placet*: TERT. ieiun. 2 p. 275, 27 quae stationes ieiunii et ipsae suos quidem dies habeant . . . , -e (*ed. Gelenii, passim ed. Mesnartii*) tamen currant neque sub lege praeepti (*antea: indifferenter ieiunandum ex arbitrio*). *vago, devio (an inordinato, incerto? vix ad 1. passive)*: CHIRON 122 *umentum febricitans* gracilis fiet ac -e ambulabit (*postea: in obliquo inambulabit*).

deriv.: 2. passivitas, passivitus.

cf. Onom.

1. *passo*, -āre. *verbum intensivum a pati, cf. l. 47 perpasso*. GLOSS. II 391, 52 *πάθω* patior pass<o> (*corr. ed. Stephani*). 467, 3 *ὑπομένω* tolero fero -o sustineo patior perpasso perfero. [*falso legebatur olim pro quassaverint THEOD. PRISC. eup. faen. 90.*]

[2. *passo*, -āre. *vix recte trad. GLOSS. V 276, 6 censare: -are (cessare: pausare emend. Heraeus).*]

passor, -ōris *m.* *testatur nullo allato exemplo PRISC. gramm. III 505, 6 a 'pandendo' nomen verbale -r.*

[*passurasse: ἀπέσθαι* GLOSS. II 142, 49 (passuras <es>se: ἀπέσθαι *emend. Niedermann, Contributions, 1905, 13.*] *Kruse.*

1. *passus*, -a, -um *v. patior.*

2. *passus*, -a, -um *v. 2. pando (etiam pro subst.).*

3. **passus*, -ūs *m.* *a pandere (item NON. p. 370, 19 PRISC. gramm. III 505, 9 Ps. ASPER gramm. suppl. 56, 18). scribitur pasus CIL III 15053. INSCR. Année Epigr. 1966 n. 217 (a. 236?). notatur: pass CIL XIV 3695a. INSCR. Ephem. Epigr. VIII p. 100 n. 374. l. 68 et saepius in codd. (de codicibus Caesaris v. Meusel, Lexicon Caes., s. v.). p LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 20. 26. 67. al. (perscriptum *ibid.* l. 50). Vrson. (CIL I² 594) 91, 3 (perscriptum 74, 14). et passim in titulis, plerumque in iunctura m p; p tantum, sc. signis numerorum milia indicantibus, LEX colleg. aq. (CIL VI 10298) 8 VAL. MAX. 1, 8, 2 et saepissime apud PLIN. nat. in miliaris *sim. notae sollemnes sunt m p (in ligatura CIL III 15201, XVII 2, 329 [a. 251/3]. al.), sed saepe aut p aut utraque littera omittitur; notae variores, quas in schedis nostris invenimus: mil pass INSCR. Année Epigr. 1922 n. 5 (a. 200/1); mil p CIL VIII 10022 (a. 245/6). al.; mi p CIL XVII 2, 411 (a. 46); ordine inverso p m CIL VIII 22340 (aet. Diocl.). 22370 (aet. Hadr.). INSCR. Année Epigr. 1904 n. 64 (a. 181). al. denique animadvertas de nota p non ubique liquere, utrum -us an pedes intellegendi sint, e. g. CIL I² 1847 III 10875, ob eamque rem etiam confusiones in codd. ortas, v. e. g. Klotz, Cäsarstudien, 1910, 212 sqq. de formis: gen. plur. passum PLAVT. Men. 177 (metro firmatur ut: TRUC. 334 LVCIL. 114. 506 MART. 2, 5, 3). CIL X 6854 (a. 216). et saepius in codd., e. g. p. 627, 68. 628, 1. 75; et -um et -um praebent cod. P et V LIVII. secundae decl.: nom. plur. -i CIL IV 1714. ITIN. Theod. 7 (iuxta -us); acc. plur. -os PEREGR. Aeth. 2, 1. 21, 4, in var. l. e. g. COLVM. 6, 2, 5, 6, 3. de notione: NON. p. 370, 19 -us dicimus, quod gressibus mutuis pedes patescunt. CHAR. gramm. p. 55, 7 B. -s βῆμα ἀνδρός. ADNOT. Lucan. 4, 271 -s dicitur spatium, quod inter pedes est ambulantis (*sim.* PRISC. gramm. III 505, 9). METROL. v. p. 630, 76. GLOSS. βῆμα. GLOSS. I² II Philox. PA 129 -s**

βῆμα τὸ ἐν τῷ ποδ[ε]ί. 142 -s: διάστημα. *legitur in versibus inde a PLAVTO, ENN., LVCIL., LVCOR., VERG. (raro notione mensurae, sc. PLAVT. ter. LVCIL. bis. VERG. Aen. 11, 907 MART. 2, 5, 3 IVVENC. 1, 555); in oratione prosa plerumque notione mensurae inde a CATONE, COEL., CIC., saepe in corp. Caes. et apud LIV., PLIN. nat.; gr. πάσσοσ et πάσσοσ exstant in scriptis Heronianis (v. Hultsch, Metrol. script. rel. I p. 9 sq. 50). [val. pas; it. passo; sard. passu; raet. pas; francog. pas; franco-prov., prov., vasc. pas; cut. pas; hisp. paso; port. passo. cf. M.-L. 6271. Battisti-Alessio IV 2795. Wagner II 232. Wartburg VII 736 sqq. Corominas² IV 420. Machado³ IV 319. St.] [confunditur in codd. maxime cum passim (e. g. VARRO rust. 3, 12, 2 GERM. 188 PLIN. epist. 10, 96, 10) et pes (v. p. 625, 73).]*

I de expansione pedum: A vigente vi actionis i. q. gressus, gradus (varias metonymias v. sub 3): 1 proprie de actione gradientium vel currentium (natantium l. 27, stantium l. 56, siderum l. 23. 45; sing. fere de serie -uum dicitur, de uno l. 69, aliter l. 56):

a animalium: ENN. ann. 71 campum celeri -u permensa lupa. PANEG. in Mess. 93 equum . . . derecto contendere -u (*item equorum: SIL. 17, 530 equa moderanda cito . . . -u. QVINT. inst. 9, 4, 113 equorum cursum delicati minutis -bus frangunt. COLLECT. Arian. hom. 11, 2 altis -bus incedunt. ENNOD. carm. 2, 109, 9 Pegasus formosum, -bus aptum. GREG. M. epist. 11, 26 p. 289, 11 -um movere noluerunt*). MANIL. 5, 694 Arctos ad sua perpetuos revocat vestigia -us. SIDON. epist. 8, 6, 11 capreas . . . -bus raris . . . prosequuntur canes.

b hominum vel deorum: α abl.: ① sine attributo: CIC. Marcell. 5 terras citius -bus cuiusquam non potuisse peragrari. MANIL. 5, 426 Delphino natus in aquas rectus venit -u[m]que nabit. SIL. 4, 460 Scipio Gradivum -bus aequat. Ps. AVR. VICT. epit. 14, 4 qui Hadrianus provincias omnes -bus circumierit. CLAVD. DON. Aen. 8, 220 p. 147, 6 non -bus, sed veloci cursu . . . tetendit ad montem. ARATOR act. 2, 156 incedens -bus Paulus. al. ② cum attributo, quo fere modus gradiendi illustratur: VERG. Aen. 2, 724 sequitur . . . patrem non -bus aequis (*inde SEN. apocol. 1, 2. cf. CLAVD. rapt. Pros. 2, 37 aequali*). 6, 263 ducem haud timidus . . . -bus aequat. 7, 157 rapidis . . . feruntur -bus legati (VAL. FL. 6, 489. 8, 54 SIL. 1, 65 STAT. Theb. 3, 410 SVLP. SEV. dial. 2, 3, 9. al.). PRIAP. 78, 4 inpigro celer -u . . . venire. OV. am. 3, 1, 11 venit et ingenti . . . Tragoedia -u (met. 13, 776. AVIEN. Arat. 566 [gr. 253 ἴχθυα μηχανέει]). met. 1, 532 Apollo admissio sequitur vestigia -u. 3, 175 non certis -bus errans (VAL. FL. 4, 140). 3, 277 curva trementi membra tulit -u. 10, 49 incessit -u . . . tardo (SIL. 7, 132. 13, 614). 11, 64 coniunctis spatiantur -bus ambo (cf. VAL. FL. 7, 374 iuncto . . . -u). fast. 2, 741 cito -u petitur Lucretia (SIL. 8, 126 AMM. 18, 6, 17. 19, 9, 5. al. apud eundem. cf. SEN. Phaedr. 1001 citatis -bus [SIL. 12, 172]). trist. 5, 8, 15 -bus ambiguus Fortuna volubilis errat. al. MANIL. 1, 389 Oriona . . . extento surgentem ad sidera -u. LVCAN. 4, 271 effuso . . . decurrere -u. VAL. FL. 3, 61 Bellona . . . -u . . . movens orichalca sonoro. 3, 357 -bus aegris. 5, 351 tacito . . . procedere -u (SIL. 15, 615 CLAVD. 28, 509). 5, 375 paulum . . . reductis -bus . . . stupuit Medea. STAT. Theb. 4, 257 puerum . . . tenero signantem gramina -u. 5, 655 longo rapit arva . . . -u (PHYSIOGN. 5 [inter indicia corporis masculini] -bus l. est. 75). 10, 383 eunt . . . magnis -bus (12, 220). al. APVL. met. 2, 3, 6 paucis admodum confectis -bus. IVVENC. 2, 715 daemon venentis conlustrat -bus oras. AMM. 14, 2, 2 sese . . . suspensis -bus iniectantes in scaphas (31, 11, 4). 26, 6, 18 festinatis -bus. al. de positione resistentis (cf. vol. VI 2, 2145, 16 sqq.): OV. Pont. 2, 6, 21 referre pedem nec -u stare tenaci.

β exempla cetera (huc fortasse p. 627, 46): LVCOR. 4, 827 ut proferre queamus proceros -us (*sim.* 4, 877). OV. epist. 10, 72 (log. Ariadne) quae regerent -us, . . . fila dedi. met. 12, 137 retro . . . ferenti aversos -us . . . lapis obstitit. 14, 120 ferens lassos . . . -us. MANIL. 5, 639 Equo natus poterit . . . videri mentitus -us et campum tollere cursu. GERM. frg. 3, 17 Aegoceros . . . gelu fallit vestigia -us. VAL. FL. 3, 486 Hylas . . . -us . . . moratur iniquos Herculis. SIL. 12, 512 quantum humani possunt se tendere -us, . . . accelera. STAT. Theb. 3, 454 Melampus associat -us Amphiarao. CLAVD. DON. Aen. 6, 260 p. 544, 18 ut Sibyllae -bus suos gressus aequaret. PHYSIOGN. 75 parvi . . . et restricti -us . . . parci, parvae mentis sunt. EVSEB. EMES. serm. 27, 24 -us vitantes superstitione quadam. PALLAD. hist. mon. I 5 p. 266^c cum episcopos . . . ne uno quidem -u prosequeretur (cf. II 8 p. 353^b nec -um pedis, gr. p. 41, 15 B. βῆμα ποδός). al.

2 in imagine et translate (v. etiam l. 21; accedit tamquam p. 627, 8, quasi p. 627, 9): a de actione rerum, quibus quasi persona tribuitur (cf. l. 37. 44 sq.): OV. met. 15, 212 senilis hiems tremulo venit horrida -u. trist. 3, 7, 36 senectus strepitus -u non faciente venit. 4, 10, 27 tacito -u labentibus annis (cf. 5, 10, 6 peragit lentis -bus annus iter). STAT. silv. 4, 5, 58 plura pones vocibus et modis -u[m] solutis (cf. e. g. 2, 7, 22 vincitae pede vocis et solutae. codd. rec. et edd. plerique passim, sive 'promiscue' sive 'omni tempore' intellegentes). CARM. laud. dom. 2 queritur . . . promissa dei lento procedere -u. Ps. AVG. serm. ed. Mai 1, 1 in paradiso luxuriosis -bus deambulant flumina. COD. Iust. 5, 3, 20, 6 ut aequis -bus utraque ambulet tam dos quam donatio. b de actione hominum (vi meton. i. q. gradus scalae p. 627, 6 sqq. 9 sq. intellegit Hensel-
lek, Sitz. Ber. Wien. Ak. 376, 1981, 24 sq.): SEN. epist. 104, 23 homo mundum quantum mortalium -bus (-us var. l.) licet sequitur aemulatur-
[Zoppi]

que. PLIN. nat. 2, 18 hac via nunc caelesti -u . . . vadit . . . Vespasianus . . . fessis rebus subveniens. STAT. silv. 5, 3, 161 numquam -u brevior relinqui post Homerum. RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 102, 18 animae . . . currunt . . . non leni gradu nec tardis -bus, sed rapido cursu (patr. 1, 1 S. eo, quo vocas, . . . pervenire). AVG. civ. 18, 18 p. 277, 26 D. fidei -bus . . . in deum vivum proficiendo (epist. 112, 3 certis f. -bus innitentes atque ascendentes). in euang. Ioh. 63, 2 de inventis ad inveniendam tamquam -bus innitamur. perf. iust. 3, 6 ut rectis -bus ambulet homo. retract. 1, 6, 6 per corporalia . . . ad incorporalia quibusdam quasi -bus certis . . . pervenire. vera relig. 26, 49 ad summam . . . legem -bus rationis innititur. GREG. M. moral. 5, 20 temporalia . . . cogitationum -bus sequuntur. 6, 25 desideriorum -bus lucris mundi inhiare. al.

3 metonymice ponitur fere pro: *vestigio*: Ov. epist. 18(19), 27 (log. Hero) saepe tui, specto, si sint in litore -us. *pede* (huc vergit p. 626, 50): Ov. met. 10, 654 posse putes illos, sc. Atalanten et Hippomenen, sicco freta radere -u (PRVD. perist. 5, 478 ut Christus terga calcans aequoris s. mearet -bus). *cursu*: PLIN. nat. 2, 33 sidera errantia adverso . . . ire motu per suos quaeque -us. ? *gradu scalae*: v. p. 626, 82.

B vi actionis fere evanida est genus mensurae, quae indicat intervallum a puncto, unde pes tollitur, usque eo, ubi idem denuo ponitur (cf. l. 40. p. 625, 81. alii mensuram primitus expansionem brachiorum indicasse putant, quoniam verbum pandere saepius brachia sim., raro pedes pro obi. habet [v. p. 194, 35 sqq.]; sed exempla infra sub IIA collecta vix vestigia usus prisca praebent neque hanc opinionem probare possunt pauci loci, ubi gr. respondet ὄγυια, sc. p. 629, 15. 17. de usu elliptico sing. mille et plur. milia v. vol. VIII 979, 78 sqq.; saepe etiam vox mille, milia omittitur, e. g. apud PLIN. nat. et in miliaris): 1 generalia quaedam, sc. -s comparatur cum aliis mensuris: VITR. 1, 6, 9 ducentorum quinquaginta duum milium stadium, quae fiunt -us trecentis et decies quinquies centena milia (COLVM. 5, 1, 6 stadium . . . habet -us CXXV eqs. PLIN. nat. 2, 85, 2, 247, 5, 63 METROL. p. 138, 17 sq.). 10, 9, 4 efficit spatia pedum milia quinque, id est -us mille (COLVM. 5, 1, 4. 5. -s pedes habet v. 5, 1, 6 LIB. col. I p. 245, 11. 14 L. POL. SILV. pond. mens. chron. I p. 549, 3sq. ISID. orig. 15, 15, 2). AMM. 16, 12, 8 quarta leuga . . . et decima, id est unum et viginti milia -uum (HIER. in Ioel 3, 18 l. 344 cum et Latini mille -us vocent spatia et Galli leucas et Persae parasangas et rastas universa Germania. METROL. p. 138, 20. v. etiam vol. VII 2, 1196, 78 sqq. 1197, 5 sqq.). ISID. orig. 15, 15, 2 pertica -us duos habet (METROL. p. 136, 16 duo gressus -um, duo vero -us decimipedum perticam faciunt). cf. etiam p. 629, 1.

2 exempla secundum res metiendas digesta: a proprie, sc. vi locali; spectat ad: α longitudinem itineris confecti vel conficiendi, motus (cf. etiam l. 76, de via munienda sim. v. p. 628, 56 sqq.; exempla selecta post CIC.): PLAVT. Bacch. 832 sequere hac me . . . :: quo gentium? :: tris unos -us (nisi pertinet ad A). LVCIL. 506 equus, milli -um qui vicerit atque duobus. CIC. Quinet. 78 DCC milia -uum ambulare (COLVM. 6, 2, 5 per mille -us. SCRIB. LARG. 15 PLIN. nat. 20, 11. al.). 79 DCC milia -uum conficiuntur (SVET. Iul. 57 APVL. met. 10, 35, 3 VEG. mil. 1, 9. vix huc p. 626, 52 sq.). al. GALBA Cic. fam. 10, 30, 1 processeram millia -us centum (10, 30, 3 CAES. Gall. 4, 11, 4 civ. 3, 76, 4). CAES. Gall. 4, 23, 6 progressus (saepius, v. p. 629, 82). LIV. 32, 23, 10 traiectus inde Corinthum septem fere milium -uum (PLIN. nat. 3, 19, 129. al. FRONTIN. strat. 3, 13, 6). 44, 35, 17 descensus . . . trecentorum ferme -uum erat (MELA 1, 73). PLIN. nat. 4, 14 Alpheus navigatur VI p. (6, 13. 102. 124. al.). 7, 84 currendo in circo quosdam CLX -uum tolerare. GAIUS dig. 2, 11, 1 vicena milia -uum in singulos dies dinumerari praetor iubet (cf. VLP. dig. 38, 15, 2, 3 numeratione viginti milium -uum facta [sim. FRG. Vat. 162]. 50, 16, 3 pr.). al.

β distantiam a loco medio quoquo versus computatam (inde adhibetur ad designandam aream, maxime l. 75. 79. 80): LEX Corn. (coll. Mos. 1, 3, 1) quod scelus in urbe Roma propiusve M -us factum sit (BELL. Hisp. 41, 4 ut aqua . . . nusquam reperiretur propius milia -uum VIII. 41, 5. LIV. 34, 1, 3 propius inde mille -us. VAL. MAX. 2, 4, 2). CIC. Sest. 29 edixit . . . , ut ab urbe abesset milia -uum ducenta (LEX Iul. munic. [CIL I² 593] 67 in urbe) R(oma) et ab u. R. p. M. LIV. 3, 20, 7 longius ab urbe mille -uum [sim. 40, 43, 2]. cf. 43, 11, 5 ultra mille -uum ab Roma). Phil. 7, 26 ne copias propius urbem milia -uum CC admoverit (LEX Iul. munic. [CIL I² 593] 20. 26. al. LIV. 26, 1, 10 ne hiberna propius ullam urbem decem milibus -uum aedificarent. 40, 37, 4. 40, 44, 6 VAL. MAX. 9, 1, 3. cf. LEX Vrson. [CIL I² 594] 74, 14 propius oppidum -us D [sim. 91, 3]). IVS Ivr. milit. Gell. 16, 4, 2 (e Cincio) in exercitu decemque milia -uum prope. CAES. Gall. 6, 36, 2 deletis hostibus in milibus -uum tribus. BELL. Afr. 24, 3 neque amplius milia -uum VI terrae Africae quoquo versus tenebant. LEX colleg. aq. (CIL VI 10298) 8 <i>re peregre longius p. CXX. PLIN. nat. 2, 234 ut centena milia -uum harenas . . . eructet Aetna. 11, 19 apes operantur intra LX -us (36, 160). 18, 188. TAC. ann. 3, 62, 3 Hierocaesarienses non modo templo, sed duobus milibus -uum eandem sanctitatem tribuerant (sim. CONST. Sirmund. 13). CIL VIII 8369 (a. 128) in circuitu a muro kast(elli) p. D (SERV. auct. ecl. 9, 10 [ex oratione Cornelii]. sim. VVLG. num. 35, 4).

γ quamlibet distantiam locorum, actionum sim.: ① indicatur, unde distantia computetur per: ② adv.: CATO orig. 26 inde est

ferme mille -um (LIV. 23, 35, 13 absunt [27, 46, 4 PLIN. nat. 5, 50]. 31, 41, 9. al. PLIN. nat. 3, 74. al.). PLIN. nat. 4, 13 unde Cyllenen XV p. ② casus: abl.: LVCIL. 114 <Volturnus Capua> longe tria milia -um (si recte suppl. sec. veterem locutionem apud Ps. ASCON. Verr. p. 251, 5 terminus est Volturnus Capua tria milia -uum). PLIN. nat. 31, 42 duo milia -uum Praenestina via. CIL XVII 2, 349 (a. 46) Aug(ustone-meto) m. p. XXI. 531 (a. 121). et saepius in miliaris. gen.: PLIN. nat. 3, 53 citra XVI p. urbis. ③ praepos.: ab: CIC. Cluent. 27 quod abest ab Larino XVIII milia -uum (PLANC. Cic. fam. 10, 17, 1 BRVT. Cic. fam. 11, 13, 3 CAES. Gall. 1, 22, 1. et saepissime). sim. saepe cum variis verbis; iuxta adv. vel part. e. g. CAES. Gall. 4, 10, 2 longius ab Oceano milibus -uum LXXX (5, 47, 5. 7, 16, 1 BELL. Afr. 30, 1. 67, 3. al.). LIV. 21, 7, 2 sita -us mille ferme a mari (28, 6, 12 PLIN. nat. 3, 126. al.); sine verbo e. g. CAES. Gall. 5, 11, 8 (interpol.?) a mari circiter milia -uum LXXX. PLIN. nat. 3, 62 VIII p. a mari ipsa Nuceria. 3, 80 LX p. a Corsica. item saepe apud eundem et in miliaris. varias: CIC. Att. 16, 7, 5 citra Veliam mil. pass. III (LIV. 4, 32, 8 PLIN. nat. 6, 129). CAES. Gall. 1, 15, 5 uti inter . . . hostium agmen et nostrum . . . non amplius . . . senis milibus -uum interesset (civ. 1, 40, 1 BELL. Afr. 39, 2 VERG. Aen. 11, 907 LIV. 21, 59, 2. al.). 1, 48, 2 milibus -uum duobus ultra eum montem (civ. 3, 26, 4 PLIN. nat. 3, 127). 1, 53, 1 milia -uum ex eo loco tot (4, 22, 4 ex eo loco a milibus -uum octo. BELL. Hisp. 7, 3). 6, 35, 6 triginta milibus -uum infra eum locum. PLIN. nat. 5, 59 intra . . . catarracten III p. 5, 83 supra Zimaram XII p. PEREGR. Aeth. 6, 1 quingentos -us de mari (8, 1. 20, 8. al. ITIN. Theod. 7 [quinquies]).

④ exempla cetera (selecta): COEL. hist. 15 duodeciens C milia -uum longe (BELL. Afr. 24, 1 III milia -uum longe considunt). VARRO ling. 6, 80 quod abest mille -us, sentire (PLANC. Cic. fam. 10, 23, 2 SALL. Iug. 68, 3 LIV. 28, 2, 3. 29, 27, 8. al.). CAES. Gall. 6, 7, 4 mille -uum intermisso spatio castra communit (BELL. Afr. 59, 5. 61, 1 Alex. 14, 1 PLANC. Cic. fam. 10, 23, 2 LIV. 44, 6, 15. al.). BELL. Alex. 18, 3 DCCC -uum intervallum ad oppidum enataverunt (LIV. 27, 25, 13. al. PLIN. nat. 2, 201. 4, 9. al.). LIV. 27, 41, 3 quingenti -us intererant (36, 25, 3). PLIN. nat. 6, 157 oppidum XIII p. Maribba (breviloquentia quadam omittitur verbum distandi; sim. 6, 158. CIL III 6900 [a. 218]. et saepius in miliaris). 7, 85 qui pervideret CXXXV -uum. al.

δ spatium occupatum, amplitudinem variarum rerum, sive regionum sim. sive aedificiorum sim.: ① indicatur longitudo vel latitudo (pauca selecta post LIV.): CIC. ad Q. fr. 3, 1, 4 ut opus publicum videretur esse via, praeter CL -uum. CAES. Gall. 1, 2, 5 fines in longitudinem milia -uum CCXL, in latitudinem CLXXX patebant (2, 7, 4 castra. 7, 69, 3 planities [7, 70, 1. 7, 79, 2]. HIRT. Gall. 8, 18, 1 campus [BELL. Afr. 37, 4]. LIV. 26, 42, 7 sinus . . . maris. 26, 42, 9 iugum. 37, 31, 9. 44, 35, 17 MELA 1, 6. al. PLIN. nat. 2, 242. al.). 1, 8, 1 milia -uum decem novem murum . . . perducit (civ. 3, 66, 6 munitio-nem. cf. Gall. 2, 8, 4 fossam obduxit . . . -uum tot. SPART. Hadr. 11, 2 murum . . . per octoginta milia -uum . . . duxit). civ. 1, 43, 1 planities circiter -uum CCC (BELL. Hisp. 29, 1 planities . . . intercedebat . . . milia -uum v. PLIN. nat. 18, 109. cf. CAES. civ. 3, 37, 2 campus . . . milium -uum III). al. BELL. Afr. 80, 1 inter quod stagnum et mare angustiae quaedam non amplius ∞ et D -us intererant. LIV. 33, 17, 7 quingentos ferme -us longae eae fauces erant (PLIN. nat. 3, 80 Corsica . . . longa -uum CL. 5, 50 insula). 36, 15, 10. 37, 31, 9 lingua in altum mille -uum excurrans. CIL III 3198b (a. 16/17) viam <mu>nit . . . per millia -um tot (cf. 3200 [aet. Tib.] cuius viai millia -us sunt CLXVII. V 8002 [a. 47] viam . . . munit ab Altino usque ad flumen Danuvium m. p. CCCL. VII 22173 [a. 123] viam . . . mil. p. tot . . . stravit. sim. al.). PLIN. nat. 3, 29 longitudo . . . Hispaniae est ad finem Castulonis a Pyrenaeo DCCVII p. 6, 80 insula CCXX p. latitudine. FRONTIN. aq. 5, 8 ductus . . . efficit rivo subterraneo -uum sex milia trecentos octoginta (7, 8. 10, 7). et saepius. ② indicatur circuitus: CIC. Att. 4, 16, 8 saepta cingemus . . . porticu, ut mille -uum conficiatur. ad Q. fr. 3, 1, 3 fundum sese . . . mensum pedibus aiebat -uum IIIICIO. CAES. Gall. 5, 13, 7 insula est in circuitu vicies centum milium -uum (LIV. 24, 3, 1 murum in c. patentem [38, 4, 4]. 34, 9, 2. adde l. 72. 73 et cf. in circuitum: MELA 1, 55. abl. circuitu: PLIN. nat. 3, 86 Sicilia . . . c. patens tantum [4, 67. 73. SVET. Iul. 25, 1 ad . . . tot milia -uum. al.]. 4, 9. 5, 24. al.; ceterum cf. CAES. Gall. 7, 69, 6 munitio-nis . . . circuitus X milia -uum tenebat. PLIN. nat. 5, 129. al.). 7, 74, 1 munitio-nibus XIII milia -uum complexus est (civ. 3, 63, 3 in circuitu. cf. civ. 3, 44, 3 XV milia -uum <in> circuitu amplexus castellis [LIV. 37, 31, 8 tot -uum spatium murus amplectitur. PLIN. nat. 4, 1 sinus. 6, 121 TAC. ann. 4, 49, 1]). VARRO rust. 3, 12, 2 ut . . . tot -uum locum inclusum habeat (nisi ad l. 84). LIV. 34, 9, 2 oppidum . . . orbem muri . . . tot -us paten-tem habebat. MELA 1, 35. PLIN. nat. 4, 93 insula cingitur circiter X p. 5, 62 metatus est eam Alexandriam Dinochares architectus . . . XV p. laxitate inessa (cf. 6, 147 oppidum . . . v p. amplitudine). 12, 23 ut LX -us fici pleraeque orbe colligant. al. CIL IV 1714 itu reditu X (i. de-cies) -i DCXL (cf. VI 29774, 6 gestatio circini . . . in circuitu p(edes) tot . . . , eff(icit) VIII [i. octies] m. p. tot [sim. ibid. l. 7. 9. 10]. 29776 <p>orti-cus triumphu itu et reditu octies semis efficit -us mille. sim. al.). al.

③ -s est mensura areae (alio modo p. 627, 61; huc fortasse l. 75): COLVM. [Zoppi]

5, 1, 4 pes multiplicatus in -us et actus et climata et iugera . . . procedit (item inter modos areae: 5, 1, 6. sim. inter mensuras agrorum: BALB. GROM. p. 94, 14sq. L. LIB. col. I p. 245, 5sq. L. GROM. p. 339, 10 L. ISID. orig. 15, 15, 1). usu minus tecnico: VVLG. act. 7, 5 non dedit illi hereditatem in ea terra nec -um pedis (gr. βῆμα ποδός, Itala cod. e spatium pedis. cf. deut. 2, 5 quantum potest unius pedis calcare vestigium).

ε altitudinem: ① montium (sive ad perpendicularum sive aliter computatur): SALL. hist. frg. 2, 82 praeminent altitudine milium -uum duorum. PLIN. nat. 2, 162 montem altissimum . . . Pelion MCCCL -uum racione perpendiculari. ibid. vertices Alpium . . . tractu . . . quinquaginta milium -uum adsurgere. 4, 41. 73. 5, 80 ambitus ad cacumen XVIII p. est, altitudo per directum IIII. ② aquae: SEN. nat. 2, 26, 6 ducentorum -uum fuisse altitudinem. PLIN. nat. 5, 50 lacus . . . altitudinis quinquaginta -uum (cf. Herod. 2, 149, 1 πεντηκοντόγυιος). 6, 65 Ganges altitudine nusquam minore -uum XX. 6, 71. 82. ITALA act. 27, 28 (cod. g, sim. VVLG.) invenerunt -us XX altitudinis (ibid. iterum; gr. ὄγυιός).

β in imagine: PLAVT. Men. 177 (loq. parasitus) me a foribus retinens mille -um commoratu's cantharum (sim. de spatio temporis: TRUC. 334 tibi mille -um peperisti morae). CIC. leg. 1, 54 me ex nostris, sc. Epicureorum, paene convellit hortulis deduxitque in Academiam perpaucaulis -bus.

3 exempla secundum numeros digesta: α iuxta quoslibet numeros: α forma sollemnis: ① numerus antepositur: PLAVT. Bacch. 832 tris unos -us. BELL. Afr. 70, 1 non totos C -us . . . progressus. Alex. 14, 1. LIV. 21^{tes}. GRAT. 31 bis vicanos . . . -us. SEN. nat. 2, 26, 6. PLIN. nat. 11^{tes}. FRONTIN. strat. 2, 2, 5 quingentis non amplius -bus. SVET. Iul. 64 PEREGR. Aeth. 6, 1. 21, 4. al. ② numerus postpositur: CAES. Gall. 1, 43, 2 -bus ducentis. 1, 49, 1. 3. al. BELL. Afr. 30, 1. 38, 3. 61, 6 GALBA Cic. fam. 10, 30, 3 PLIN. nat. 4, 120. 6, 65. FRONTIN. aq. 15^{tes}. ITALA act. 27, 28 (cod. g al. = VVLG.). PEREGR. Aeth. 16, 6 GREG. TVR. Franc. 2, 14. in titulis: LEX VRSON. (CIL I² 594) 74, 14 -us D. CIL III 15053. VIII 8369 (a. 128). al.

β formae peculiares: CIC. ad Q. fr. 3, 1, 4 praeter CL -uum (-us Manutius). ITIN. Theod. 7 -us numero XV (sim. quater ibid.).

γ iuxta sing. mille: α forma mille -uum: inde a PLAVTO, v. vol. VIII 975, 50sq., ubi addas LVCIL. 506 milli -uum . . . atque duobus. β forma mille -us (huc pertinere videntur scripturae breviatae p. m. vel m. p., e. g. LEX Iul. munic. [CIL I² 593] 20. 26. 68 al. [cf. ibid. l. 50]): ① mille antepositur: LEX CORN. (coll. Mos. 1, 3, 1) et saepe, v. vol. VIII 975, 80sq., ubi addas CAES. Gall. 6, 7, 4 PLIN. nat. 4, 120. 5, 59 ITALA Matth. 5, 41 (cod. a al. = VVLG.). al.; numeros compositos v. vol. VIII 978, 31sq. 37. 51. 55, ceterum e. g. BELL. Afr. 80, 3 MD -bus (item PLIN. nat. 4, 37. 33, 97 MART. CAP. 6, 646).

② mille postpositur: v. vol. VIII 976, 25sq., ubi legas VITR. 10, 9, 4 addasque PLIN. epist. 10, 90, 1 EDICT. imp. Diocl. 17, 1a L. al. IVVENC. 1, 555 -us per mille. al. nec non numeros compos. FRONTIN. aq. 10, 7 per -us mille ducentos (MARCELL. med. 20, 117).

δ iuxta plur. milia: α forma milia -uum: sescenties inde a LVCIL., vario verborum ordine, v. vol. VIII 976, 46sq. 57sq. 74sq. 977, 31sq. 44; numeri compositi coniuncti: ibid. 978, 74. 81 et SCRIB. LARG. 15 milia -uum non minus III et dimidium (si recte restit. Cecchini). SVET. Cal. 19, 1 trium milium et sescentorum fere -uum spatium; non coniuncti: PLIN. nat. 2, 203 insula MM·D -um. 3, 66 efficit -uum . . . XX·M·DCCLXV. al. (etiam scriptura breviata p.). FRONTIN. aq. 5, 8 -uum sex milia trecentos octoginta. et saepius apud eundem. β forma milia -us: v. vol. VIII 977, 57. 72sq. 978, 9sq., addas VITR. 1, 4, 12. 1, 6, 9 AMPEL. 8, 1 PATRIC. conf. 17 nec non numeros compos. LIV. 26, 42, 7 <duo milia> et quingentos -us (item 37, 38, 5. MART. CAP. 6, 662 [cf. ibid. septem milia -usque quingentos]).

γ pro numeris ponuntur epitheta generalia (cf. p. 627, 46): CIC. leg. 1, 54 perpaucaulis -bus. VERG. Aen. 11, 907 nec longis inter se -bus absunt (CLAUD. DON. ad l. p. 543, 16 non longorum -uum significatio ostendit minus fuisse quam mille eqs.).

4 exempla illustrantia casus, qui ad mensuram indicandam adhibentur (omissimus locus propter scripturam breviatam ambiguos):

α acc., sc. 'aliquot -us' vel 'aliquot milia -uum' (selecta inde a CAES.): PLAVT. Men. 177 mille -um commoratu's cantharum. LVCIL. 114 longe tria milia -um (COEL. hist. 15 CAES. Gall. 5, 47, 5. 7, 16, 1 BELL. Afr. 24, 1. 67, 3. al.; cf. CIC. Quinct. 79 quam longe est hinc in saltum . . . ? . . . DCC milia -uum). LEX CORN. (coll. Mos. 1, 3, 1) in urbe Roma propiusve M -us (LEX Iul. munic. [CIL I² 593] 50. VRSON. [CIL I² 594] 74, 14. CIC. Phil. 7, 26 BELL. Hisp. 41, 4. 5 LIV. 34, 1, 3. 40, 44, 6 VAL. MAX. 2, 4, 2. 9, 1, 3. cf. Ivs Ivr. milit. Gell. 16, 4, 2 [e Cincio] decem . . . milia -uum prope). CIC. Cluent. 27 quod abest ab Larino XVIII milia -uum (Sest. 29 PLANC. Cic. fam. 10, 17, 1. 10, 23, 2 BRVT. Cic. fam. 11, 13, 3 CAES. Gall. 1, 49, 3. 2, 6, 1 civ. 2, 24, 4. et saepe). CAES. Gall. 1, 2, 5 fines in longitudinem milia -uum CCXL . . . patebant (7, 69, 3. al. BELL. Afr. 37, 4. LIV. 24, 3, 1 in circuitu. 26, 42, 9 iugum . . . ducentos . . . -us patens. al. MELA 1, 35. al.). 1, 25, 5 mons suberat circiter mille -uum. 4, 23, 6 milia -uum septem . . . progressus (5, 47, 1. al. BELL. Afr. 12, 1. 38, 3. al. LIV. 25, 17, 3. 44, 5, 1 VITR. 1, 4, 12. al.). BELL. Hisp. 29, 1 planities . . . intercedebat . . . milia

-uum v. LIV. 31, 24, 9 limes mille ferme -us longus (33, 17, 7 PLIN. nat. 4, 120). GRAT. 31 bis vicanos spatium praetendere -us rete (viceno . . . -u Heinsius). VITR. 8, 3, 24 ab ea regia milia -us XX est oppidum. et saepissime.

5 β abl., sc. 'aliquot -bus' vel 'aliquot milibus -uum' (v. etiam p. 627, 47. 629, 23; quae pro abl. compar. accipi possunt v. sub 5aβ; invenitur saepius apud MART. CAP., ubi fons eius, sc. PLIN. nat., notas aliasve structuras praebet, e. g. 6, 637. 644. 661. 679): CAES. Gall. 1, 41, 5 Ariovisti copias a nostris milibus (milia Meusel) -uum quattuor . . . abesse (TAC. hist. 4, 82, 2 MART. CAP. 6, 689). 1, 43, 2 -bus ducentis ab eo tumulo constituit legionem. 1, 48, 1. 1, 48, 2 milibus -uum duobus ultra eum (cf. 6, 35, 6 infra). 5, 24, 7. HIRT. Gall. 8, 18, 1 campum . . . patentem . . . -bus mille (MART. CAP. 6, 661). BELL. Afr. 30, 1 non longe a suis castris, -bus CCC. 77, 4. 80, 3 MD -bus ad mare versus consedit. LIV. 45, 28, 3 quinque milibus -uum ab urbe distans (PLIN. nat. 2, 173. 5, 78 FRONTIN. strat. 2, 10, 2 TAC. ann. 15, 5, 2). PLIN. nat. 5, 41 a . . . promunturio -bus MD sita. 5, 76 insula praealto mari DCC -bus divisa (cf. AMM. 22, 16, 10 disparata. MART. CAP. 6, 646 freto mille quingentis -bus, separatur [quingentorum -uum Kopp]). 31, 41 novem milibus -uum . . . perducta aqua. al. PLIN. epist. 2, 17, 2. COD. Theod. 8, 5, 25, 1 ab itinere . . . quingentis -bus devertere. ARATOR act. 1, 56 mille -bus ire. al.

γ pendet e praepos.: α ab (cf. vol. I 24, 14sq.): CAES. Gall. 2, 7, 3 a milibus -uum minus duobus castra posuerunt (4, 22, 4 ex eo loco a milibus -uum octo. 5, 32, 1. 6, 7, 3 civ. 1, 65, 3 CASS. Cic. fam. 12, 13, 4 LIV. 42, 58, 1 PLIN. nat. 6, 167). LIV. 24, 46, 1 a quingentis fere -bus. β in: c. abl.: CAES. Gall. 6, 36, 2 deletis hostibus in milibus -uum tribus (BELL. Afr. 63, 3 hostem consecutus. MART. CAP. 6, 676 a Canopico ostio in duodecim milibus -uum [sec. PLIN. nat. 5, 62 ab ostio Canopico XII p.]). PEREGR. Aeth. 15, 1 locus est in ducentis -bus. ? c. acc. (cf. vol. VII 1, 760, 17sq.): PLIN. nat. 5, 139 Methymna . . . urbibus Asiae in XXXVII p. vicina. γ de: REGVLA mag. 55 tit. de quot -bus frater relicto labore ad oratorium debet occurrere?

δ locutiones indicantes numeros non accurate computatos:

α cum comparativis (omissimus locus propter scripturam breviatam ambiguos): α in dispositione appositionali q. d.: LEX CORN. (coll. Mos. 1, 3, 1) in urbe Roma propiusve M -us (al. v. p. 629, 73sq.). CAES. civ. 2, 24, 4 locus abest . . . ab Vtica paulo amplius -us mille (BELL. Afr. 39, 2. 80, 1 GALBA Cic. fam. 10, 30, 3. SALL. Iug. 68, 3 non amplius mille -uum abesse. LIV. 38, 4, 4 PLIN. nat. 2, 206. 36, 191 quingentorum est -uum non amplius . . . spatium. PLIN. epist. 10, 90, 1 [v. app. crit.]). BELL. Afr. 38, 3 minus -us CCCC a suis castris (41, 2. 59, 5 interiecto non minus mille -um spatio [sim. LIV. 27, 25, 13]. LIV. 34, 9, 2. 34, 26, 2. 38, 21, 1. al.). 61, 1 non plus -um CCC interiecto spatio (LIV. 1, 23, 3. 28, 14, 13. 35, 3, 2. al.). 78, 2 non longius fere mille -us . . . progressus (LIV. 3, 20, 7). al. β cum abl. compar., sc. 'aliquot -bus' vel 'aliquot milibus -uum': CAES. Gall. 1, 15, 5 ut non amplius quinque . . . milibus -uum interesset (1, 23, 1 aberat [2, 16, 1. 4, 11, 1 FRONTIN. strat. 2, 2, 5]. 2, 7, 4 patebant. PLIN. nat. 6, 82 mare . . . vadosum, senis non amplius altitudinis -bus). 1, 22, 1 cum non longius mille et quingentis -bus abesset (item iuxta abesse: 5, 53, 7 civ. 3, 66, 3 BELL. Alex. 72, 2. ceterum: CAES. Gall. 4, 10, 2 longius ab Oceano milibus -uum tot. 4, 11, 4. 7, 79, 1 LIV. 37, 21, 1. 40, 43, 2). LIV. 26, 1, 10 propius ullam urbem decem milibus -uum (26, 34, 9. 40, 37, 4). frg. 60 (59 Jal) paulo plus mille -bus a mari abest (VELL. 2, 109, 4). MELA 1, 6 ut minus mille -bus pateat (2, 54). PLIN. nat. 6, 71 nusquam latior L stadiis aut altior XV pass<ib>us. γ cum quam: LIV. 36, 15, 10 iter . . . non latius quam sexaginta -us. 44, 35, 17 spatium . . . paulo plus quam mille -us patebat. δ cum praepos. ab: REGVLA mag. 55, 9 si plus a quinquaginta -bus longitudo fuerit.

β exempla cetera (notabiliora): CATO orig. 26 inde est ferme mille -um (SALL. Iug. 48, 3 LIV. 4, 27, 3. 21, 7, 2. et saepius. PLIN. nat. 3, 92 SCHOL. Cic. Bob. p. 85, 31. 178, 15). CAES. Gall. 1, 49, 1 circiter -us sexcentos (saepe, maxime apud CAES.; v. vol. III 1099, 30-50). BELL. Afr. 78, 2 non longius fere mille -us (LIV. 5, 26, 5. 23, 44, 7. al. PLIN. nat. 5, 42. 18, 188. 37, 45. al.). PEREGR. Aeth. 2, 1 milia -os forsitan sedecim (16, 6. 23, 2. 25, 11 f. ad mille quingentos -us [29, 4]). 20, 8 forte ad mille -us (20, 10. 21, 4. cf. PATRIC. conf. 17 forte habebat ducenta milia -us).

II de expansione, extensione aliarum rerum: A brachiorum: GERM. 188 Cepheus patulis manibus stat post Cynosuran diducto -u (huc traxit Kleywegt, Mnemosyne 40, 1987, 118sq.; vulgo sec. IA intellegitur). VAL. FL. 1, 258 ut Achilles . . . Pelea . . . vidit . . . ingenti tendentem brachia -u, adsiluit. GROM. p. 319, 23 L. amplius manuum -us mille rectum alveum finis excurrit. METROL. p. 138, 10sq. -s dicitur quod duobus gressibus gradiendo conficitur; -s etiam dicitur quantum ambobus brachiis extensis inter longissimos digitos est. B laterum corporis: STAT. silv. 1, 1, 29 (de statua equestri Domitiani) laterum -us hinc Iulia tecta tuentur, illinc . . . regia Pauli, terga Pater (cf. Theb. 4, 173 laterum tractus, Sil. 4, 617 laterum extensus; gressus equi a latere conspectos intellegere mavult Vollmer ad l.). Zoppi.

1. pāsta v. pasco p. 594, 52.

2. pasta, -ae f., παστῆ (cf. Pollux 6, 56 et Hesych. s. v. πάστᾱ).

[Kuhlmann]

[*it. pasta; sard. pasta; raet. or. paste, occ. pasta; francog. pâte; prov. vet. pasta et var. francoprov., prov., vasc.; cat. pasta; hisp. pasta; port. pasta. cf. M.-L. 6272. Battisti-Alessio IV 2796. Wagner II 232. Wartburg VII 744 sqq. Corominas² IV 421. Machado³ IV 319. St.] [glossema editoris est ALEX. TRALL. 2, 73 mela in sparvo i. in -a involuta (cf. e. g. cod. Andecav. 457 [442] insperso involuta).]*

i. q. farina ad coquendum subacta ex aqua (sale aliisve rebus admixtis): MARCELL. med. 1, 38 rasamen -ae, quod in magide adhaeret, et alia . . . conteres. 13, 7 hordei farinam . . . et sal tritum cum melle confricato, donec sibi cohaereant, et postea -am ipsam . . . comburito (in dentifricio faciendo ut: PLIN. phys. Bamb. 36, 9 facies -am ex farina et sale). 30, 49 scamoniam mittes in -am et deinde mittes in furnum, ut cum ea coquat (sc. neve aduratur).

[3. *pasta*, nomen herbae, perperam affert Souter, Glossary s. v. e PLIN. VAL. 1, 61, 5; intellegendum est p. p. p. verbi pascendi sec. Plin. nat. 28, 230.]

? *pāstālis*, -e vel ? *pāscālis*, -e. quae forma agnoscenda sit, non liquet; *pastalis*, *adi.* a pascere (pastus) derivandum, commendari videtur codicibus, sed -alis suffixum haud facile cum verbo coniungi potest nec sensus formationis prorsus dilucidus est; eodem modo haerebis in *adi. pascalis*, si a pascere derivare temptabis, sin a pascua, aptum habebis sensum, sed a pro ua aegre explicabis. *adhibetur de animalibus, quae non in stabulo pascuntur:* CATO or. 211 <pa>stalis ovis (cod. F FEST. p. 242 tradit scalis, sed c incerta; pascalis *edd. vet.*, *pastalis restituit Lindsay in ed. Gloss. IV sec. PAVL. FEST. p. 243 pastales [trad.; pasc. edd. vet.] oves* Cato posuit pro pascuales). LVCIL. 1246 *pastali pecore (sec. codd. FEST. p. 301 et PAVL. FEST. p. 300 tuetur Krenkel; pascali Marx aliique). ex alterutra forma veriloquii causa depravatam videtur:* PAVL. FEST. p. 222 *passales et oves et gallinae appellantur, quod passim pascuntur.*

pastas f., παστάς. de parte quadam domus graecae: VITR. 6, 7, 1 peristylum in . . . parte, quae spectat ad meridiem, duas antas habet . . . in quibus trabes invehuntur; . . . hic locus apud nonnullos prostas, apud alios -s nominatur; (2) in his locis introrsus constituuntur oeci magni mulierum (genus prothyri intellexit Ferri, 1960, ad l.; v. etiam Van Buren, RE XVIII 4, 2099, 47 sqq.).

pastellum, pastellus v. pastillus.

pastenāca v. pastinaca. pasticō v. plasticē.

? *pāsticus*, -a, -um. si recte trad., fortasse potius a 2. *pastus* (-ūs) quam a pascere (pastus) derivandum (ad formationem cf. Lewmann, Gramm. 1977, 337). *i. q. ad pastum pertinens, sc. de pecore non iam lactante, sed herbae pastu fruente (vix de pecore saginato):* APIC. 8, 6, 10 haedum sive agnum -um (sed Parthicum, sc. lasere Parthico conditum, fortasse rectius con. Schuch coll. 6, 9, 2 pullum Parthicum; sequitur 8, 6, 11 haedum laur(eat)um).

? *pāstilitās*, -ātis f. cf. cum pascō (pastus; subesse videtur *adi. *pastilis, notione activa ut altilis vol. I 1763, 59.* collective de rebus, quaecumque pascunt, fere *i. q. alimentum:* VINDIC. med. 8 subiectam esse . . . sibi (sc. semini) -is cruditatem, hoc est novum cibum acceptum (cf. 2 fit . . . semen ex nutrimine, id est ex cibo. 7 cum pastus in seminis vasculis reperitur).

pastillārius, -ī m. a pastillus. scribitur -ila-: INSCR. christ. Diehl 628, 1. *abit in sermonem gr. παστιλλάριος. i. qui pastillos facit vel vendit:* AVG. mor. Manich. 2, 16, 46 farina . . . aqua . . . contrahitur, ut subigenda fiat melior; . . . -us mella diu subigit, ut ad illum candorem perveniat. INSCR. christ. Diehl 628, 1 Attalus -us. 629, 2 (a. 435) Marcelli patroni corporis -orum.

pastillātus v. pastillo.

pastillico, -āre. a pastillus. non nisi part. praes. -ans, fere *i. q. formam pastilli exhibens:* PLIN. nat. 21, 49 -antibus quinquagenis quinibus barbulis floris cuiusdam.

? *pastillum*, -ī n., παστιλλιον (vox gr. de cibo, non de medicamento adhiberi videtur; an cogites de scriptura vulgari pro pastillum coll. Schuchardt, Vokalismus II 489?). *i. q. (parvus) pastillus:* ORIBAS. syn. 3 add. 70 Aa p. 922 -um catarticum (bis in titulo; sed in utraque compositione praecipitur: facis pastillos. *ibid.* postea in alio titulo: pastillum c.).

pastillo, -ātus, -āre. a pastillus. non nisi p. p. p. -tus, fere *i. q. in pastilli formam redactus (i. q. pastillis conditus vix recte intellexit Souter, Glossary, s. v.):* CASS. FEL. 19 p. 29, 11 collyriis ex . . . cephalico cum melle -to sub hora formati (sim. 20 p. 31, 19. cf. Diller, RE XVIII 4, 2101, 37). FRG. med. Tolet. l. 5 mel pastellato.

pastillulus, -ī m. a pastillus deminutive. *i. q. parvus pastillus:* MARCELL. med. 16, 60 uvam passam, sinape, acetum cum mellis modico teres et miscebis ita, ut eam spissitudinem habeat, ut -i fieri possint, non tamen grandes.

et B 1 b): LVCR. 5, 1387 tibia ... per nemora ... saltusque reperta, per loca -um deserta atque otia dia. VERG. (?) catal. 9, 18 Moeris -es et Meliboeus erant dulcia iactantes alterno carmina versu (item versus condunt: VERG. ecl. 5, 41 -es, ... Daphnidis tumulo super addite carmen. 6, 4 -em ... pinguis pascere oportet ovis, deductum dicere carmen. 6, 67. 10, 51 carmina -is Siculi modulabor avena [ad ipsum Theocritum refert e. g. PHILARG. ad l., ut spectet ad B 1 b]). CVLEX 96 aemulus Ascreo -r sibi quisque poetae ... traducit ... vitam. al.). VERG. ecl. 2, 1 formosum -r Corydon ardebat Alexin (item agitur de amore: 8, 23 -um ... audit amores. OV. met. 4, 276 taceo ... -is amores Daphnidis Idaeus. CALP. ecl. 3, 90 credere, -es, levibus nolite puellis). 5, 59 Panaque -esque ... Dryadasque puellas. 7, 25 -es, hedera ... ornate poetam (cf. 9, 34 me ... dicunt vatem -es). CVLEX 99 = OV. rem. 181 -r ... modulatur harundine carmen (item sonat syringe: COPA 10 rustica -is fistula. OV. trist. 4, 1, 12 harundineo carmine mulcet oves. 5, 10, 25 iunctis ... cantat avenis. MANIL. 5, 116 SEN. Herc. O. 128 FRONTO p. 143, 6 v. d. H. al., cf. l. 6. p. 639, 56). PROP. 4, 10, 29 nunc intra muros Veiorum -is bucina ... cantat. VITR. 7, 5, 2 pinguntur ... fana, luci, montes, pecora, -es eqs. al. δ *de -e, qui rerum naturae peritus est*: CARM. Marcell. med. 21, 3 (de medicamento) -es te invenerunt ([in carm. sim. 28, 16 Pelagon. 121, cf. Heim, Incant. mag., 1893, 492]. PLIN. nat. 25, 47 aliqui -em ... invenisse tradunt melampodion. PS. APVL. herb. 60 l. 8. 65 l. 13. 15). VARRO rust. 2, 3, 5 capras non ... naribus, sed auribus spiritum ducere solere -es curiosiores aliquot dicunt. VERG. georg. 3, 281 hippomanes quod nomine dicunt -es (cf. COLVM. 6, 5, 3 quam radiculam -es consiliginem vocant [sim. 7, 3, 17 colostram. 7, 5, 16 pusulam. 7, 5, 21 ostiginem]). Aen. 12, 587 latebroso in pumice -r vestigavit apes eqs. (sim. STAT. Theb. 10, 574). OV. fast. 4, 795 cum saxis -es saxa feribant, scintillam subito prosiluisse ferunt (cf. SEN. nat. 2, 22, 1 ligna in hunc usum, sc. ignem eliciendum, nota -bus. PLIN. nat. 16, 208 hoc [i. ignem e lignis frictis factum] usus ... -um ... repperit). VITR. 10, 2, 15 Pixodarus, inventor lapidicinarum, fuerat -r. COLVM. 7, 12, 14 quo facto (sc. cauda catuli castrata) ... , ut plurimi -es affirmant, rabies arcetur. PLIN. nat. 8, 54 casus rationem leonis captandi docuit ... <a> -e Gaetuliae sago contra ingruentis leonis impetum obiecto. 8, 100 (-es pantheris insidiantur). 16, 179 ex qua sabuco magis canoram bucinam ... credit -r ibi caesa, ubi eqs. al.

2 *de eo, qui homines pascit* (in imag. l. 49): a *usu vario*: QVINT. decl. 260 tit. (postea additus?) -r abdicatorum. RVFIN. Basil. hom. 3, 3 p. 1748^A (ad hominem divitem) cum te omnis populus, qui ex promptuariis tuis pastus est ... , pro tribunali dei ... -em te suum ... et misericordem patrem ... testabitur (gr. p. 265^D τροφέα). CASSIOD. var. 2, 19, 3 fiat ... pastus ... vulturis, qui necem potuit crudeliter desiderare -is (i. domini). b *i. q. hospes, convivator* (cf. p. 595, 43): SCHOL. HOR. sat. 2, 8, 7 ('cenae pater') -r, pater familias, exhibitor, δ ἀρχισυμποσιαστής. epist. 1, 19, 16 convivae -i suo ... diserti dant gloriam. COMM. instr. 2, 37 tit. -i. pascere qui quaeris eqs. ENNOD. carm. 2, 61, 2 -r fercula concilias. CASSIOD. in psalm. 48, 19 satellites inter ... epulas -bus suis bene optare consueverunt. inde in imag.: ENNOD. epist. 4, 19, 2 p. 112, 17 corda cibis dulcibus (i. epistolis tuis) -r artifex inritasti.

B *translate* (cf. imagines l. 49. p. 638, 41. 641, 74): 1 *-es sunt homines*: a *dux exercitus*: QVINT. inst. 8, 6, 18 in illo ... plurimum erroris, quod ea, quae poetis ... permissa sunt, convenire quidam etiam prosae putant. at ego in agendo nec -em populi auctore Homero (v. B 243. al.) dixerim nec eqs. (cf. SERV. Aen. 11, 811 bene -i reginam, sc. Camillam, comparat, nam reges ipsi -es vocantur: Homerus ποιμένα λαῶν. 12, 587 -r et ductor exercitus, ut Homerus eqs.). LACT. mort. pers. 19, 6 Maximinus Daia ... iam non pecorum, sed militum -r (nisi ad A2). b *poeta, qui bucolica scripsit, sc. Vergilius* (cf. supra l. 7 et VERG. georg. 4, 565 carmina qui lusi -um. PROB. Verg. ecl. praef. p. 329, 8 qua licentia Vergilius se -em facit, cum sit urbanus): TER. MAVR. 2132 noster ... -r Maro. c *in titulis non prorsus explanatis de sodalibus collegii cuiusdam (cultorum Bellonae, i. Magnae Matris? v. post alios Fishwick, Journ. Rom. Stud. 57, 1967, 158 sqq.): CIL XIII 7317 (a. 224) hastiferii sive pastor(es) consistentes Kastello Mattiacorum. addas fortasse: CIL VIII 27845 (cf. INSCR. Afr. Gsell I 2872) <Dati?>vus et oxor -es. vix etiam INSCR. Année Epigr. 1932 n. 77 (Bais) templum ... Turrenius Caelerinus -r sacris deae Veneris Caelestis et cultor deorum ... restituit (sacerdotem intellegit Ribezzo, Riv. Indo-Greco-Italica 15, 1931, 105 sq., sc. sacris cum -r iungens).*

2 *-es appellantur numina ruris*: -r potius est attributum, quo aliqui deus laudatur, indicatur: CE 250, 1 (a. 156) magne deum, Silvanus potens, sanctissime -r, qui nemus ... gubernas. APVL. met. 5, 26, 1 (de Pane) sic locuto deo -e eqs. (cf. 5, 25, 3 deus rusticus, 5, 25, 5 rusticanus et upilio). -r est ipsum nomen dei: INSCR. Année Epigr. 1966 n. 274 (saec. III? e Rhaetia) -bus Tertius Valerii v(otum) s(olvit) (eodem loco reperti sunt tituli gemini Dianae, Mercurio, Silvano dedicati). II *apud Iudaeos et Christianos, sive in imagine vel comparatione parabola adhibetur, sc. saepe accedentibus vocibus q. s. grex, ovis sim., sive translate ponitur* (quae ad usum proprium spectant v. sub I, e. g. p. 638, 77 sqq. 639, 14; gr. resp. ποιμήν, nisi aliud adnotavimus):

A *in sermone veteris testamenti et inde apud ecclesiasticos*: 1 *de homine* (de angelis p. 641, 19): a *qui populo praeest*: α *more* [Kuhlmann]

boni -is (de eis, qui Israel defendunt et hostes puniunt, l. 15): ITALA num. 27, 17 (Lugd., sim. VVLG.) non erit synagoga domini sicut oves, quibus non est -r (sim. II par. 18, 16 [Complut., sim. VVLG.] omnem Israhel dispersum . . . sicut oves eqs. Iudith 11, 15 [Corb. al., sim. VVLG.]. Matth. 9, 36 [cod. a al. = VVLG.]. VVLG. III reg. 22, 17. al.). Is. 63, 11 (Hier. ad l.) deus eduxit de terra -em ovium Moysen (VVLG. cum -bus gregis. item de Moysse: Ps. PHILO antiq. 19, 3 quis dabit nobis -em unum sicut Moyses? EVCHER. laud. her. 7 ingressus . . . eremum -r ovium, -r ab eremo remittitur populorum. v. etiam p. 639, 81). Ier. 3, 15 (Cypr. testim. 1, 14 al., sim. VVLG.; loq. deus) dabo vobis -es secundum cor meum et pascent vos eqs. (cf. Ezech. 34, 23 [Aug. serm. 47, 20, sim. al. et VVLG.] excitabo super eas oves -em unum, et pascet eas . . . David. 37, 24 [Aug. civ. 18, 34, sim. VVLG.] David rex super eos et -r unus erit omnium. sim. al., quae saepe ad Christum referuntur). Mich. 5, 5 (cod. 176) insurxerunt in eum Assur septem -es . . . et pascent Assur in gladio (sim. VVLG.; HIER. ad loc. l. 245 -es omnes patriarchas et prophetas et sanctos viros arbitror esse). HIER. hom. Orig. in Luc. 12 p. 74, 1 dicam quosdam fuisse -es angelos, qui res humanas regerent eqs. (item de angelis gentium q. d.: ibid. p. 74, 11 erat quidam -r Macedoniae. RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 150, 4 [ad cant. 1, 7 tabernacula -um] -es' . . . 'huius mundi principes' [I Cor. 2, 6] accipiendi sunt vel illi 'angeli' [deut. 32, 9], sub quorum cura reliquae 'gentes' habentur). VVLG. Is. 44, 28 (deus ad Cyrum) -r meus es et omnem voluntatem meam conplebis. Ps. EVSEB. GALLIC. serm. 72, 5 G. ille Aaron vigilabat solliciti -is officio. al. β more mali -is (v. etiam p. 642, 22; plur. praeter l. 43): ITALA Ier. 2, 8 (Lucif. non conv. 8, sim. VVLG.) -es impie egerunt in me. 23, 1sq. (Wirc., sim. VVLG.) o -es, qui dispargitis et perditis oves a pastionibus suis eqs. (cf. VVLG. Ier. 23, 2 dicit . . . deus Israhel ad -es, qui pascent populum meum: vos disperditis gregem meum eqs.). Ezech. 34, 2 (Hier. ad l., sim. VVLG.) o -es Israhel, numquid pascent -es semetipsos? nonne oves pascent -es? 34, 8 (Aug. serm. 46, 19, sim. VVLG.) non quaesierunt -es oves meas et paverunt -es se ipsos eqs. 34, 10 (Cypr. testim. 1, 14, sim. VVLG.) ecce ego super -es et inquiram oves meas de manibus eorum (inde e. g. CYPR. epist. 68, 4 p. 747, 13 cum . . . -bus talibus, per quos dominicae oves negleguntur et pereunt, sic dominus comminetur eqs. AVG. serm. 46, 20 a malis -bus inquirat deus oves suas). Zach. 10, 3 (Hier. ad l., sim. VVLG.) super -es concitatus est furor meus. 11, 3 (Hier. ad l., sim. VVLG.) vox lugentium -um, quoniam misera facta est magnificentia eorum (cf. VVLG. Ier. 25, 36 vox clamoris -um eqs.). 13, 7 (Tert. fug. 11, 3) exsurge, romphaea, in -es et . . . superducam manum meam in -es, (VVLG. percute -em [huc resp. l. 77]). VVLG. Ier. 10, 21 stulte egerunt -es et dominum non quaesierunt eqs. Zach. 11, 17 o -r et idolum, derelinquens gregem. al.

b -r ventorum i. q. homo imprudens (sec. locutionem proverb. ventos pascere, de qua v. p. 592, 55): PALLAD. hist. mon. I 47 vanae gloriae stimulis . . . illusus eremita . . . -r quodammodo insipiens videbatur esse ventorum atque persecutor umbrarum, (gr. p. 153, 3 B. ἀνεμους πομαίνων tantum; versio lat. sec. Sirach 34, 2 aucta videtur).

2 de deo (in explicationibus etiam ad Christum refertur): ITALA eccles. 12, 11 (Hier. ad l., sim. VVLG.) verba sapientum . . . habentibus coetus data sunt a -e uno (ad deum refert HIER. ad l. ait eam sapientiam ab uno -e concessam; id est licet plurimi doceant, tamen doctrinae unus auctor est dominus). Sirach 13, 13 (= VVLG.) erudit quasi -r gregem suum (eadem comparatione: Ier. 31, 10 [Cypr. testim. 1, 14, sim. VVLG.] qui dispersit Israel, congregabit illum . . . sicut -r g. s. [gr. 38, 10 ὁ βόσκων]. Ezech. 34, 12 [Aug. serm. 46, 23 = VVLG.] visitabo eas oves, sicut visitat -r g. s.). VVLG. gen. 49, 24 -r egressus est, lapis Israhel (explicat ISID. in gen. 31, 55 ipse dominus bonus -r). Ier. 17, 16 ego non sum turbatus te -em sequens.

3 de rebus (sc. ultimis): ITALA psalm. 48, 15 (Veron.) homines insipientes sicut oves inferno positae, mors -r est eis (gr. πομαίνει, Vulg. depascet. explicat AVG. ad l.: homines ad eum diabolum pertinentes -em mortem habent . . .; infidelium -r mors, fidelium -r vita. si ergo in inferno sunt oves, quibus -r mors est, in caelo sunt oves, quibus -r vita est).

B in sermone novi testamenti et inde apud ecclesiasticos de Christo, qui est -r bonus. subest usus descriptus sub ΑΙαα nec non ΑΙαβ (sc. per oppositionem). iunctura q. e. -r bonus iam apud paganos, sed coloribus diversis legitur, e. g. COLVM. 7, 3, 14 cum . . . b. -is vel prima cura sit . . . in demortuarum . . . ovium locum totidem . . . substituere (de servo ut: 11, 1, 18 more optimi -is, qui e grege nullam pecudem patitur in agro relinqui). SVET. Tib. 32, 2 praesidibus onerandas tributo provincias suadentibus rescripsit Tiberius b. -is esse tondere pecus, non deglubere (cf. Otto, Sprichw. n. 1354).

1 in sacris scripturis: ITALA Matth. 26, 31 (cod. b al. = VVLG.) scriptum est enim (cf. Zach. 13, 4): percutiam -em et dispargentur oves gregis (item Marc. 14, 27). Ioh. 10, 2 (cod. b, sim. al. et VVLG.) qui . . . introit per ianuam, hic -r est ovium. 10, 11sq. (ibid.) ego sum -r bonus; -r enim bonus animam suam tradet pro ovibus suis; (10, 12) mercennarius autem et qui non est -r, cuius non sunt oves propriae, videt lupum venientem et dimittit oves et fugit . . .; (10, 14) ego sum -r bonus et cognosco meas et cognoscunt me meae . . .; (10, 16) fiet unus grex et unus -r. Hebr. 13, 20 (cod. d, sim. al. et VVLG.) deus . . .

pacis, qui suscitatur ex mortuis -em ovium magnum . . . dominum nostrum Iesum Christum. I Petr. 2, 25 (cod. 65 al., sim. VVLG.) sicut oves errabatis, sed nunc convertimini ad -em et visitatorem (episcopum VVLG.) animarum vestrarum.

2 apud ecclesiasticos (praeter locos sub 1 allatos respicitur saepius Luc. 15, 4sq. vel locus geminus Matth. 18, 12sq., etiamsi illic vox q. e. -r deest; afferuntur pauca selecta): TERT. paenit. 8, 5 errat . . . una -i ovicula, sed grex unā carior non erat; una . . . humeris -is refertur. patient. 12 p. 19, 5 erroneam ovem patientia -is requirit eqs. pudic. 7 p. 231, 7 ovis proprie Christianus et grex domini ecclesiae populus et -r bonus Christus et ideo Christianus in ove intellegendus, qui ab ecclesiae grege erravit. p. 231, 14 nonne universarum gentium idem deus et dominus et -r est? quis magis perit a deo quam ethnicus eqs.? 10 p. 240, 19 ego eius -is scripturam haurio, qui (var. l. quae) non potest frangi sicut ille pictus in calice (opp. p. 240, 11 scriptura -is, sc. Hermae, quae sola moechos amat [v. sub D]). resurr. 34 p. 73, 24 si caro . . . cum anima, quod pecus totum est, humeris boni -is advehitur. CYPR. epist. 66, 8 illi Petro sunt ecclesia plebs sacerdoti adunata et -i suo grex adhaerens. AMBR. paenit. 1, 1, 2 -r ille euangelicus lassam ovem vexisse legitur, non abiecit. HIER. epist. 2, 3 ego . . . sum quasi a cuncto grege morbida aberrans ovis; quod nisi me bonus -r . . . umeris inpositum reportarit eqs. in Ier. 23, 5/6 abiectis . . . -bus synagogae, scribis videlicet et Pharisaeis . . . , inducitur -r -um (AVG. serm. 138, 4, 4 ergo et -r Petrus et bonus -r; nihil quidem ad potestatem ac bonitatem -is -um. 181, 4, 6 -r -um arietibus dixit [i. Christus discipulis]. 190, 3, 3 nuntiatur -bus [Luc. 2, 8sq.] princeps -rque -um [cf. infra l. 59]. al.). AVG. civ. 15, 7 p. 71, 15 D. Christus . . . -r ovium hominum, quem -r ovium pecorum praefigurabat Abel (de eadem praefiguratione: QVODV. prom. 1, 6, 9. CHROMAT. serm. 23, 2 L. ille Abel -r pecudum, hic martyr, ille -r ovium irrationabilium, hic rationabilium. al.; cf. QVODV. prom. 2, 25, 52 David . . . , -r sane ovium, ut nostrum signaret -em . . . Christum [cf. l. 39]). in euang. Ioh. 45, 15 morientes habebunt vitam veniendo, quo -r ille praecessit. 47, 3 quod -r est, dedit et membris suis (spectat ad l. 56; similiter: serm. 24, 5 habetis . . . -es, servos -is et membra -is). QVODV. symb. 1, 4, 32 gregem separatis a summo -e (cf. 3, 9, 11 non se sequestret ovis a summo -e. CHRYSOST. hom. V 943^B ecclesia [i. sponsa] non potest a -e [i. sponso] divelli). temp. barb. 2, 14, 1 domine bone, summe et optime -r, ne pereat ovis, imple officium summi -is; sequere leonem . . . ; nonne tu es David noster, -r ovium, rex noster eqs. (item in precibus: SACR. Leon. 291 gregem tuum, -r bone, . . . intende [item 520]. 376 exorantes, ut gregem tuum, -r aeternae, non deseras eqs. al.).

3 iuncturae potiores: a epitheta selecta: bonus: l. 11. 17. 21. 24. 40. p. 641, 80sq. al. noster: l. 31. AVG. epist. 208, 4. al. summus: l. 35sq. 38. LEO M. serm. 60, 3 GREG. M. epist. 7, 5 p. 446, 1. 8, 11 p. 14, 9. al. verus: HIER. hom. Orig. in Luc. 12 p. 74, 10 CASIOD. Didym. in Iudam 12-13 p. 94, 20 ARATOR act. 2, 1151.

b accedit gen. (v. etiam supra l. 23): ITALA I Petr. 2, 25 (cod. 65 al. = VVLG.) animarum vestrarum. TERT. pudic. 7 p. 231, 14 universarum gentium. RVFIN. Orig. in gen. 14, 1 p. 122, 2 ovium (al., v. etiam l. 1. 27. 31). CHROMAT. serm. 23, 2 L. martyr.

C in sermone ecclesiae de praepositis: **1** praemonenda quaedam: a exempla novi test. ad primas societates christ. pertinentia: ITALA Eph. 4, 11 (cod. d, sim. al. et VVLG.) Christus dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, quosdam autem euangelistas, quosdam autem -es et doctores . . . in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi. I Petr. 5, 4 (cod. q, sim. al. et VVLG.) seniores . . . obsecro . . . : . . . pascite . . . gregem Christi . . . , ut cu(m apparuerit pr)inceps -um, percipiatis . . . gloriae coronam (gr. ἀρχιποίμενος). et his locis et sermoni ecclesiasticorum subest usus sub A1 et B1 descriptus (cf. e. g. usum adi. q. e. bonus p. 643, 47. 644, 13. 14. 38). ceterum saepius respiciuntur Matth. 25, 32 Luc. 2, 8sq. nec non Ioh. 21, 17.

b explicationes, definitiones veterum: ad Eph. 4, 11: MAR. VICTORIN. ad l. fecit Christus . . . euangelistas, fecit etiam et -es et magistros, qui regunt ecclesiae populum. qui administrant, -es dixit, magistros vero, qui docent; non enim -es hic a pascendo neque ad cibos referendum, sed ad gubernandum, ut -es appellant episcopos. AMBROSIAST. ad l. -es possunt esse lectores, qui lectionibus saginent populum. PELAG. ad l. -es sunt sacerdotes, doctores vero omnes, qui sunt idonei ad alios instruendos; omnis ergo -r doctor, non omnis, qui doctor, et -r. AVG. epist. 149, 11 (respondet quaerenti PAUL. NOL. epist. 50, 9) -es . . . et doctores . . . eosdem puto esse. alia: AMBR. in Luc. 2, 50 (item MAX. TAUR. serm. 97, 2 M.) grex . . . populus, nox saeculum, -es sunt sacerdotes (ad Luc. 2, 8sq. ut: CHROMAT. serm. 32, 4 L. -es gregum spiritualiter episcopi . . . sunt). EVCHER. form. 5 p. 33, 6 -r apostolus est, in euangelio: pascere oves meas (Ioh. 21, 17, ad Petrum). CAES. AREL. serm. 1, 19 p. 17, 29 (de nominibus sacerdotum) et -es dicimur et gubernatores vel episcopi nominamur; si in veritate -es sumus, gregi dominico spiritalia pascua providere debemus.

c observationes nostrae: quantum e schedis nostris apparet, vox plerumque imagine servata, saepe etiam contextu illustrata adhibetur (aliter e. g. p. 643, 2. 77. 644, 33. 44. 53), ita ut per se non certum gradum clericorum, sed potius eorum qualitatem vel officium indicet. spectat enim ad apostolos e. g. l. 75. p. 644, 10sq. 19. 50, ad episcopos passim, v. e. g. l. 75. p. 643, 48. 74. [Kuhlmann]

ad abbatem l. 70. p. 644, 3. 22 al., ad presbyterum l. 84 (sed cf. l. 66). ponitur in allocutione p. 644, 3. 645, 7. al.

2 exempla, quae strictius sacras scripturas sequuntur (imprimis Ioh. 10, 2sq., quod infra non adnotavimus): TERT. fug. 11, 2 malus -r est, qui viso lupo fugit eqs. (11, 4). CYPR. epist. 43, 6 vitate lupos, qui oves a -e secernunt (cf. LVCIF. Athan. 2, 3 l. 11 D. [ad Constantium] exterminare . . . te populi dei pascuam conatum non poterit dubitari, quando eius -es tuleris, de quibus . . . dixerit deus [affert Ier. 3, 15 ut: non parc. 22 l. 22 nos . . . , quos praedixerat . . . futuros -es gregi suo]). 57, 2 ut a -bus oves in periculum (periculo var. l.) non deserantur, sed grex omnis in unum congregetur (cf. 68, 4 [antea afferuntur Ezech. 34, 4sq.] etsi -es multi sumus, unum tamen gregem pascimus eqs. sent. episc. 33 unius gregis -r. al.). 71, 2 ut . . . hanc ovem abigeatam et errabundam in ovile suum -r recipiat (cf. 74, 12 redeuntes recipi et in ovile, unde erraverant, a -e restitui. subest I Petr. 2, 25, sed fort. etiam Matth. 18, 12 = Luc. 15, 4sq. ut: RVFIN. Orig. in Ios. 7, 6 p. 333, 24 [l. 22 tu, qui ecclesiae praesides] -r es, vides oviculas domini ignaras periculi ferri ad praecipitia . . . , non occurris? eqs.). PRESB. Cypr. epist. 8, 2 nolumus . . . mercennarios inveniri, sed bonos -es (LVCIF. non parc. 11 l. 45 D. al.). HIER. hom. Orig. in Luc. 12 p. 73, 1sq. audite, -es ecclesiarum, -es dei, quod semper angelus . . . annuntiet vobis eqs. (sec. Luc. 2, 8sq. ut ibid. p. 73, 14sq. -r bonus, qui imitatur -em bonum, cooperatur est . . . Christi et propterea -r bonus est, qui habet secum -em optimum compascentem sibi [seq. I Cor. 12, 28]). in Ier. 25, 36 (ad Ier. 25, 34) quod -es putentur in ecclesia, qui praesunt gregi cum sapientia . . . atque doctrina. AVG. epist. 23, 6 (sec. I Petr. 5, 4) cogito me principi -um omnium rationem de commissis ovibus redditurum. POMER. 1, 21, 3 (ad Ezech. 34, 2) quod . . . dicit 'vae -bus' . . . -um nomine nos, sc. sacerdotes, significari quis non intellegat eqs. al.

3 exempla varia: a specimina selecta (pauca vetustiora): TERT. coron. 1 l. 32 (de Christianis, qui martyrium fugientes verba Matth. 10, 23 excusant) novi et -es eorum in pace leones et in proelio cervos. CYPR. epist. 57, 4 p. 654, 8 quod -es . . . commissas nobis oves nec curare in pace nec in acie voluerimus armare (AVG. anim. 4, 1, 1 ovibus turpe est vitia -um . . . eisdem occultare -bus. in euang. Ioh. 96, 1 posse inventae sunt o., quod tunc . . . nondum poterant portare -es [sc. apostoli martyrium]. al.). laps. 4 quando plus -r in gregis sui vulnerare vulneretur. NICET. virg. laps. 28 quodcumque . . . ad officium pertinuit -is, . . . tibi . . . non negatum est. AVG. epist. 208, 2 alii sunt . . . , qui propterea tenent pastorales cathedras, ut Christi gregibus consulant, alii vero, . . . ut suis honoribus . . . gaudeant. ista duo genera -um eqs. al.

b illustratur ratio intercedens inter -r aliasque voces ecclesiae praepositos significantes: α quae variis modis iuxta ponuntur vel variant in contextu: CYPR. epist. 15, 2 p. 514, 19 praepositorum est praeeptum tenere . . . ne, qui ovium -es esse debent, lanii fiant (AVG. serm. 47, 2 quod . . . p. sumus, inter -es deputamur, si boni sumus. GREG. M. moral. 1, 20). 41, 1 p. 587, 11 cum episcopo portionem plebis inlidere, id est a -e oves separare (59, 14 p. 683, 19 [l. 22 e.]. 61, 1 p. 695, 18 [l. 20 e.]. LVCIF. Athan. 2, 30 l. 1 D. tollere -es [l. 7sq. tulisti e. e plebibus]. et saepius). 68, 3 p. 746, 7 copiosum corpus est sacerdotum . . . , ut, si quis ex collegio nostro haeresim facere . . . temptaverit, subveniant ceteri, qui -es . . . oves . . . in gregem colligant (PRVD. perist. 6, 47 Christi sum famulus gregisque -r [v. 43 s.]. CONC. Arvern. a. 535 p. 66, 26 constituendi . . . -es [l. 23sq. in elegendis s.]. GREG. M. epist. 2, 48. al., v. etiam p. 642, 73). DAMAS. epigr. 13 (17 F.), 9 ostendit Christus . . . -is, sc. Xysti papae, meritum, numerum gregis ipse tuetur (respondet rector [v. 2] ut: COMM. instr. 2, 28 tit. 1.6.10 [v. 3 rector]. SACR. Leon. 291 [ad Christum] grex tuus ut hisdem r. gubernetur, quos . . . contulisti operis tui vicarios esse -es [sim. 376]. GREG. M. moral. 25, 40). SACR. Leon. 997 dirige cor plebis et praesulis, ut nec -i oboedientia gregis nec gregi (grex cod.) desit cura -is (DIONYS. EXIG. praef. 3, 7 [de Gelasio] hic . . . -r . . . egregius p. sedis apostolicae fuit. VITA Mauril. [BHL 5730] 12). CAES. AREL. serm. 2 p. 20, 15 -is sollicitudine admonitiones . . . conscripsimus, quas . . . presbyteri vel diacones debeant . . . recitare (item distinguitur: CONC. Turon. a. 567 p. 133, 23 tam -es quam p. GREG. M. epist. 13, 14). VITA Caes. Arel. 1, 15 -r . . . instituit, ut . . . clerici . . . cantarent. REGVLA mag. 23, 1 egressa omni congregatione cum suo -e de oratorio . . . abbas in sua mensae cathedra sedeat (29, 4 ovium suarum gregem . . . quasi diligens . . . -r adtendat). al. β quae accedunt per coniunctionem vel asyndeton: TERT. pudic. 13 p. 244, 2 (ironice) bonus -r et benedictus papa contionaris eqs. (ad rem v. supra p. 243, 74sq.). CYPR. epist. 66, 5 ut nec fraternitas habuerit episcopum nec plebs praepositum nec grex -em nec ecclesia gubernatorem nec Christus antistitem nec deus sacerdotem (HIER. chron. a. Abr. 2212 Victor Romanae urbis episcopus . . . plurimique ecclesiarum -es. RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 189, 7 -es atque e. vel qui verbo dei praesunt presbyteri eqs. RVSTIC. CONC. I 4 p. 138, 29 congregato conventu . . . e. atque -um ad quaerendam . . . ovem quae perierat. addas p. 644, 9). RVFIN. hist. 3, 37, 4 qui . . . in ecclesiis . . . vel principes vel euangelistae fuerunt vel -es. LEO M. serm. 4, 2 l. 50 ut, quamvis . . . multi sacerdotes sint multique -es, omnes tamen . . . regat Petrus (CONC. Turon. a. 567 p. 128, 20 [de presbytero]. v. etiam l. 76. p. 644, 17). FAVST. REI. grat.

1, 10 p. 35, 15 aedificat <dominus> domum suam per ecclesiae praesules atque -es (VITA Maxent. [BHL 5804] 3 p. monasterii . . . et -r). REGVLA mag. 14, 7 ignosce mihi, -r bone et pie abbas, relinque nonaginta novem oves eqs. (93, 1 vobis -r eligitur, vobis a. a domino . . . ordinatur).

c pertinet ad nomen proprium (supra inseruimus locos, quibus scriptores se ipsos nominibus omissis -es vocant, e. g. p. 643, 19. 29. 33. 54; ceterum huc trahere possis l. 2 p. 643, 57. 63. 68): OPTAT. 2, 4 p. 39, 2 missus est Romam Victor Donatista: . . . erat ibi . . . -r sine grege, episcopus sine populo. PS. DAMAS. epigr. 71, 14 -r ovem Petrus hanc Agatham in carcere recreat (AVG. in euang. Ioh. 47, 3 et P. -r et Paulus -r et ceteri apostoli -es. serm. 138, 1, 1 -r . . . bonus Christus. quid P.? nonne bonus -r? . . . quid Paulus? quid ceteri apostoli? quid . . . beati episcopi martyres? . . . omnes ergo isti -es boni . . . , quia pro ovibus fuderunt sanguinem. 285, 3 dominus commendat P. oves suas . . . , postea -i. 285, 5 ut Christus -r, P. non -r?). HIER. epist. 15, 2, 1 (tit. ad Damasum) a te sacerdote victima salutem, a -e praesidium ovis flagito (de eodem 16, 1, 1 dives -r). AVG. serm. 168, 4, 4 Saulus nondum Paulus factus ibat lupo -r futurus (de eodem: 175, 6, 7 attenditis ad -em, obliti estis lupum. v. etiam l. II. 13). CONC. I 3 vers. Tur. p. 192. 18 Nestorium sectantes et a grege nobili removentes falsum -em (gr. I 1, 4 p. 34, 12 ψευδοποιμένα). VICT. VIT. 1, 32 cui monasterio praeerat . . . -r Andreas. 3, 34 Eugenio -e Carthaginis . . . in exilio constituto. al.

4 iuncturae notabiliores: a accedit gen., indicans: α quos -r curet, quibus praesit sim. (v. etiam infra l. 59 et bβ): TERT. coron. 1 l. 32 eorum, sc. Christianorum (RVFIN. hist. 3, 36, 5 ad Efesios eorumque -em). CYPR. epist. 15, 2 ovium (QVODV. grat. 2, 7, 15 suarum, sc. Christi). sent. episc. 33 gregis (PRVD. perist. 6, 47 Christi. MAX. TAVR. serm. 30, 1 M. christiani. al.). LVCIF. Athan. 2, 3 l. 11 D. eius, sc. populi dei. HIER. chron. a. Abr. 2212 ecclesiarum (hom. Orig. in Luc. 12 p. 73, 1. 7 CHROMAT. serm. 32, 4 L. SACR. Leon. 316 totius e. FAVST. REI. grat. 1, 10 p. 35, 15. al.). pro hominibus ponitur locus: RVSTIC. CONC. I 4 p. 191, 11 Cyri. β cuius imperio subsit: LVCIF. Athan. 2, 30 l. 4 D. dei . . . supra dominicum gregem -es (HIER. hom. Orig. in Luc. 12 p. 73, 2 COMM. instr. 2, 28 tit. PAVL. PETRIC. Mart. 3, 20).

b accedunt epitheta: α varia: TERT. pudic. 13 p. 244, 2 bonus (PRESB. Cypr. epist. 8, 2 AVX. Maximin. c. Ambr. fol. 305^v, 23 HIER. hom. Orig. in Luc. 12 p. 73, 14. 16 AVG. serm. 138, 1, 1. et saepe). AVG. epist. 208, 4 malis (serm. 46, 2 l. 50). in Gal. 15, 9 posterioris (sc. Pauli, quem Petrus antecessit, cf. l. 49). QVODV. grat. 2, 7, 15 idoneum. HIL. AREL. vita Honorat. 25 l. 2 sollertissimo. 35 l. 20 tantum (LEO M. serm. 2, 2). SACR. Leon. 1163 sanctorum (PS. EVSEB. GALLIC. serm. 35, 9 G. cf. VITA Marcell. Ebred. [BHL 5227] 8 beatissimus [DYNAM. vita Max. 1 l. 35 G. INSCR. Iugosl. I Hoffiller-Saria 16, 3]). CONC. I 3 vers. Tur. p. 192, 18 falsum (cf. VITA Mauril. [BHL 5730] 12 non veri). VICT. VIT. 1, 32 nobilis. RVSTIC. epist. 1, 2 p. 353, 19 egregie (DYNAM. vita Max. 6 l. 124). PS. EVSEB. GALLIC. serm. 72, 9 G. magnificus. GREG. M. moral. 16, 64 primum (de Petro ut: 18, 56. 21, 5. et saepius [de eodem 19, 47 summus]. plur. de apostolis: FACVND. defens. 10, 7, 11). al. β indicantia, quos -r curet: DIDASC. apost. 34, 32 vestri (HIL. AREL. vita Honorat. 25 l. 2 CONC. I 5 p. 379, 29). RVSTIC. CONC. I 4 p. 191, 11 Antiochenum. CONC. Turon. a. 567 p. 130, 11 suum (REGVLA mag. 23, 1). GREG. M. dial. 3, 25, 2 noster. epist. 9, 25 proprio (9, 142).

D -r est titulus versionis latinae libri apocryphi Hermae, qui graece inscribitur Ηομην (hic illic fort. de ipso scriptore): TERT. orat. 16 p. 190, 5 Hermas ille, cuius scriptura fere -r inscribitur (item -r pro libri titulo: pudic. 20 p. 266, 21 illo apocrypho -e moechorum [cf. p. 642, 15]). FRG. Mur. 73 -em . . . Herma conscripsit. HIER. praef. Vulg. reg. 9, 2 Tobias et -r non sunt in canone. OP. imperf. in Matth. 33 p. 814^A exponit angelus in -e. al.). HIER. hom. Orig. in Ezech. 13, 3 p. 449, 2 in libro -is (in Os. 7, 8-10 l. 246. al.; cf. RVFIN. hist. 3, 3, 6 libellus Hermae, qui appellatur -is [sim. 3, 25, 4. al.]). ORIG. in Matth. ser. 59 p. 135, 24 sicut legimus apud -em.

appendicula grammatica et stilistica: 1 indicantur ea, quae -r pascit, curat, per: a gen. obi.: PAVL. Bacch. 1122 VARRO rust. 3, 6, 5. 3, 7, 5 VERG. ecl. 1, 21. et saepe, v. etiam supra l. 25sq. p. 642, 48sq. b adi. (v. etiam supra l. 51sq.): COLVM. 6 praef. 1 gregariorum . . . -um. FIRM. math. 3, 5, 23 -es porcarios (v. app. crit.). GREG. M. in euang. 30, 8 -em armentarium (ad Vulg. Am. 7, 14 armentarius ego sum). GLOSS. III 309, 71 -r anserarius. c praepos. supra: l. 34. ? d dat.: p. 640, 71.

2 indicatur locus, ubi -r pascit vel unde originem ducit, per: a adi.: saepius inde ab ACC., v. maxime p. 639, 64sq. b gen.: VERG. georg. 3, 339 Libya. SEN. Herc. f. 232 litoris Tartesii. PLIN. nat. 8, 54 Gaetuliae. al. c praepos.: VARRO rust. 2, 2, 1 a Pergamide Maledove (VERG. georg. 3, 2 ab Amphryso. DRAC. Romul. 2, 104 ab Ida [8, 117]). CHROMAT. serm. 23, 2 L. de terra, . . . de caelo.

3 -r apponitur substantivis: a iuxta nomen proprium: VERG. ecl. 2, 1 -r Corydon. georg. 4, 317 -r Aristaeus. al. OV. met. 4, 276 MART. 11, 41, 1. et saepius; audacius iuxta nomen gentis: PROP. 3, 13, 8 -r . . . Arabs (fort. sec. gr. ρομάς, si recte trad.). b iuxta alia: p. 638, 73. 639, 14. 640, 75, adde: ITALIA Luc. 2, 15 (cod. d) homines -es [Kuhlmann]

dixerunt (cod. q: h. illi -es, sec. var. l. gr. οἱ ἄνθρωποι οἱ ποιμένες, cod. a al. et VVLG. -es tantum). RVFIN. Orig. in Ios. 7, 6 p. 334, 2 magistri -is sequamur exemplum.

4 *lusus verborum*: cum pascere: VERG. ecl. 6, 4 Ov. met. 3, 408 LIV. 24, 3, 4 SEN. Herc. f. 451. al. cum pater: QVODV. temp. barb. 1, 5, 3 ab illo -e simul et patre. RVRIC. epist. 1, 2 p. 353, 19 pater optime, -r egregie. PASS. Petr. 4 p. 27, 21 S. Petre, pater et -r.

deriv.: pastoralis, pastoricius, pastorius.

compos.: equi-, pseudopastor; cf. compastor.

cf. Onom.

Kuhlmann.

***pāstōrālis**, -e. a pastor. scribitur: pos- in codd. medii aevi SERV. auct. Aen. 1, 421 ALC. AVIT. epist. 90 p. 98, 27 GREG. M. epist. 12, 4; -stu- GLOSS. II Philox. PA 136. NOT. Tir. 104, 16. 130, 74. GLOSS. II 411, 28 ποιμενικός: -is. legitur inde a CIC., VARRONE, VERG., OV., LIV.

i. q. pertinens ad pastorem, pastorum proprius (de multitudine pastorum l. 73 sqq.; hic illic accedit notio q. e. rudis, humilis sim., e. g. l. 27. 38. 74. p. 646, 1 sq.): I adi.: A pertinet ad eum qui pecora pascit:

1 de rebus: a incorporeis: CIC. div. 1, 107 ille Romuli auguratus -is, non urbanus, fuit. VARRO rust. 1, 2, 16 agricultura succinit -i (sc. vitae), quod est inferior (cf. 2, 1, 5 a vita -i ad agri culturam homines descenderunt. PAUL. FEST. p. 99 antiquae et -is vitae). 2, 1, 11 de scientia -i (COLVM. 1 praef. 25 cum separata sit ab agricolatione -is s.). 2, 10, 6 pastores habent conservam in villa, nec hac venus -is longius quid quaerit. VERG. Aen. 7, 513 Furia de culmine summo -e canit signum ([cf. CLAVD. DON. ad l. p. 78, 20 signum ... cunctis pastoribus notum]. COLVM. 6, 23, 2 -i s. ... canitur). LIV. 10, 4, 10 sonum linguae et corporum habitum et nitorem cultiora quam -ia esse (HERM. vulg. vis. 5 vir dignitosa facie, h. -i [sim. Pal.; gr. σχήματι ποιμενικῶ]). QVINT. inst. 10, 1, 55 musa illa rustica et -is. APVL. met. 7, 22, 4 -is exsecutor sententiae. TER. MAVR. 2123 -e ... componere carmen (NEMES. ecl. 4, 15. DIOM. gramm. I 486, 17 bucolica dicuntur poemata secundum c. -e composita. 486, 25 pastores ... -i c. composito deae honorem celebraverunt. SERV. georg. 3, 1 [de libro tertio georg.]. DRAC. Romul. 8, 643 rustica fistula c. -e canit. cf. AVSON. 170 p. 36 P. -e melos. PROB. Verg. ecl. 8, 31 versus -es. CLAVD. 21, 182 -i ... cantu. carm. min. 25, 36 -ia ... murmura). PS. AVR. VICT. epit. 40, 18 Galerius ... ortu ... atque instituto -i. HIL. in psalm. 65, 3 iubilum -is agrestisque vocis sonum nuncupamus (cf. VIGIL. TRID. ad Ioh. 6 inter strepentes et horridos iubilos -es iam tunc dulcis eloquii redditis deo laudibus). SERV. georg. 2, 541 duo sequentes libri -es sunt, non georgici (cf. l. 33; aliter l. 46). RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 3, 3 canes adfectare ad officium -e eqs. (AVG. in psalm. 77, 44 David ... ab o. -i pecorum ad hominum regnum translatus est. IVLIAN. in Am. 7, 14/16. in Os. 12, 12/13 o. -e ... exercuit. MACR. Sat. 1, 17, 43 Νόμιον Ἀπόλλωνα cognominaverunt non ex o. -i ..., sed quia sol pascit omnia quae terra progenerat. cf. VAL. CEM. hom. 1, 5 p. 694^D -e magisterium). MACR. Sat. 5, 2, 4 quod Vergilius Theocritum sibi fecerit -is operis auctorem, ruralis Hesiodum.

al. b corporeis: VERG. Aen. 7, 817 ut gerat ipsa Camilla pharetram et -em praefixa cuspide myrtum (cf. SERV. auct. ad l. hac pugnare pastores solent. CLAVD. DON. ad l. p. 109, 8 ad usum pastorum fortium parata hasta). LIV. 9, 36, 6 iere -i habitu, agrestibus telis (IORD. Rom. 148 -i h. speculatus omnia [ex Flor. epit. 1, 17, 4 pastorio]. cf. VELL. 1, 2, 1 -em cultum induit). PAUL. FEST. p. 29 agolum -e baculum, quo pecudes aguntur (SIL. 13, 334 -e deo Pani b. est. GLOSS. V 509, 44). VAL. MAX. 7, 6, 1 a -bus casis collecta mancipia (SERV. auct. Aen. 1, 421 magalia c. Poenorum -es dicunt. AMBR. in Luc. 7, 48. al.). COLVM. 12, 15, 1 crates -es culmo ... textae. CALP. ecl. 2, 60 ne contemne casas et -ia tecta (STAT. Theb. 12, 268 casae). PLIN. nat. 8, 114 cervi mulcentur fistula -i et cantu (MACR. somn. 2, 3, 10 cum -is f. ... quietem imperet gregibus. MART. CAP. 9, 924. al.; cf. SYMM. epist. 7, 60, 2 nostrum est -es inflare calamos, tuum sacris tibiis carmen incinere. MART. CAP. 9, 919 [vers.] -bus ... cicutis). STAT. Theb. 4, 301 -i meditantur proelia trunco. 7, 262 -ia Fauni arma. ITALIA Zach. 11, 15 (Hier. ad l.) sume tibi vasa -ia pastoris imperiti ([gr. ποιμενικά, Vulg. vasa pastoris stulti]. AVG. in psalm. 143, 1 David lapides ... posuit in v. -i [sec. l. 68 ut 143, 2. 6. 16, ubi vas -e allegorice refertur ad gratiam, ut etiam serm. 32, 25 hominem ad v. -ia pertinentem]). HIER. in Am. 1, 1 l. 40 Amos fuit de oppido Thecue ex numero pastorum, quia -is et ipsa est regio. chron. a. Abr. 1266 Remus rutro -i ... occisus. in Os. 5, 8/9 l. 224 buccina -is (PAULA Hier. epist. 46, 13, 2). VVLG. I reg. 17, 40 David misit eos lapides in peram -em (inde GREG. M. moral. 18, 24. cf. l. 63. p. 647, 25). RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 138, 22 a -bus ... pascuis ad rationabiles cibos et mystica secreta translatum. CLAVD. 10, 114 -ia ... in antra. 26, 355 -i iacuit sub culmine. al.

2 de animantibus (eorum fronte p. 646, 18): a de hominibus: Ov. fast. 2, 365 Romulus et frater -isque iuventus (sim. de multitudine e pastoribus composita: VELL. 1, 8, 5 imbelli et -i manu. VAL. MAX. 2, 2, 9 divisa -i turba. CLAVD. 5, 254 leonem -es pepulerunt igne catervae). HIER. in

Ezech. 16, 10^a Ioseph sub peregrino et -i patre vestes ... regias habere non poterat. OROS. hist. 5, 4, 1 Viriatus ..., homo -is et latro. SCHOL. Verg. Bern. ecl. 7, 55 Alexis: puer -is.

b de canibus: COLVM. 7, 12, 3 de ... -i cane dicendum est (opp. vilaticus ut ibid. iterum). 7, 12, 7 haec de domesticis custodibus; illa de -bus (pastoribus var. l.). LEX Sal. Merov. 6, 4 si quis -em canem furaverit aut occiderit eqs. (pastoricialem var. l.). GLOSS. II Philox. PA 136 -is canis: ποιμενικός κύνων.

c de deis deabusque: a apponitur ipsis nominibus deorum: CALP. ecl. 7, 22 ad sacra vocatur aut fecunda Pales aut -is Apollo (NEMES. ecl. 2, 55 o montana Pales, o -is A. SERV. georg. 1, 14 Aristaeum Hesiodus [frg. 216 Merkelbach-West] dicit A. -em [item SCHOL. Verg. Bern. georg. 1, 14 BREV. EXPOS. Verg. georg. 1, 14]). INSCR. Dessau 9513, 1 Pali sanct(ae) -i. β cetera exempla: PORPH. HOR. carm. 4, 12, 11/12 Pana -em Arcadiae deum (CHAR. gramm. p. 73, 6B. Pales ... dea -is est. SERV. georg. 4, 7 Apollinem invocat ... quasi -em d.: nam ... νόμιος dicitur. SERV. auct. Aen. 4, 377 p. 374, 16 quod -is d. [sc. Apollo] lupos interemerit). RVT. NAM. 1, 230 qui deus -i cornua fronte gerit (sc. Inuus, i. Pan vel Faunus).

B usu christiano pertinet ad eum qui animas sim. custodit, curat (saepe de episcoporum qualitatibus, actionibus sim.; aliter e. g. l. 21. 38. 54 sq.):

1 exempla varia: AMBR. Abr. 2, 6, 27 sensuum pastores si -is disciplinae gnari ac tenaces sunt, non permittunt longius sensuum gregem vagari (RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 34, 2 bonus pastor regit gregem secundum ... d. -em, quam a vero pastore omnium suscepimus Christo [Migne gr. 35, 441^C ποιμαντική, quod resp. etiam ibid. 6, 7, 4. 8, 4, 2]. al.). AVG. anim. 3, 2, 2 p. 361, 25 heretica dogmata ... damnari, cura scilicet -i et medicinali (epist. 178, 2. LEO M. epist. 2, 1 -em c. vigilanter exsequeris. ENNOD. opusc. 2, 68 p. 308, 19 -i c. constrictus papa. CONC. Rom. a. 502 p. 449, 5. al.). c. Emer. 12 p. 196, 3 si -bus visceribus praediti sumus (CONC. Carth. a. 416 Aug. epist. 175, 4 sanctitas tua ... -bus nobis compatia-tur v. Ps. AVG. serm. [Corp. Christ. 9, 355 sqq.] 1, 5). epist. 176, 1 -em diligentiam ... adhibere (185, 23. gest. Pelag. 35, 66 impia facta ... d. -i et pia severitate plectenda sunt. c. Pelag. 4, 12, 34 vigilantia et d. -i. LEO M. epist. 173, 4 [Avell. p. 124, 6] ut per d. -em in cunctis ecclesiis domini ovile reparatur. al.). 191, 2 haeretici diligentissime caveantur vigilantia -i (LEO M. epist. 7, 1 ut v. -i ... commissis vobis gregibus diligentius consulatis. al.). 208, 2 qui ... tenent -es cathedras. in euang. Ioh. 45, 13 bona vox (sc. Matth. 10, 22) ..., vera, -is, ipsa est vox salutis. c. Pelag. 1, 1, 2 communis ... sit omnibus nobis qui fungimur episcopatus officio ... specula -is. EPIST. pontif. 369 Migne 50, 431^A in baculo regimen -e indicatur (RVSTIC. CONC. I 4 p. 11, 33 antiquum illud -e r. [Migne gr. 78, 905^C τὴν ἀρχαίαν ποιμαντικὴν]. GREG. M. epist. 1, 18 p. 24, 13 a -i r. 1, 26 p. 40, 7 in -i r. al.). LEO M. epist. 1, 1 -bus excubiis nimium dormitantibus. 12, 1 ut extra sacerdotale meritum constitutis -e fastigium ... dederetur. 12, 4 ne ... a baptismo novellis ... officium -e credatur (GREG. M. epist. 1, 5 p. 5, 20 -is o. continentia. 2, 37 p. 132, 29 -is o. cura nos admonet. 4, 9 p. 242, 20. al.). 149, 2 (CONC. II 4 p. 98, 20) -es animos (= 150, 2). serm. 13 -i vobis ... sollicitudine praedicamus (FAVST. REL. grat. prol. p. 3, 8 pro s. -i ... concilium ... congregastis. POMER. 1, 21, 3. ALC. AVIT. epist. 41 p. 69, 14 litterae plenissimae s. -i. RADEGVND. epist. Greg. Tur. Franc. 9, 42 p. 474, 4. al.). PROSP. carm. de ingrat. 51 Roma -is honoris facta caput mundo. MAR. MERC. CONC. I 5 p. 22, 43 Augustinus te -i clava ab ecclesia deterruit. AVELL. p. 223, 17 (ad Gelasium) nos -i admonitione et euangelica doctrina visitare dignatus es (GREG. M. epist. 9, 157). PETR. CHRYS. serm. 6, 1 -i lenitate Christi. 23, 1 audistis hodie, quemadmodum dominus -i iubilo clangorem tubae caelestis adiunxit. 173, 2 adrepto -i baculo transeamus ad euangelicam lectionem. al. 2 regula -is in tit. libri Gregorii Magni: GREG. M. past. tit. Sancti Gregorii Magni, Romani pontificis, r., -is liber, ad Ioannem episcopum civitatis Ravennae (r., curae var. l., cf. exordium libri). epist. 5, 17 p. 299, 9 codicem ... r. -is. 5, 53 p. 352, 22 librum r. -is. 12, 6 p. 352, 33. ISID. vir. ill. 40 Gregorius edidit librum r. -is.

II subst.: A neutr. pāstōrāle, -is de pascuis vel de grege: ITALIA I reg. 16, 11 (Hil. in psalm. 118 zade 6) est mihi modicus filius, quem reliqui in -i (gr. ποιμαίνει ἐν τῷ ποιμνίῳ, Vulg. pascit oves). Ioh. 10, 16 (cod. δ) fiet unum ovile vel -e, et unus pastor (r., var. l. ipsius codicis, gr. ποιμνῆ, cod. b al. grex, Vulg. ovile). EVAGR. vita Anton. 49 si ad Thebaidem vadas et ad -ia ... pergas (gr. εἰς τὰ βουκόλια, quod nomen loci videtur; Vita Anton. 49 ad Bucolia). VVLG. Am. 1, 1 verba Amos, qui fuit in -bus de Thecue (cf. HIER. ad loc. l. 30 Septuaginta transtulerunt 'in Accarim', Theodotio ipsum verbum Hebraicum posuit: 'in nocedim', quod Aquila vertit ἐν ποιμνιοτρόφοις, id est 'in -bus', Symmachus ... ἐν τοῖς ποιμέσιν, id est 'in pastoribus'). GLOSS. III 432, 46 ποιμνία: -ia. ? B fem. pāstōrālis, -is sc. ars: IREN. 2, 32, 2 (enumerantur artes) omnem speciem rusticationis et veterinariae et -is (nisi est attrib. vocis rusticationis).

adv. pāstōrālīter. i. q. more pastorum, animo pastoris (respicitur [Gatti])

custodia animarum): HIL. in psalm. 2, 35 quod ... nobiscum est 'reges eos' cum illis *Graecis* est *ποιμανεῖς αὐτούς*, id est '-r reges', regendi scilicet eos curam adfectu pastoris habiturus. AVG. serm. coll. Morin p. 531, 4 *Cyprianus* fecit lapsis libellum, -r consulens clementerque conpatiens. VEN. FORT. epist. (carm. 8, 12) pro auxilio indigentibus in causa iustitiae vester apostolatus -r quod desudat. GREG. M. epist. 5, 3 *zelus*, quem -r geritis. moral. 19, 11 ad ecclesiarum custodiam vigilanter se ac -r exserentem *Paulum*.

cf. *Onom.*

? *pāstōriciālis* v. p. 646, 7.

pāstōricius, -a, -um. a pastor. [it. pastoreccio; raet. centr. paštreč *grex*. cf. *M.-L.* 6281. *Battisti-Alessio IV* 2799. *St.*] [e *suppl. dubio*: FAST. ann. Iul. Esquil. Apr. 21 (Inscr. Ital. XIII 2 p. 86) an<nus pastor<icius> in<cipit>]. Praen. Apr. 21 (*ibid.* p. 130) principio an<ni -i>.] i. q. *pastoralis* (*vergit ad notionem q. e. rudis, indoctus* Cic., AVG. c. acad.): Cic. Cael. 26 (*de Lupercis*) fera ... sodalitas et plane -a atque agrestis. Att. 1, 16, 11 et ludis et gladiatoribus mirandas *ἐπισημασίας* sine ulla -a fistula auferebamur. VARRO rust. 1, 2, 16 cum homines -am vitam agerent (2, 1, 4 ex hac vita *naturali* in secundam descendisse -am). 2, 1, 1 quae mihi ... dixisti de -a re. APVL. met. 9, 34, 3 -i canis (9, 36, 4 c. -os villaticos, feros atque immanes). SCHOL. Pers. 1, 72 in honorem Palis deae -ae. AVG. c. acad. 3, 4, 9 p. 51, 28 *Vergilius* in Bucolico carmine hoc, rusticanum et plane -um esse iudicavit (*sc. iurgium Tuscum quaerenti altera quaestione respondens*, cf. *ecl.* 3, 104 sqq.). serm. 32, 7 lapides positi in vase -o (*sec. p.* 645, 68). GLOSS. I Ansil. PA 713 -as casulas: pastorum cubilia.

deriv.:? pastorcialis.

pāstōrius, -a, -um. a pastor. *scripturas peculiares v. infra sub 2b.* [subst. pastoria i. q. *vinculum quoddam equorum* (cf. *infra sub 2b*): it. pastoria et var. dial.; raet. occ. pastuoiras; var. dial. francog. cf. *M.-L.* 6280 et *Faré, Postille. Battisti-Alessio IV* 2798. *Wartburg VII* 761 sqq. *St.*]

1 adi. i. q. pastoralis (*tendit in notionem q. e. rudis l.* 35): Ov. met. 2, 680 tempus, quo te, *Apollo*, -a pellis texit. 13, 785 senserunt toti -a *Cyclopi* sibila montes. fast. 4, 723 -a sacra, *sc. Parilia*. CALP. ecl. 5, 105 sedulitas ... et -a virtus. FLOR. epit. 1, 17, 4 ille per noctem -o habitu speculatus omnia (pastorali *var. l.*, cf. p. 645, 50). 2, 2, 4 ille rudis, ille -us populus (*sc. Romanorum priscorum*; cf. 3, 12, 2 innoxia -ae illius sectae integritas). Ps. ORIG. in Iob 1 p. 385^B asinae -ae quingentae (*item p.* 385^D. 387^A, *sc. sec. Iob 1, 3, ubi LXX ὄνοι θήλειαι νομάδες, Hier. interpr. Iob asinae gregales*). SIRDON. epist. 2, 9, 2 calles ... atque -a deverticula. 4, 18, 5 fistulas ... -as. *apponitur nomini deae*: FLOR. epit. 1, 20 in hoc certamine victoriae pretium templum sibi -a Pales ultro poposcit (*inde* IORD. Rom. 161).

2 neutr. pro subst.: a in falsa interpretatione, pro *pastorium*: ITALA IV reg. 23, 11 (Lucif. non parc. 7) ab introitu domus domini, ad -um (*gr. εἰς τὸ γαζοφυλάκιον, Vulg. iuxta exedram*). GLOSS. IV 547, 11 -um: atrium templi vel safarium (*var. l. sacrificium. sim. V* 607, 28).

b de vinculo quodam, quo iumentorum pedes alligantur (in pascuis? cf. supra l. 28 et Milani, Rendiconti dell'Ist. Lombardo 113, 1979, 68):

GLOSS. I Corp. P 253 (*item GLOSS. V* 381, 5) pedo vel paturum: feotur (*anglosax.*) addas fort. GLOSS. III 432, 1 ζω(α)γωγ(α)ν: pasturium. *Gatti.*

pāstulentia, -ae f. vox a pascere (pastum) ficta ad explicandam vocem q. e. pestilentia. ISID. orig. 4, 6, 18 dicta ... pestilentia quasi -a (postulentia, postulancia *var. ll.*), quod velut incendium depascit (*inde* GLOSS. I Ansil. PE 1242).

[**pāstuo** v. pascuo.]

pāstūra, -ae f. a pascere, cf. 2. pastus. GLOSS. -a: βοσκήματα. legitur inde a PALLAD., PHILONE, HIER., *sc. in prosa oratione praeter ENNOD.* [val. pāsturā (*v. Jokl, Glotta* 25, 1937, 123sq.); it. pastura; sard. pastura; raet. occ. pistira; francog. pātūre; prov. vet. pastura et var. francoprov., prov.; cat. pastura; hisp. pastura; port. pastura. cf. *M.-L.* 6282. *Battisti-Alessio IV* 2800. *Wagner II* 234. *Wartburg VII* 763sq. *Corominas² IV* 332. *Machado³ IV* 320. *St.*]

1 i. q. res, qua quis (quid) pascitur: a locus, ubi animalia pascuntur (*in interpr. nom. hebr. q. e. Thare [v. num. 33, 27] HIER. epist. 78, 26, 1 [inde ISID. in num. 24, 1]. nom. hebr. p. 21, 9. 63, 12*): PALLAD. vet. med. 39, 1 *bubus* revertentibus a -a (*var. l. de pastu. cf. Geopon. 17, 12, 1 ἀπὸ τῆς νομῆς*). 47 hac aqua si -am conspargis, fugabuntur oestri ex agro (*cf. Geopon. 17, 7, 1 τὸ χωρίον ὅπου νέμονται*). PHILO vita contempl. 14 -as ovium locupletes (*gr. μηλοβότους*). ENNOD. carm. 1, 4, 77 quae viret in pretio -ae ficta smaragdus. 2, 10, 3 -am ... virentem. CASSIOD. var. 8, 32, 1 loca ... -arum ubertate fecunda sunt. Ios. antiq. 2, 18 provincia -is est ovium optima et gregum nutrimentis ... copiosa (pastoris *al. var. ll.*; *gr. βόσκειν ἀγαθὴ θρέμματα καὶ νομάς ἐκφέρειν. an ad 2?*). REGVLA mag. 1, 44 de -a miser asinus revocatur, cui ... -a placuerat eqs. COSMOGR. 1, 25 insula quaedam -ae admirabiles herbas habet. **b cibus** (animalium praeter VINC. VICT.): PALLAD. 10, 8 si depasci saepius velis, usque in Maium men-

sem eius *farraginis* -a sufficiet. SCHOL. Hor. carm. 2, 6, 10 *Tarenti* pro -ae copia vel dulcedine maiores ovibus lanæ sunt. VINC. VICT. Aug. anim. 2, 4, 8 ut illi *corpori* necessarius videatur -ae suggestus (*cf. p.* 649, 15).

2 i. q. actus pascendi, sc. animalia pastum agendi sim. (in interpr. allegor. HIER., Ps. AMBR., qui addunt gen. obi.): HIER. in Os. 4, 15/6 l. 390 ('pascit eos dominus quasi agnum') dispersionem populi Israel ... agnorum -am *vocat propheta* (pastionem *var. l.*). Ps. AMBR. paenit. 19 p. 993^C porcorum, hoc est inmundorum spirituum ... exercere -am (*respicitur Luc. 15, 15*). CASSIOD. Ios. antiq. 1, 169 propter loca -ae (*gr. περὶ τῆς χώρας ἐν ἧ νέμοιεν*). 2, 31 opportuna loca -ae (*gr. πρὸς νομάς ut: 2, 265 mons ... ad -as [-am var. l.] egregius*). MARCELL. chron. II p. 105, 536, 11 ob nimiam siccitatem -a in Persida denegata. EDICT. reg. Goth. de pecor. (CIL IX 2826) 12 (per ... sil)vam -am et mansionem facere.

1. pāstus, -a, -um v. pasco.

2. pāstus, -ūs m. a pascere (*cf. VARRO frg. Non. p.* 63, 26). *de genere et formis: inter subst. masc. quartae decl. citat* Ps. ASPER gramm. suppl. 44, 14. ?neutr. -um VEN. FORT. vita Sev. 4 (*var. l.*; *vix addas* CAES. AREL. testam. p. 288, 2). *gen. sing. -uus* PLIN. nat. 11, 66 (*cod. M; v. Brambach, Neugestaltung d. lat. Orthographie, 1868, 131*); *acc. plur. -uus* PRISCILL. tract. 4, 80. *de notione: GLOSS. τροφή. νομή ἢ (ἦ?) βοσκή. sim. legitur inde ab* HOST., LVCR., CIC., VARRONE, VERG., MANIL., SEN. min., CVRT., COLVM., LVCANO, PLIN. nat. (*v. etiam p.* 636, 34sq.). [it. pasto; sard. pastu; raet. past; francog. vet. et med. past; prov. past; cat. past; hisp. pasto; port. pasto. cf. *M.-L.* 6283. *Battisti-Alessio IV* 2798. *Wagner II* 234. *Wartburg VII* 697sq. *Corominas² IV* 332. *Machado³ IV* 319. *St.*] [*confunditur in codd. maxime cum pascuum* (GAIVS dig. 50, 16, 30, 5 IVL. VAL. 1, 23. *al.*) et partus (CIC. Phil. 11, 4 PLIN. nat. 10, 115 AMBR. off. 1, 28, 132. et saepius; restituitur MANIL. 4, 665 PANEG. 4, 21, 2. *v. etiam p.* 649, 69); *ceterum in falsa var. l. pro passim* PLIN. epist. 10, 96, 10 (*v. Sherwin-White ad l.*)]

I i. q. res, qua quis (quid) pascitur, sc.: A locus, ubi animalia pascuntur (nonnulla etiam ad IIA referre possis, e. g. l. 38. 60; de ulceribus, quibus vermes aluntur l. 52): **1** accedunt praepos. locales (*sc. respicitur motus animalium praeter l.* 43sq.): a cum abl.: ex: HOST. carm. frg. 2 greges pecuum ex hibernis -bus pulsae (partibus *var. l.*). VARRO rust. 2, 2, 13 arietes redierunt (ad) stabula e -u (2, 5, 16 COLVM. 7, 3, 20. APVL. met. 5, 17, 4 eum colubrum. *al.*). VERG. georg. 1, 381 e -u decedens ... corvorum ... exercitus (4, 186 vesper ubi e -u ... decedere campis admonuit apes). 4, 434 vesper ubi e -u vitulos ad tecta reducit. Aen. 7, 700 sese e -u referunt cycni (SIL. 15, 707 pecus ... ad tecta. CORRIP. Ioh. 7, 338 apes. cf. STAT. Ach. 1, 556 e -u referuntur aves). SIL. 2, 216 agit ... e -u volucres ad nota cubilia vesper. TAC. hist. 5, 3, 2 grex ... e -u in rupem ... concessit (*inde* TERT. *infra*). CAEL. AVR. chron. 4, 3, 55 lac ... ex agresti -u perfectum (*opp.: lac in civitate nutritorum animalium*).

al. de: TERT. nat. 1, 11, 2 (*sim. apol.* 16, 2) onagri de -u aquam peturi aestimabantur (*sec. TAC. supra*). in: Ps. HIER. epist. 149, 6, 2 quae capra in sublimi -u pascitur. VVLG. gen. 41, 18 boves in -u paludis virecta carpebant. **al. ab:** COD. Theod. 7, 7, 2, 1 ut animalia ... a locorum -bus arceantur.

b cum acc.: in: VERG. Aen. 11, 494 equus in -us armentaue tendit equarum (*cf. Hom. Z 511 ἦθεα καὶ νομὸν ἔπλων*). LVCAN. 2, 604 nec redit in -us taurus. TERT. patient. 14 p. 22, 6 *Iob vermes ulceris revocavit* in ... specus et -us refossae carnis. PETR. CHRYS. serm. 10, 4 (*in imagine*) grex dominicus fidei laxatur in -um. per: Ps. QVINT. decl. 13, 17 p. 262, 10 animalia per -us vaga. ad: VVLG. gen. 29, 7 ad -um eas oves reducite. Iob 39, 4. MACR. Sat. 1, 17, 41 pecus ad -um stabulis expellitur. **al.**

2 cetera exempla: Cic. Cato 54 res rusticae laetae sunt ... pecudum -u, apium examinibus eqs. (nat. deor. 2, 99. 2, 161). STAT. Theb. 2, 328 taurus -us (saltus *var. l.*) ... et capta armenta reposcit. Ach. 1, 315 sociam -us ... iuvencam aspicit taurus. Ps. QVINT. decl. 13, 6 p. 251, 22 apis longiores expetitura -us (*antea: pascua*). TAC. ann. 4, 25, 2 equis ... diversos -us pererrantibus. **al. in interpretatione allegorica:** AVG. in psalm. 103, serm. 3, 5 -us earum avium in montibus (*antea: volatilia spiritalia corda sunt*).

B cibus (*sensu latiore quaelibet vitae necessaria p.* 649, 15. 17. 19). cum *gen. eius, qui (eius rei, quae) -um accipit* LVCR. 6, 1127 hominum (CONSVLT. Zacch. 1, 19 p. 24, 4). Cic. Tusc. 5, 66 animorum. PETR. CHRYS. serm. 73, 3 innocentiae. **al. eius rei, quae -um praebet vel ex qua -us consistit** ARNOB. nat. 7, 28 p. 377, 17 M. caeli. PRISCILL. tract. 4, 80 herbarum. SYMM. epist. 1, 33 eloquii tui. PETR. CHRYS. serm. 133, 1 lactis (ENNOD. carm. 2, 79, 10 l. apostolici). **al. -s sunt homines p. 649, 8. 28.**

1 proprie significantur alimenta corporea (*aer p.* 649, 6), quibus nutriuntur: **a animantes:** a quilibet (*sc. maxime animalia; comprehenduntur homines e. g. p.* 649, 3. 6): Cic. fin. 2, 111 bestiis ipsa terra fun-

dit ... -us varios atque abundantes. nat. deor. 2, 121. 2, 122 alia animalia aliis modis ... ad -um accedunt (*postea*: cibum). off. 1, 11 omnia ..., quae sint ad vivendum necessaria ..., ut -um, ut latibula. al. SIL. 6, 162 *serpens* ferventi concepta incendia -u gurgite mulcebat (*i. vivis animalibus*. ab aestu *Heinsius*, *commendant Håkanson et Delz*). ARNOB. nat. 7, 28 p. 377, 17 M. quia caeli sustineatur e -u *quicquid spirat*. AMM. 30, 3, 3 adultae in -um herbae. EVSTATH. Basil. hex. 5, 1, 7 (*antea*: alimoniam. *Migne gr. 29, 96^B χιλόν*). ALC. AVIT. carm. 6, 595 *leones* incolumem lambunt ... -um (*sc. Danihelem*). al. β *homines* (*cf. p. 648, 75*): LVCR. 6, 1127 *pestilentia* aut fruges persidit in ipsas aut alios hominum -us pecudumque cibus. TERT. paenit. 9, 4 -um et potum pura nosse. AMBR. off. 1, 28, 132 generari omnia, ut -s omnibus communis esset. PRVD. cath. 7, 70 *Iohannes baptista* rarum ... -um corpori suetus dare (*respicitur Matth. 3, 4*). c. Symm. 2, 1093 *gladiatorum* mortes ... et vulnera vendita -u. VINC. VICT. Aug. anim. 2, 4, 8 ad ipsam animam transire credimus -um? (*antea*: cibum ... potum; *cf. p. 648, 3*). COD. Theod. 11, 16, 18 -us translatio militaris. ENNOD. dict. 21, 5 p. 484, 14 -um beneficio legis imploras (*nisi ad p. 650, 32 sqq.*, *ut in eadem controversia de patre alimenta poscente*: 21, 26 p. 490, 17 -s iste parenti ... debetur). al. γ *spiritus, numina*: ARNOB. nat. 7, 3 p. 345, 25 M. quod alantur his sacrificiis numina et eorum sustineantur e -u (*nisi ad IIAI*). AVG. civ. 16, 24 p. 163, 1 D. spiritus ... -um quendam suum de carnalium divisione quaerentes.

b res: *ignes, lumina* (*cf. p. 650, 64*): CIC. nat. deor. 2, 40 nullus ignis sine -u aliquo ... permanere potest. 3, 37 omnem ignem -us indigere eqs. PANEG. 4, 21, 2 *ignis* contagio -u (*Livineius*; partu *trad.*) pestifero valescebat. PRVD. perist. 10, 850. PETR. CHRYS. serm. 8, 2 *oleum* moderato -u facit illud *lumen* ... perlucere (*nisi ad IIB2*). EVSTATH. Basil. hex. 3, 5, 11 (*Migne gr. 29, 65^B δαπάνη*). CHRYSOST. hom. I 859^C *ignis* ... tot circumvolans -us (*sc. viros*; *respicitur Dan. 3, 21*). *stellae sim.* (*cf. p. 650, 13*): SEN. nat. 6, 16, 2 *sol*, *stellae sim.* halitu terrarum sustinentur: hoc illis alimentum, hic -s est.

2 translate: **a** *spectat ad mentem, animam sim. sustentandam, fovendam* (*sc. incorporeis variis; maxime in bonam partem, in malam partem infra l. 39. 41. 43*): CIC. Tusc. 5, 66 *Archimedis* mens rationibus agitantis ... alebatur ..., qui est unus suavissimus -s animorum. SYMM. epist. 1, 33 *desertus* -u eloquii tui meo adhuc rore sustentor. RVFIN. Basil. hom. 8, 2 p. 1792^A sermo iste divinus ... velut -s quidam uberimus et copiosissimus animarum cibus (*Migne gr. 29, 464^C τροφή*). PRVD. ham. 823 *animas* viscosus inescat -s (*sc. illecebrae*). psych. 625 quae rite luciferum caelesti dogmate -um. AVG. mor. eccl. 1, 17, 30 mentes ... simulacrorum pestifero -u morbidas. GREG. ILIB. in cant. 2, 11 F. -um verborum *Christi*. SALV. gub. 6, 23 in his *spectaculis* ... -s diaboli *inest*. ALC. AVIT. hom. 6 p. 112, 3 *festivitas* ... cuius -s esuries est. *et saepius*.

b varia ratione; alitur: *grassator* (*sc. praeda capienda sim.*): SCHOL. Iuv. 3, 308 'tamquam ad vivaria currunt': id est ad paratos -us (*sc. ad homines spoliandos; pastos var. l.*). *mors* (*sc. culpa*): PRVD. apoth. 943 *mors* alitur culpa; culpam qui non habet, ipso -us defectu mortem consumit. 945. *supplicium* (*sc. dolore sim.*): PRVD. perist. 5, 331 (*loq. praetor*) *Vincentius* recreetur, ut -um novum poenis refectus praebat.

II i. q. actus pascendi (*transfertur ad impensas, quibus quis alitur p. 650, 44*): **A** *quo quis se ipsum pascit, cibum sumit sibi* (*pullis suis l. 75; ceterum v. quae ad IA monui et nota etiam sensus sub A et B illustratos saepe vix distingui posse. accedit gen. eius, qui pascitur, l. 73, gen. eius rei, quae consumitur, e. g. l. 66. 71 [cf. pron. poss. suo p. 650, 7]*): **1 vescuntur animantes** (*sc. imprimis animalia; homines vel animae sim. eorum e. g. p. 650, 32 [in imagine p. 650, 11]; an huc pertinet l. 21?*): CIC. leg. 1, 26 cum ceteras animantes praeter hominem abiecisset ad -um natura. fin. 2, 40 ut ... pecudem ad -um ... ortum esse hominem. carm. frg. 32, 12 B. (Tusc. 2, 24; *loq. Prometheus*) me ... *aquila* -u dilaniat fero (*cf. 17 taetros ... se ad -us refert [sunt qui Accio versus tribuant, sed v. d'Antò, Accio, 1980, 352sqq.]. sim. de poena Tarpeiae*: SIL. 13, 841 *ales* ad -us rediens). nat. deor. 2, 126 in -u *circumspectant bestiae*. div. 1, 60 *pars animi* inmoderato obstupefacta potu atque -u (*cf. Plat. rep. 571^c σίτων*). VARRO rust. 2, 2, 10 *greges* potum propellant, ut ... ad -um alacriores faciant. 3, 16, 22 apes morbidae propter primoris vernos -us. 3, 16, 28. 3, 16, 37 si ... imbrum in -u sunt oppressae apes. MANIL. 4, 665 habitata ... membra veneno et mortis -u viventia ... habet *Libya* (partu *trad.*, *corr. Bentley*; *describuntur bestiae, quae cibum sumunt aliis fatalem, v. Housman ad l.*). PAVL. FEST. p. 369 vitulans: laetans gaudio ut -u vitulus, (,) *lectio parum certa Ant. Augustini*; partu *codd.*, *Lindsay*). SEN. Ag. 98 cum in -us armenta vagos ... currant (APVL. met. 5, 25, 3). CVRT. 5, 1, 12 a -u repelli pecora. PLIN. nat. 8, 97 -u ... herbae cuiusdam. 8, 98 testudo cunilae ... -u vires ... refovet. 10, 86 upupa ... obscena ... -u avis. 12, 74 silvas ... -u caprarum infringi. 17, 267 ne quod animal -u malefico decerpit frondem. al. SIL. 15, 785 sterili ad -us profundo *maris*. GELL. 2, 29, 13 avis in -um profecta est. APVL. met. 4, 1, 4 (*loq. asinus*) nos ...

in pratum ... libero -ui tradidere (GREG. M. moral. 21, 8). 6, 11, 5 oves ibi ... incustodito -u vagantur. SOL. 27, 28 invitatis dolo -bus. IVL. VAL. 1, 23 cervam ... -ui occupatam (*var. l. pascuis. supinum intellegunt Hofmann-Szantyr p. 382 praeter necessitatem, cf. vol. IX 2, 387, 69sqq.*). IVVENC. 2, 622 (*in imagine; Christus loq.*) quisque meis gregibus cogendis liber aberrat, dissidet ille mei pecoris per devia -us (*de Wit, 1947, ad l. -us 'gregem' interpr., vix recte*). PALLAD. 3, 7 ne *ervum* -u suo pecoribus noceat (*nisi ad Bla*). ISID. orig. 12, 6, 25 homines ..., quibus saepe -s *mulli*, piscem olent (*nisi ad p. 649, 61; cf. falsam var. l. in -u PLIN. nat. 32, 9, quem locum Isid. male intellexit*). al. *loc. dub.*: ALC. AVIT. carm. 4, 397 *Noe* pecudum ... eligit illa, sumere quae -u licitum, vel munda vocantur (,) licitum est *al. var. ll.*, licitum est mandi *Sirmond*; post sumere *interpungunt edd.*

2 vescuntur res: SEN. nat. 2, 5, 2 a terra profertur quo sustineantur tot sidera ... ut in opere, ita in -u. ARNOB. nat. 1, 50 p. 46, 9 M. *Christus insanabilia* ulcera ... continuato frenavit a -u. PETR. CHRYS. serm. 40, 4 vivens mortalium -u mors moritur, dum devorat vitam.

B quo quis alios pascit (*cf. p. 649, 52. accedit gen. obi. l. 20. 23 et saepe [cf. adi. caprarios l. 25], gen. subiectivus l. 53*): **1 aluntur animantes, sc.**: **a animalia** (*cf. translationem l. 59*): CIC. div. 1, 94 *Arabes* -u pecudum ... utuntur (GAIVS dig. 50, 16, 30, 5 '*pascua silva*' -ui [pascuis *var. l.*] p. destinata est). VARRO rust. 2, 3, 6 quod est de -u *caprarum*, hoc dico (*cf. 2, I, 16 de pastione*). *ibid. iterum*. 2, 4, 5. GELL. 9, 4, 8 pecudes -u atque cultu opimas. VLP. dig. 19, 5, 14, 3 de -u pecoris ... non agi posse (VVLG. gen. 34, 5 pecorum. RVFIN. Orig. princ. 4, 3, 12 p. 343, 3 locum aptum -bus et nutrimentis pecorum). SOL. 1, 97 puer cum ... locatus esset ad caprarios -us. VVLG. num. 32, 4 regionis uberrimae ... ad -um animalium (COD. Theod. 7, 7, 3 a. *militarium*. GILD. Brit. 3 chron. III p. 28, 17 montibus alternandis a. -bus ... convenientibus). RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 9, 2 *pastor campos* alternis -bus innovat (*aliter Migne gr. 35, 417^B*). al.

b homines (*etiam partes, qualitates, facultates sim. eorum*): **a alimentis variis** (*sc. maxime cibis; aere l. 42sq.; quibuslibet necessariis vitae l. 34. 37, deliciis l. 35*): ① *in quibuslibet condicionibus*: CIC. Phil. 11, 4 praemisso Marso ..., qui popularetur agros ... ad praesentem -um (partum *var. l.*) mendicitatis suae. PANEG. 4, 8, 3 quid referam inexpectos libidinum -us? HIL. in psalm. 146, 12 avem ... in -um Heliae deputatam (*cf. III reg. 17, 4sqq.*). AMBR. Nab. 5, 22 non satis est unius filii pretium ad -um reliquorum. PRVD. apoth. 707 *Christus* iubet ... duo pisces adponi in -um populis. c. Symm. 2, 939 mittere triticeos in -um plebis acervos (AVG. civ. 5, 17 p. 222, 16 D.). CYPR. GALL. exod. 610 *deus* longo ... educit saecula -u. VAL. CEM. hom. 7, 6 pro -u pauperis ... caelorum vobis regnum promittitur (PETR. CHRYS. serm. 14, 5). CLAVD. MAM. anim. 1, 17 p. 63, 12 *particulas aëris* in -um totius corporis venae ... capiunt (*de aëre hausto item*: p. 63, 16 si haustus aer ... ad animae pertinet -um). LEX Burg. extr. 21, 9 nec -um requirat emptor pro mancipio reddendo. al.

② *in re militari*: AMBR. Abr. 1, 3, 17 quod -ui (partu *var. l.*) proeliantium iuvenum profecisset (*respicitur gen. 14, 24; an ad AI?*). COD. Theod. 7, 13, 13, 1 sumptuum rationem et vestium et -us *tironum* (*nisi ad p. 649, 9*). *speciatim significatur munus victus praebendi vel convehendi, quo fungitur primipilus, primipilaris* (*ad rem v. Mócsy, Germania 44, 1966, 316sqq.*): INSCR. Année Épigr. 1927 n. 45 Fl. Zosimus p(rimi)p(ilaris) ... votum posuit <po>s(t) -um militum (*sim. 1957 n. 287. 288; quos titulos omnes Oesci reperi-tos saec. IV med. tribuit Mócsy*). COD. Theod. 8, 4, 8 pr. si ... obnoxii ... -ui primipili militiam clariorem ... occupaverint (8, 7, 12, 1. 8, 7, 13, 1. *item -s primipili*: 8, 4, 8, 1a. 8, 4, 10, 1. *al.*; *cf. p. 649, 16*). 12, 1, 11 qui ... iam pa[r]stui adtinentur (*opp. qui nondum primipilo inveniuntur obnoxii*).

β alimentis spiritalibus (*in bonam partem praeter APVL.*): APVL. Plat. 2, 15 propter pessimum -um eius partis animae eqs. AVG. doctr. christ. 3, 12, 18 ad caritatis -um enucleanda secreta sunt. PETR. CHRYS. serm. 6, 1 agnis (*i. Christianis*) ... Paulus pio -u ... ubera porrigebat dicendo (*seq. I Cor. 3, 2*). PS. EVSEB. GALLIC. hom. 9, 1 G. ecclesiarum patres ... disponentes ... ad animarum -um salubre convivium (*i. symbolum*). VEN. FORT. carm. 3, 19, 7 corde parens, -u nutrix *episcopus*. PRIMAS. in apoc. 5, 1 l. 87 ut ... ad -um spiritalis intelligentiae animus erigatur. al. **2 aluntur res variae**: *ignis* (*cf. IB1b*): VVLG. lev. 3, 14 tollent ... ex ea *capra* in -um ignis dominici adipem. *arbores*: PRISC. rhet. 7, 23 p. 557, 11 *laudare oportet arbores* ... a -u, quomodo pascuntur (*Hermog. progym. 7, 41 ἀπὸ τῆς τροφῆς*).

iuxta ponuntur fere pro syn. e. g. cibus CIC. nat. deor. 2, 122 RVFIN. Basil. hom. 8, 2 p. 1792^A hist. 3, 29, 4, alimentum SEN. nat. 6, 16, 2; *ceterum iunguntur e. g. potus* CIC. div. 1, 60 TERT. paenit. 9, 4 (*an etiam CLAVD. DON. Aen. 8, 200, ubi fatus trad.*), cultus GELL. 9, 4, 8, vestitus PETR. CHRYS. serm. 163, 10 PALLAD. hist. mon. I 56 p. 338^B; *opponuntur in paradoxo* esuries ALC. AVIT. hom. 6 p. 112, 3, ieiunium VEN. FORT. vita Sev. 4.

compos.: v. p. 708, 46.

3. pastus, -ī m., παστός. i. q. cubiculum, thalamus: ITALIA Esth. 4, 17 a Motzo (cod. 130) exierunt ... sponsi de thalamis et sponsae de -is suis (Corb. pasacis, codd. 123 et 152 cubiculis, Complut. canopeis [i. co-nopeis]; om. LXX et Vulg.; cf. locum sim. Ioel 2, 16, ubi gr. παστοῦ, Vulg. thalamo). Bruun.

†**pastutus**: pr(a)eparatus GLOSS.¹ I Ansil. PA 714 (praestitutus dubitanter ed. in app. crit.; praepartus aut paratus suspicatur Gatti conferens vol. X 2, 381, 51. 760, 28). W.

pasus v. patior (passus).

[pata]: frons GLOSS. II 588, 52. fortasse legas palma coll. Gloss. II 472, 41 φοῖνιξ: haec palma (de ratione inter haec glossaria intercedente v. Loewe, Prodromus 132sq.).]

patagiarius, -ī m. (fort. etiam adi. -us, -a, -um PLAVT.). a patagium. [inscr., quam afferunt Forcellini aliique, falsa est (= CIL VI 1190*).] i. qui patagia facit vel vendit (cf. PAVL. FEST. p. 221, v. l. 28.): PLAVT. Aul. 509 (increpatur luxuria) stat fullo, phyrigio, aurufex, lanarius, caupones -i, indusiarii eqs. (sc. ut pecuniam sibi debitam reposcant).

patagiatus, -a, -um. a patagium. i. q. patagio instructus: PLAVT. Epid. 231 quid istae, quae vesti quotannis nomina inveniunt nova? tunicam rallam, tunicam spissam, linteolum caesicium, indusiatam, -am eqs. (sc. tunicam, nisi pro subst. fem.). PAVL. FEST. p. 221 v. l. 28.

patagino, -āre. a patago. i. q. morbo pataginis vel exulceratione affici: PELAGON. 335 ad vulnera sordida, quae -ant (Apsyrtos, Hippia atr. gr. II p. 48, 11 πρὸς τὰ ὄντα ἔλκη καὶ νομὰς ἔχοντα).

patagium, -ī n. originis inc., sunt qui cogitent de gr. *παταγεῖον vel *πατάγιον. i. q. aureus clavus in vestibus (sic fere PAVL. FEST. p. 221 -um est, quod ad summam tunicam adsui solet, quae et patagiata dicitur, et patagiarum, qui eiusmodi faciunt. NON. p. 540, 3 -um: aureus clavus, qui pretiosis vestibus inmitti solet [affert l. 19. 31]; aliter GLOSS.¹ I Ansil. PA 720 -um: pallium ex auro purpuraque variatum. ad rem v. Schuppe, RE XVIII 4, 211sq.): NAEV. trag. 43 pallis -is crocotis malacis mortualibus. APVL. met. 2, 9, 7 crines ... per colla dispositos sensimque sinuato -o residentes (sinuatos Kronenburg; vix est quod cogites de fascia vel alio cultu crinium). TERT. pall. 3, 1 pavo (dat.) pluma vestis ... omni -o inauratior, qua terga fulgent.

deriv.: patagiarius, patagiatus.

patāgo, (-ā-?), -inis f. orig. inc.; dub. utrum conferendum cum patagus an cum patere. GLOSS. V 606, 62 -o: genus morbi (mortui trad. sim. al., e. g. GLOSS.¹ V Abba PA 111 patogo[mo] genus morbi). GLOSS.¹ IV Ps. Plac. p. 18 -em: cum propter pituitam non facile labra movent. cf. Thes. gloss. s. v. patagium (ex Attone Vercell.) -o est exulceratio oris, quod cum intum(u)erit paene elinguem facit. huc dubitanter trahit Goetz etiam GLOSS. V 270, 29 balacmen: vitium linguae.

deriv.: patagino.

patagrica CIL IV 1364, 4. dub. interpr.; ad alias voces in -ice aut -icae (sc. adv. aut fem. gr.) iocose ut vid. additum (de poda- cogitavit dub. Heraeus in plagulis ad vol. VI 2, 2381, 65).

patagus, -ī m., πάταγος (quod tamen morbi notione non exstat). i. q. morbus quidam (si recte explicat PAVL. FEST. p. 221 -us: morbi genus; an i. q. patago, quam vocem a patagus inde derivatam esse contendit Ernout, Rev. Phil. 15, 1941, 89?): PLAVT. frg. inc. 52 me(di)cum habet -us morbus, aes (petag- vel peag- sim. trad., corr. Canter).

?deriv.: patago.

[patalis e con. Scaligeri olim legebatur pro patulus PLAVT. Truc. 277.]

patanos v. panaces p. 187, 16.

patara v. patera et cf. Onom.

Damas ... cum †**pataracina** poposcisset, ... inquit eqs. PETRON. 41, 10 (alii temptaverunt alia, e. g. patera capaci vina Heinsius, acrata vina K. Müller olim; Heraeus, Festschrift Vahlen, 1900, 432sq. textum trad. defendit 'pocula maiora' intellegens [neutr. plur.] vocemque conflata esse contendit ex *patacinum [pro πάταχρον] et patara [i. patera]).

patavitās, -ātis f. a Patavinus, cf. latinitas. i. proprietas sermonis latini Patavinis peculiaris (ad rem v. Ramage, Urbanitas, 1973, 109sq.): QVINT. inst. 1, 5, 56 Pollio reprendit in Livio -em (sim. 8, 1, 3). laxius spectat ad dicendi genus incultum, inornatum: VEN. FORT. vita Marcell. 2, 7 cur ... inter Gallicanos cothurnos Italia -s plano pede ire praesumat ...? (patavititas al. var. l.; cf. 2, 5 cum ... sim humilis in sermone).

***patefacio**, -fēci, -factum, -facere et patefio, -fieri. a patere et facere. NOT. Tir. 63, 22 -it. 63, 23 -ecit. 63, 24 -tum.

CHAR. gramm. p. 323, 18 B. fio ... et ex eodem -fio (enumerantur inter verba, quae ex forma agendi in passivum perfecto vertuntur, quae etiam defectiva appellantur. sim. 327, 29. DIOM. gramm. I 356, 16 [inter transgressiva]). de mensura: patē- non nisi ENN. ann. 558 (corripit videtur scaen. 176). LVCR. 4, 320 et 6, 1001 (sed brevis est septies apud eundem).

CALP. ecl. 1, 35. de notione: CHAR. gramm. p. 410, 9 B. nactus occa[n]sionem. oblata sibi facultate. causa sibi data. via sibi -ta. eqs. SYNON. Cic. p. 416, 1 aperit. recludit. reserat. pandit. -it (sim. 439, 22). 416, 17 aperta. clara ... perspicua. -ta eqs. 422, 27 docet. exponit ... palam facit. -it. eqs. GLOSS. -o: ἀνοίγω. φανερώ. -it: ἐξανοίγει. -tam: πεφανερωμένην. -ta: cognita. al. legitur inde a PLAVIO, ENN., TER., CATONE, ACC. per totam latinitatem, maxime in prosa (CIC. 90^{ies}, praecipue in oratt., LIV. 40^{ies}; vocem neglegit RHET. HER.), rarius in poesi (singulis locis e. g. VERG. et HOR., sed novem LVCR.; vocem neglegunt MANIL., LVCAN., VAL. FL., MART., IVV. al.). [trad. contextu lacunoso ACT. lud. saec. Sept. Sev. 1 (CIL VI 32326) 16, loco interpol. CIC. or. frg. A 12, 8 STAT. Theb. 9, 760, e con. dub. FRONTIN. strat. 1, 5, 11; vix recte trad. -fit pro patebit HIST. Apoll. rec. A 33, v. p. 664, 55.]

fere i. q. patentem efficere, aperire, pandere (colorem extendendi, sub patere et patescere frequentem, non invenimus nisi p. 653, 34 et fortasse p. 654, 24. vi durativa p. 653, 63; iunctura abundantia -tum facere p. 654, 5): I proprie (respicitur actio corporea vel sensibus percipienda; saepius in imagine, maxime sub A1a et b, ceterum e. g. p. 653, 16): A usu communi -fiunt, quae quomodocumque corporaliter aperiuntur (c. obi. acc. rei affectae passim, rei effectae maxime sub 1b et e. g. p. 653, 22sq. 653, 66sq., reflexive p. 653, 21. 654, 26, obi. suppl. p. 653, 5, absolute l. 41. p. 653, 40): 1 in universum; -fiunt: a res claudentes, cingentes sim. (obturantes CATO infra sub β): a ianuae sim.:

PLAVT. Most. 1046 ostium quod in angiportu est horti, -eci fores eius (Ov. met. 2, 112 -ecit ... Aurora f. et ... atria. 2, 819. SVET. Nero 46, 2 sponte f. -tis. al.). ENN. scaen. 176 (contextu manco) vi -erunt Bruges (sc. portas, ut intellexit Ribbeck coll. Hom. M 454 πύλας εἴρυντο?). TER. Haut. 481 fenestram ad nequitiam (PROP. 3, 20, 29 -fiant nocte f.). CIC. de orat. 1, 204 vos ad ea quae cupitis perventuros ab hoc Crasso aditu ianuaque -ta (PROP. 1, 16, 1 -ta triumphis. VAL. MAX. 2, 2, 3 huic consuetudini. PLIN. epist. 1, 18, 4 i. famae. APVL. met. 1, 14, 7 clavis ... immissione. al.; e con. dub. LVCR. 6, 762 [K. Müller, ed. 1975]). CAES. Gall. 2, 32, 4 portis -tis (item p. p. p.: BELL. Afr. 88, 7 LIV. 4, 33, 1. et saepius. CVRT. 9, 1, 28. al.; formae ceterae: LIV. 2, 15, 3 PLIN. nat. 26, 19 SIL. 11, 17. al., v. etiam ENN. supra). Ov. met. 4, 185 valvas. LAVS Pis. 236 haut uni -ecit limina vati Maecenas (al. v. vol. VII 2, 1409, 26sq.). al. β varia: CATO agr. 155, 2 in segete aut in fossis, sicubi ... aliquid aquae obstat, id emittere, -fieri removerique oportet. LIV. 33, 17, 10 reficere quassata muri, obstruere quae -ta ruinis erant (cf. SEN. epist. 83, 22 ebrietas pertinaci bello defensa moenia -ecit. CLAVD. DON. Aen. 2, 235 p. 179, 22 ['dividimus muros'] muris -tis interiora moenia pandebantur). FEST. p. 281 repagula sunt ... quae -undi gratia ... ita figuntur, ut ex contrario quae oppanguntur. AMM. 31, 11, 3 claustra -ta sunt Alpium Iuliarum (RVFIN. hist. mon. 7 p. 412^A carceris [gr. 8, 12 θυρῶν ... ἀνοιχθεισῶν]. Orig. in cant. 2 p. 159, 15 arcani).

b viae, aditus sim.: Cic. Tull. 21 armati introitum ... sibi (vi) manuque -unt. Verr. II 3, 219 avaritiae ... viam (Phil. 5, 49 sibi viam ... ad opes suas amplificandas. 10, 7 audaciae. CAES. Gall. 7, 8, 2 discussa nive. Ov. met. 1, 284 terra concussa v. -ecit aquarum. LIV. 2, 47, 8. 7, 34, 11. al. SEN. Herc. f. 55. TAC. ann. 1, 32, 2 ferro. al.). Manil. 30 legionibus ... iter in Hispaniam Gallorum internecone -tum est (Att. 8, 3, 4 CAES. Gall. 3, 1, 2 BELL. Alex. 64, 1 SALL. epist. Pomp. 4 LIV. 31, 34, 6. al.). Balb. 54 lingua et ingenio -fieri aditus ad civitatem (de orat. 1, 98 earum ... rerum a., quas quaerimus. 1, 204 [v. sub a]. Tusc. 5, 66 [antea: aperuerunt locum]. fam. 13, 78, 2 ad tuam cognitionem. LIV. 32, 17, 5 armatis in urbem. 44, 6, 17 -tis bello (cunctis a.) [si recte suppl. Vahlen sec. 44, 6, 2]. APVL. met. 9, 30, 6 diffracto cardine. al.). nat. deor. 2, 95 -tis terrae faucibus (VAL. MAX. 2, 8 pr. fauces Pontici sinus). VITR. 10, 8, 3 (de hydraulis) manubria, cum torquentur, ex arca -unt nares in canales. SEN. nat. 3, 15, 5 in terra solutis ac -tis venis rivus ... effunditur (postea: aperta ... vena). al.

c regiones, loca, aedificia, urbes (quo accedere, unde egredi licet; patefactio fit ita, ut removeantur qui obstant p. 653, 3. 12sq. al.): Cic. Verr. I 13 portus ... et urbes piratis (HOR. carm. 4, 14, 36 portus Alexandria ... et vacuum -ecit aulam Augusto. QVINT. inst. 12, 7, 4 portum ... eloquentiae suae ... non etiam piratis -et orator. PLIN. paneg. 29, 2 reclusit vias, p. -ecit Pompeius). Manil. 21 -tum ... nostris legionibus esse Pontum (opp. clausus). Catil. 4, 21 provincias. Cael. 49 si ... mulier domum suam -erit omnium cupiditati (Pis. 26. SEN. Phaedr. 1275 Thy. 902 TAC. Germ. 41, 1 ann. 11, 35, 1. al.). Pis. 6 templa (LIV. 30, 40, 4 OPTAT. 2, 16 p. 51, 4). CATVLL. 68, 67 Allius meo amori favens clausum lato -ecit limite campum (TAC. ann. 15, 39, 2 c. Martis ac monumenta Agrippae, hortos quin etiam suos -ecit Nero populo. al.). LVCR. 2, 263 -tis ... carceribus (4, 990). SALL. hist. frg. 1, 56 ubi tempore anni mare classibus -tum est (SYMM. epist. 4, 63, 1 cum primum m. navigatio verna -erit. cf. PHAEDR. 4, 7, 11 ratis prima, quae ponti sinus -ecit. STAT. Ach. 1, 62 aequor).

TIB. 1, 3, 36 *post aevum aureum* tellus in longas est -ta vias. Ov. met. 2, 112 atria (v. p. 652, 25). Liv. 7, 33, 10 illa omnia, qua nunc erectae micant hastae, -ta strage vasta cernetis (cf. l. 13sq.). 21, 11, 5 -tum oppidum ruinis *moenium* erat (cf. p. 652, 63 et Liv. 44, 11, 8 parietes fornicum perfossi urbem -erunt. *al.*; *cum obi. suppl.*: CORIPP. Ioh. 4, 76 Iustiniana polis nocturnis panditur armis: prodicione pia civis -ecit amicus). RVT. LVP. 1, 7 armamentario -to. VAL. MAX. 3, 7 ext. 6 novo transitu Alpium iuga -ta (*ab Hannibale*; cf. l. 11 et CIL V 8002, 8 [a. 47 in miliario; item 8003, 7, a. 46] Alpibus bello -tis. *sim. al.*). *al.* -ere locum (angusta loci, quantum loci SIL.; *aliter* p. 655, 21): NEP. Hann. 3, 4 Alpico conantes prohibere transitu concidit, loca -ecit, itinera muniit (*proprie ut l. 66 infra nec non* FRONTIN. strat. 2, 3, 14 *equitum discessione* -to loco subita peditum consurrexit acies. cf. SIL. 5, 174 haec angusta loci ferro -ta relaxa. 15, 660 quantum ... meus -erit [prefec- *trad.*] ensis, tantum intrate loci). Liv. 4, 54, 6 -tus ad consulatum ac triumphos locus novis hominibus videbatur (*item in imag.*: TAC. ann. 2, 78, 1 se ... pulsum, ut locus rebus novis -fieret. 13, 8, 1 videbatur ... locus virtutibus -tus. *al.*).

d varia: *a res (respiciuntur saepius receptacula sim. aperienda vel efficienda, ceterum materia rigida resolvenda* SEN., *testamenta resignanda* VLP., *velamentum reiciendum* AMPEL. *et fort. flores explicandi* p. 654, 24): CIC. rep. 4, 1 cum ... autumno terra se ad concipiendas fruges -erit (cf. PLIN. nat. 17, 154 paxillis solo -to. *cum obi. rei effectae*: Ov. met. 3, 104 sulcum -ecit aratro). LVCR. 5, 809 *uterus terrae*. VERG. Aen. 2, 259 -tus ... equus Troianus. SEN. nat. 4, 4, 2 hieme aer riget; ... *vere* vehementior est mutatio aeris undique -ti et solventis se; *itaque grando cadit*. COLVM. 9, 7, 2 nonnumquam -endae sint *frontes alborum* (cf. 9, 14, 13 -ere vasa [sc. *alvos*; *syn.*: *aperire*]. 9, 15, 5 *alvare*). APVL. mund. 28 si quis pariter -to gremio animalis *varias* simul abire patiat. VLP. dig. 29, 3, 10 pr. alterutro *testamenti exemplari* -to apertae tabulae sunt (cf. 29, 3, 12 si *authenticum testamenti* -tum est). AMPEL. 8, 5 *palla* tota -fit (v. *supra* p. 120, 55). *al.*

β multitudo animantium: ① *technice in re militari -fiunt ordines militum: qui aditum praebent*: Liv. 28, 14, 13 signo receptui dato Scipio -tis que ordinibus equitatum omnem ... in medium *acceptum* ... post cornua locat. *qui extenduntur*: Liv. 9, 27, 8 dextra pars aciei, qua et Samnites raris ordinibus ... constiterant, latius -ta stetit. 28, 22, 15 -ta acie ... cornua hostium amplexus. ② *tropice dicuntur -feri, per quos clam ire licet*: CLAVD. 28, 471 *quod Diomedes* -ta Dolonis indicio ... penetraverit agmina Rhesi.

2 in corpore animantium (pro obi. sunt fere partes locique corporis, ipsi animantes l. 58, morbus l. 61, spiritus l. 63; absolute l. 63. 68): a quolibet modo: Cic. nat. deor. 2, 141 gustatus ... habitat in ea parte oris, qua esculentis ... iter natura -ecit. Lael. 97 ut is adsentatoribus -at aures suas (*item* off. 1, 91. *ceterum*: PLIN. epist. 1, 18, 4 illa actio mihi a. hominum, illa ianuam famae -ecit. APVL. met. 10, 28, 3 sibi simul et domus et a. praesidis. LACT. inst. 4, 15, 8 surdorum -tis a. *al.*). LVCR. 4, 320 *lucidus aer* vias oculorum ... -ecit, quas ante obsederat aer (ater) (cf. 4, 894 aer ... per -ta venit penetratque foramina *corporis*). PROP. 1, 3, 33 luna ... compositos levibus radiis -ecit ocellos (2, 15, 7. cf. *oculos*: ITALIA Is. 35, 5 [Tert. adv. Marc. 4, 24] -fient o. caecorum [gr. *ἀνοιχθήσονται*, *Vulg.* *aperientur*, *inde* TERT. resurr. 20 p. 53, 8]. MARCELL. med. 8, 25 o. -es intra ipsam aquam. 8, 172. *al.*; cf. PLIN. nat. 11, 150 morientibus illos o. operire rursusque in rogo -ere). CELS. 4, 11, 3 *sanguis exit* ore alicuius venae -to (4, 11, 2 *ad aperto*). TERT. carn. 23 l. 20 *Maria* nupsit ipsa -ti corporis lege (cf. l. 26sq. quis tam proprie vulvam adaperuit, quam qui clausam -ecit *eqs.*). SORAN. p. 91, 1 curvatis ... pedibus eius et -tis ([gr. p. 140, 13 *lib. διοσώτων τῶν μηρῶν*, CAEL. AVR. gyn. 2, 93 -tis femoribus]. p. 118, 8 ut -ti pedes ventri eius *mulieris organo inspicendae* cohaereant. CASS. FEL. 81 p. 192, 20. 82 p. 193, 20). p. 96, 16 *organo* -tae mulieres, oculis videntur *collectiones* (nom. *absol.*; mulieris *Rose*; *sim. al. ibid.*, *ad quos locos v. Medert, Quaest. crit. et gramm.*, 1911, 71sq.). THEOD. PRISC. log. 111 cotyledon herba ... dysuriam -it (*postea*: curavit; 110 quod ... urinae difficultatem aperiat). HIST. Apoll. 27 rec. A (*sim. B*) puella quam credis esse defunctam, vivit; ... spiritum praclusum -am. *al. absolute et vi durativa -it res, qua servatur status patens*: THEOD. PRISC. gyn. 12 adiutoriis -entibus (v. p. 656, 28). **b secundo, vulnerando (fere in medicina; cf. B2):** CELS. 7, 7, 1^B *incisa cute* ubi locus ei *vesicae* -tus est, ipsa prorumpit. 7, 7, 4^C *caruncula* abscisa -fit foramen, per quod ...umor descendit. 7, 28, 2 *recta linea* -ere. 8, 4, 8 si nondum satis cutis -ta est, latius aperienda est. *al.* CVRT. 9, 5, 28 -to latius vulnerare. LACT. opif. 12, 2 *corpora animalium* cum intersecta -fiunt. ARNOB. nat. 7, 4 p. 347, 1 M. -tis ... secretis provolvier *intestina victimarum*. THEOD. PRISC. eup. faen. 26 cum ... *collectiones* ... a medicis fuerint -tae (*postea*: solvere. *sim. ROMVL. fab. 51, 7 rec. gall. [sim. cett.]* aperuit vulnus; -ta est *contusio*). **c denudando (in imag.):** TAC. Agr. 14, 3 *legatus* Monam insulam ... adgressus terga *occasioni rebellandi* -ecit.

B -fiunt quae in conspectum veniunt, subiciuntur oculis (etiam auri- bus, si huc trahas l. 36 infra): 1 caelum, sidera sim.: ENN. ann. 558 -ecit radiis rota candida caelum (APVL. mund. 15 quando illa perfracta nubecula -erit c., ... emicat ... lux clara. Ps. CYPR. mont. 8 *cum Christus crucifigeretur*, pater fecit c. -tum). Acc. trag. 693 citius Orion -fit (*trad.*, *palliscit Bücheler*). CIC. Arat. 370 cum de terris vis est -ta Leonis (gr. 590 *ἐρχομένῳ*). LVCR. 1, 10 simul ac species -tast verna diei et reserata viget ... aura favoni. Ov. met. 9, 795 postera lux radiis latum -erat orbem (HOMER. 49 decimus ... dies -erat o. 650 Titan radiis [gr. *utrobique aliter*]. CYPR. GALL. Ios. 149 dies). **2 partes corporis interiores (quae sectione sim. in conspectum veniunt):** CIC. ac. 2, 122 quia possit fieri, ut -ta et detecta mutantur illa (sc. *partes interiores, ni fallimur, quarum situs et vis ignoratur; antea: aperuerunt*). Tusc. 1, 46 qui *medici* ista aperta et -ta viderunt (sc. *sensus vel eorum vias*). CELS. 1 prooem. 25 cum per vulnus ... viscera -ta sunt. 7, 17, 1^C loco -to. 7, 31, 2 cutis superinciditur; tum -ta vena ... *ferramento candente* ... premitur. 8, 3, 10 -to cerebro. **3 varia:** CIC. div. 2, 51 cur se ... in terram abdiderat *Tages*, ut -tus aratro lucem aspiceret? fam. 7, 1, 1 *cubiculum*, ex quo tibi Stabianum perforasti et -isti sinum. LVCR. 1, 177 semina rerum cum confluerunt, -fit quodcumque creatur (179 effert in luminis oras). SEN. nat. 7, 30, 3 quam multa ... per secretum eunt numquam humanis oculis orientia? neque enim omnia deus homini (pate)fecit (*suppl. Gercke*). PLIN. nat. 13, 109 ad exortus solis emergere extra aquam ac florem -ere *loton* (*Theophr. hist. plant. 4, 8, 10 ἀνοίγειν, an cogites de notione explicandi coll. p. 653, 34? sed cf. ANTH. 646, 31 calathi -ecit honorem rosa* [27 aperit]). STAT. Theb. 7, 627 *ventus* rapuit nemus et montes -ecit opacos. *al. refl. se -ere fere i. q. apparere*: EPIST. pontif. 670 Schwartz p. 88, 7 se discipulis -ecit *Christus* (Luc. 24, 36sq.).

C -fiunt quae emittuntur, erumpunt: LVCR. 5, 597 hinc (e sole) mundi -tum totius unum largifluum fontem scatere atque erumpere lumen (LAVREA epigr. 8 *locus fontes* ... -ecit *aquarum salubrium*. cf. p. 652, 48). VARRO ling. 5, 65 'pater', quod -it semen (*si recte huc traximus contextu vix sano*). ITALIA gen. 7, 11 (Ps. Cypr. ad Novat. 4) *cataractae caeli* -tae sunt (*nisi ad A; gr. ἠνεώχθησαν, Vulg. apertae*). *respiciuntur fortasse verba ex ore exeuntia sim. (si recte traditur; an explices sec. l. Isq.?)*: Ps. MATTH. euang. 30, 3 omnes qui audierunt verba haec -ta obstupuerunt (*pavefacti, stupefacti var. ll.*).

II translate (imagines v. sub I); -fiunt: **A cognoscenda, intellegenda sim. (sc. fere res incorporeae, animantes non nisi l. 70. p. 655, 41; patefactio fit dictis scriptisve maxime sub 1b, ceterum e. g. l. 44. 48. 69. 72 [vaticinio l. 68]; saepe accedit abl. instr., praepos. per l. 50. 61. al.):**

1 transitive: **a detegendo sim. (sc. fere secreta): a usu communi (sc. cum obi. acc., suppl. l. 53. 60; exempla selecta inde a Cic.):** TER. Hec. 303 tot meas iniurias ... numquam ... -ecit. Phorm. 825 quin, si hoc celetur, in metu, sin -fit, in probro sim. Cic. Verr. I 17 quae res primo ... pertenui nobis argumento indicioque -ta est; post aperto suspicionis introitu *eqs.* (II 1, 149 [*postea*: quid poterat esse apertius]. Cluent. 25. 78 res -ta et in forum prolata. Sest. 25 [*opp. latere*]. *al.*). Cluent. 62 quod ... hac ... oratione -tum est. 83 veritate -ta atque omni errore sublato (Sull. 45 per me. CYPR. epist. 73, 23 -tae et perspectae v. *al.*). 189 de illo scelere, quod nunc ... -tum est (*postea*: apertum ... ac manifestum). SALL. Iug. 42, 1 Liv. 29, 22, 10 VAL. MAX. 2, 5, 3. *al.*). Catil. 2, 6 omnia ... *consilia* ad me perlata esse sentiunt; -eci in senatu hesterno die (dom. 22 litterarum recitatione. Sest. 69 CAES. civ. 3, 21, 5 VELL. 2, 76, 4. *al.*). 3, 15 Lentulus ... -tis indicibus, confessionibus suis *ius civis amisit* ([*nisi rectius ad c traxit Sternkopf, 1916, ad l.*]. Flacc. 5 ea. Mil. 103 indagavi, -eci, protuli. fam. 15, 2, 6 [*opp. occultata*]. SALL. Iug. 73, 1). 4, 5 mea virtute atque diligentia ... *coniurationem* -tam esse (Sull. 3 tu ... investigasti, tu -isti c. [*sim.* 85]. 4 per me. SALL. Catil. 36, 5. *al.* SEN. contr. exc. 3, 9, 2). part. 112 cum opinione celandi aut, si -tum esset, depellendi criminis (*aliter* p. 655, 50). top. 75 per somnum, vinum, insaniam multa saepe -ta sunt. Att. 11, 13, 2 neque hoc tempore nec antea -isset odium suum in me, nisi *eqs.* SALL. Iug. 113, 3 occulta pectoris (*sim. SVET. Tib. 54, 2 -ta ... animi sui nota. AMM. 22, 5, 2 pectoris ... arcana. al.*). RVT. LVP. 2, 11 *eam causam iniuriae* (*antea*: proferre). VAL. MAX. 1, 5, 6 dolorem ... gemitu (cf. 4, 1, 13 *laetitiam* [*opp. intra se continuit*]). APVL. met. 9, 21, 2 cordolio -to). SIL. 1, 630 *clades* -ecit et horrida bella orantur *Saguntinorum* squalor. TAC. ann. 6, 21, 2 *fatidicus quidam imperium ipsi Tiberio* et futura sollerter -ens. *et saepe. refl. se -ere, sc. profitendo cogitationes occultas*: CIC. fam. 6, 10, 1 *Attico aliisque* totum me -eci et haec eis ... saepe dixi, ... me tibi ... satis facere cupere. **β -enda ponuntur in enunt. relat. vel indicantur per enunt. interrog.:** CIC. leg. agr. 2, 49 dum -o vobis, quas isti ... abstrusas insidias se posuisse arbitrantur. Catil. 3, 21 quae erant contra salutem omnium cogitata, inlustrata et -ta vidistis. Phil. 3, 36 nimium diu teximus, quid sentiremus; nunc iam apertum est; omnes -unt ..., quid sentiant.

5,16 quod -tum cognitumque esset, quam multos in civitate turpis haberemus. *al.* DECL. in Catil. 55 quos ... tetenderit ... coniurationis laqueos ..., Saturnalium dies -tura fuerat. AVR. VICT. Caes. 12, 4 *Traiani* suffecti virtute quantus consilio esset magis magisque -ecit *Nerva*. 39, 29. CONC. II 3, 1 p. 65, 25 -tum est, quod vobis visum est de sancta fide (*cf.* II 2, 1 p. 48, 23 manifestatis decretis; *gr.* II 1, 1 p. 89, 28 *φανερώων ὄρων*). *al.* *γ*-*enda* indicantur per *acc. c. inf.* (*v. etiam sub c; cum pron. praeparativo* Cic.): Cic. Scaur. 30 ista celeritas ... illud -ecit et inlustravit (quod occultum tamen non erat), non esse hoc iudicium iudici, sed comitorum consularium causa comparatum. SALL. Iug. 111, 1. hist. frg. 1, 51 -tum est rem publicam praedae, non libertati repetitam. LIV. 8, 18, 6 -tum muliebri fraude civitatem premi *eqs.* VAL. MAX. 2, 6, 1. DECL. in Catil. 109 (*syn. ostendamus*). MAECIAN. dig. 29, 5, 23 antequam -fieret testatorem occisum esse. MIN. FEL. 5, 2 AVR. VICT. Caes. 41, 7. MARCELL. chron. II p. 85, 4 Iohannes ... sese ... suumque ostendit caput, ibidemque sepultum ... -ecit. *al.*

b *exponendo, tractando, explicando*: Cic. de orat. 1, 177 ius applicationis, obscurum sane et ignotum, -tum in iudicio atque inlustratum est a patrono. 3, 210 de ornatu omni orationis sunt omnes, si non -ti, at certe commonstrati loci. fat. 44 quoniam utriusque -ta atque explicata sententia sua ad eundem exitum veniant. off. 1, 160 haec quidem hactenus; -tus enim locus est ipse, ut non difficile sit ... videre. VAL. MAX. 3, 2 p. quia iam initia procursusque virtutis -ecimus, actum ipsum persequemur. NON. p. 59, 6 'nefarium' proprietatem ... -ecit a farre *Varro* (*sim.* CASSIOD. inst. 1, 3, 5 nomina ... etymologiis propriis pulcherrimo decore -ecit). AVG. dialect. 9 prius ergo consideremus univoca, ut quoniam genus hoc iam definitione -tum est, inlustratur exemplis (*cf.* BOETH. in top. Cic. 1 p. 286, 4 quod nomen anguste ... designat, apertius definitio disserit ac -it). EPIST. pontif. Arel. 16 p. 23, 27 quod sanctitati tuae praesenti sermone -ecimus. BOETH. mus. 3, 4 p. 275, 25 id ... -et subiecta descriptio (*cf. e. g.* 1, 22 p. 215, 19 hoc ... monstrat s. d.). in Porph. comm. sec. 5, 24 p. 348, 1 huius libri seriem ... gemina expositione -ecimus (*item respiciuntur commentaria*: CASSIOD. inst. 1, 4, 3 *Athanasius psalterii* virtutem ... minutissima discussione -ecit. 1, 6, 6 [*syn. exponere*]. 1, 8, 13 *epistulam* ad Philemonem ... uno libro [*syn. aperire, exponere, declarare, explanare*]. 1, 22 symbolum ... frequenti expositione). *al.*

c *probando, monstrando (exempla minus dubia; cf. iam Cic. p. 654, 55; accedit subst. praedic. l. 40, acc. c. inf. l. 38. 47sq.)*: in universonum: SOL. 45, 6 equis inesse iudicium documentis plurimis -tum. PRVD. apoth. 237 viso -ta oracula Christo. ENNOD. epist. 9, 32, 3 p. 256, 17 *Avienus Romae* Fausto filius naturae lege concessus est, hic, *sc. in Liguria*, eruditione -tus; minus fuit ... hominem nasci, quam ... Fausti subolem conprobari (*cf., si recte trad.*: HIST. Apoll. rec. A 20 gratulor, quod abundantia horum studiorum [docta et a me -ta, ... nugas [*var. l. perfecta; rec. B perita; alii abl. intellegentes iungunt cum hab.; '-ere = erudire'* Kortekaas, ed. 1984 in indice, vix recte]). in iure: COD. Theod. 3, 32, 2 -ta rerum fide (*antea*: probatis ... causis). 6, 21, 1 si docendi peritiam ... se habere -erint (*antea*: monstraverint). NOVELL. Valent. 8, 1, 1 qui se domus suae possessione ... -ecit esse depulsum. CONSVLT. 7 a, 4 luce clarius constitit -tum nec matri usum obesse *eqs.* COD. Iust. 3, 24, 3, 1 (*a. 485/6?*) ut ... nec postquam crimen fuerit -tum, *poena constituatur* (*ibid. bis in sequentibus. cf. ibid. pr. ante probationes*). 8, 4, 9 (*a. 477*) si quando vis iudicio fuerit -ta.

d *vario modo*: Cic. div. 1, 86 ante philosophiam -tam, quae nuper inventa est (*opp. posteaquam ph. processit*). VITR. 9, 2, 1 Berosus ... in Asia ... disciplinam Chaldaicam -ecit. LAVS Pis. 242 *Maecenas Romana* carmina ... Ausoniamque chelyn ... -ecit Horati (240 populis ostendit nomina Graisi). AVG. c. Pelag. 3, 4, 9 p. 495, 24 per Christi sanguinem -to atque firmato *novo testamento* (3, 4, 7 p. 493, 3 quo *tempore testamento* revelaretur in Christo). EVSTATH. Basil. hex. 7, 2, 9 notitiam subtiliter ... -ere singulorum *piscium generum* (*Migne gr. 29, 152^B ἰστορίαν ... γνωρίσαι*).

2 sine obi. acc.: **a** *absolute (probabiliora, vix huc p. 654, 53. 60)*: Cic. Att. 12, 21, 1 *Brutus de Catilinae coniuratione scribens* me ... laudat, quod rettulerim, non quod -erim. SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 161, 2 necessarium duxi his litteris -undum sanctitati vestrae et id ... dicere. BENED. reg. 46, 5 *monachus delinquens* abbati ... -at. **b** *cum adv. (ad 1 trahas Cic., EPIST. pontif., si pass. pers. agnoscere, NOVELL. Theod. 15, 2, 1, si quantum n. pro subst. intellegere malis)*: Cic. p. red. ad Quir. 12 quae deliberatio ..., ut -tum est, in agenda mercede consumpta est (*MACR. Sat. 1, 4, 13 ut praecedens sermo -ecit. COD. Theod. 16, 2, 37 ut tui culminis suggestio -ecit [item NOVELL. Theod. 6, 2]. AVELL. p. 325, 13*). COD. Theod. 9, 42, 18 proscriptus plurima rerum penes diversos reliquit, sicut quaestio habita -ecit (*CASSIOD. Didym. in Ioh. p. 72, 24 s. exempla proposita -unt. cf. EPIST. pontif. Arel. 12 p. 19, 26 sicut ... prodesessorum vestrorum -tum sibi testatur auctoritas [-to, -ta var. II.]*). NOVELL. Theod. 15, 2, 1 quantum ... magnitudinis tuae suggestio -ecit.

c *cum praepos. de*: PAP. Tjäder 4-5 B VI 12 (*saec. VI med.*) quoniam de agnitis signaculis ... testium responsio -ecit, nunc carta testamenti resignetur.

B *facultas vel id ipsum, quod possibile fit (huc spectant imagines locum dandi p. 652, 70. 653, 5sq. et ianuam viamve aperiendi p. 652, 28sq. 46 sq. al., cf. p. 652, 2)*: Cic. Verr. II 3, 193 vide, quam tibi defensionem -erim (II 4, 8 ad omnia). TAC. hist. 1, 84, 1 in ... rerum omnium confusione -fieri occasio ... adversus me potest. ann. 11, 5, 1 cuncta ... magistratum munia in se trahens princeps materiam praedandi -erat. 12, 9, 1 ut oraretur Claudius despondere Octaviae Domitio, quod ... maiora -turum erat. COD. Theod. 6, 30, 12 sortiendae ... militiae copiam.

deriv.: patefacio.

patefactio, -ōnis *f.* a patefacere. [*falso trad. pro calefactio* ORIBAS. *syn.* 9, 23, 1 La p. 320 (*Aa calore, gr. θερμαίνειν*).]

1 de actione patefaciendi: *res intellegendas*: Cic. fin. 2, 5 haec -o quasi rerum operarum, cum quid quidque sit aperitur, definitio est. SCARILA Fulg. Rusp. epist. 10, 3 qui nostrae imperitiae per -em divinarum scripturarum ... iter ostendat. GREG. M. moral. 5, 46 cum alta loquentes profluunt in -e stultitiae *haeretici* (*cf.* 22, 40 *Iob* non appetens ex virtutis suae -e clarescere). *res corporeas*: CLAUD. DON. Aen. 7, 610 p. 91, 20 ('reberat ... limina') -e valvarum (*sim.* 7, 620 p. 93, 12 portarum). CASS. FEL. 20 p. 31, 11 -o *fistulae* (*postea*: donec sufficienter fistula patefiat). PRIMAS. in apoc. 2 capp. 1 libri signati ... -o (*apoc. 6, 1sq.*). GLOSS. rictus: -o oris (*ibid. iterum. cf. Gloss. rictus: apertio o.*). **2 de statu patefacto, foramine**: THEOD. PRISC. eup. faen. 67 cutis eiusdem vulneris (*sc. morsus*) -o ... custodienda est ad umoris ex vulnere venientis digestionem. gyn. 12 *mulieres, quarum naturalia clausa sunt*, a chirurgicis ... reserandae erunt, ea tamen ratione, ut haec -o linteolis aut aliis adiutoriis patefacientibus diutius disterneretur.

patefio *v.* patefacio.

***patella**, -ae *f.* [*a patina vel a patera diminutive. Sch.*] *de origine*: VARRO ling. 5, 120 patenas a patulo dixerunt, ut pusillas, quod his libarent cenam, -as. ISID. orig. 20, 8, 2 -a quasi patula: olla est enim oris patentioribus. *scribitur* pataelam INSCR. Année Épigr. 1976 n. 581 (*Dacia, saec. IV*). *de notione* (*v. etiam p. 657, 2. 23. 31. 33*): GLOSS. -a: *λοπάδιον. λοπάς. πάτελλιν (i. -av). πατένα. τήγανον. al. -a frixoria: τηράνη. legitur inde a saec. I a Chr. (sed patellarius iam apud PLAVT.), admodum raro praeter APIC. (ubi tamen longe praevallet patina); abiit in gr. πάτελλα (vel βα-), πάτελλον (inde diminutive πατέλλιον [βα-], πατελλίκιον [βα-]).* [*it. padella; sard. padeḡḡa; raet. or. padiele, occ. padela; francog. poêle; prov. vet. padela et var. francoprov., prov., vasc.; cat. padella; hisp. vet. padilla. cf. M.-L. 6286. Battisti-Alessio IV 2717. Wagner II 203. Wartburg VIII 1sq. Corominas² IV 340. St.*]

fere i. q. patina: **I** *usu sollemni*: **A** *proprie est genus quoddam vasis (variae capacitatis, formae, qualitatis; indicatur ex qua materia facta sit e. g. l. 56sq. 66. p. 657, 6; ad rem v. Hilgers, Lat. Gefäßnamen, 1969, 239sq.)*: **1** *generatim adhibetur in re coquinaria, sc. ad cibos coquendos, assandos sim. vel inferendos, vel in re medica ad medicamenta conficienda (v. e. g. l. 56. 57sq. 60sq. et ORIBAS. *syn.* 4, 35, 5 Ab p. 38 [gr. ἐν πατέλλῃ])*: VARRO Men. 160 -a esurienti posita provocat Neapolitanas piscinas (*vix ad B, cf. Norden, Kl. Schriften, 1966, 71 adn. 163*). frg. Non. p. 546, 11 dicuntur ... -ae, salini, acetabula, catini, patinae (*item iuxta salinum*: FEST. p. 329 s. in mensa ... solitum esse poni ... *cura* -a *eqs.*; *an ad 2 b?* [*cf. p. 657, 11sq.*]). frg. Prisc. gramm. II 204, 5 in -is coquere cepe. VOLVMN. carm. frg. gramm. V 574, 1 stridentis dabitur -a cymae. HOR. epist. 1, 5, 2 modica cenare ... holus omne -a. SCRIB. LARG. 37 in -a aenis Cyprii (*cf. aenea*: APIC. 2, 1, 5. 4, 2, 14sq.). 57 -a fictili (*item in re medica*: 173. 228 MARCELL. med. 27, 8. *ceterum*: APIC. 7, 4, 4). 267 -a nova liquefit axungia. PERS. 4, 17 uncta vixisse -a. PLIN. nat. 19, 171 usus eius *sinapis* etiam pro pulmentario in -is decocto. 30, 68 edisse ... prodest urinae ... cicadas tostas in -is. CIL IV 5380, 7 (*enumerantur alimenta, vasa sim. cum pretiis*) casium IV, porrum I, pro -a I *eqs.* MART. 5, 78, 7. 13, 81, 1sq. quamvis lata gerat -a rhombum, rhombus latior est tamen -a. 14, 114 tit. -a Cumana: hanc ... Cumano rubicundam pulvere testam. Ivv. 3, 261 domus (*i. familia*) ... -as iam lavat. 5, 85 tibi ... cammarus ... ponitur exigua ferilis cena -a. MARCELL. med. 26, 95 in -a ferrea candente. APIC. 8, 6, 11 in cacabum vel -am compones haedum. *al. in proverbiiis*: HIER. epist. 7, 5 accessit huic -ae, iuxta tritum populi sermone proverbium, dignum operculum (*sim.* 127, 9, 1. *cf. adv. Rufin. 3, 24 quod tuum quasi operculum venenatae -ae imponeres [vergit ad B]. v. etiam Otto, Sprichw. n. 1355*). SCHOL. Lucan. ed. Weber 3, 687 qui fugit -am, cadit in prunas (*proverbia sim. e linguis q. d. roman. affert Cornu, Arch. Lat. Lex. 13, 1904, 128*).

2 speciatim: **a** *datur pro dono militari (ad rem v. Büttner, Bonn. Jahrb. 157, 1957, 144sq.)*: DECRET. Strabon. (CIL VI 37045) 4, 5 (*a. 89 a. Chr.*) imperator virtutis causa turmam Salluitanam donavit ... cornu-
[Kruse]

culo et -a torque armilla palereis *eqs.* (*editores conferunt Polyb. 6, 39, 3 φιάλην*). **b** *adhibetur in re sacra* (cf. PAUL. FEST. p. 248 -ae vasula parva picata, sacrificiis faciendis apta. PORPH. HOR. CARM. 2, 16, 13 sq. 'salinum' -a, in qua primitia(e) dis cum sale dantur [sim. SCHOL. HOR. ad l.]. VARRO LING. 5, 120 v. p. 656, 32): VARRO MEN. 265 oportet bonum civem ... deos colere, in -am dare μικρόν κρέας. CIC. VERR. II 4, 46 (*inter argentum*) -a grandis cum sigillis ac simulacris deorum (*iuxta patera et turibulum ut: 4, 47. 48 bis*). 4, 48 (*postea: insigne penatum*). 4, 54 illa ex -is et turibulis quae evellerat, ... scite in aureis poculis inligabat. OV. FAST. 2, 634 libate dapes, ut ... nutriat incinctos missa -a Lares. 6, 310 fert missos Vestae pura -a cibos. LIV. 26, 36, 6 (*inter argentum*) salinum -amque deorum causa habere (*item iuxta s.: VAL. MAX. 4, 4, 3 -am deorum. PERS. 3, 26 cultrix ... foci secura -a. cf. etiam l. 4. p. 656, 53*). VAL. MAX. 4, 4, 3 -am ... corneo pediculo sustentatam. IUV. 6, 344. HIER. EPIST. 52, 10, 1 in Iudaea templum, mensam, lucernas, turibula, -as ... et cetera ex auro ... facta. *in proverbio, ut videtur: CIC. FIN. 2, 22 reperiemus asotos ... ita non religiosos, ut 'edint de -a'*.

B *metonymice est cibus, qui in vase coquitur vel infertur* (*huc iam VARRO MEN. 160 sub A1? v. et p. 656, 70*): THEOD. PRISC. LOG. 101 ex vitellis eorum ovorum -ae perfusae cerebellorum pulvere conveniunt (*'frusta' ex vitello secta intellegit Th. Meyer in versione germ., 1909, ut referas ad II, quo fort. etiam GLOSS. III 288, 63 [= 659, 20] da copadia et -am casei [vertitur πάτελλαν. antea: praecide caseum]*). APIC. 4, 2, 17 -am tyrotaricham ex quocumque salso volueris (*seq. compositio ut: 4, 2, 18 -am isiciatam [Milham, siccam trad.]. 4, 2, 19 -am ex holisatro. 4, 2, 25 -am Lucretianam. in aliis capitibus pro syn. exstat patina*). REGVLA MAG. 23, 37 de quibus micis panis collectis ... -am coquant hebdomadarii (*de eadem: 25 tit. de -a micinarum ... coquenda. 25, 2. 8. 12*). FRG. BOB. GRAMM. VII 542, 10 miscellania -a de rebus variis dicitur (*ad Iuv. 11, 20*).

II *usu novato de variis rebus formam similem exhibentibus* (*huc etiam l. 20sq.?*): **A** *de osse quodam, quod in genu situm est* (GLOSS. -a: λοιπάς ἐπί γονατίω. -ae: ἐπιγονατίδες [cf. SORAN. infra]): CELS. 8, 1, 25 quae commissa ossium osse parvo, molli, cartilaginosa tegitur; -am vocant. 8, 21, 1 cum ... -a ipsa ... caput tibiae contineat. CHIRON 589 si quod iumentum -am eiecerit, hoc est cuneolum aut spatulam, quod vocant priorem (*inde 576*). PLAC. MED. 1, 12 rec. a -a cervina, hoc est genu (1, 10 rec. β cervi -am). SORAN. p. 37, 12 (*gr. p. 78, 24 Ilb. ἐπιγονατίδας*). ANON. VALES. 9, 40 quia -as in genucula non habuisset Zeno imperator. **B** *de morbo quodam oleae*: PLIN. NAT. 17, 223 olea ... clavum ... patitur, sive fungum placet dici vel -am; haec est solis exustio (*Theophr. hist. plant. 4, 14, 3 λοιπάδα*).

deriv.: patellarius, ? patellicae; patera (retrograde).

cf. Onom.

patellārius, -a, -um. *a patella. i. q. ad patellam pertinens: PLAVT. CIST. 522 di me omnes magni minuti et etiam -ii faxint, ne ego eqs. (sc. Lares et Penates, v. Koch, RE XVIII 4, 2120, 32).*

? lanceae (*i. lances*): **patellicae** GLOSS. IV 532, 52 (*sim. V 305, 46 lance patellice id mensura [lance(s) patellae: id <est> missoria temptavit Goetz]*).

1. patena v. patina.

2. patena, (-ae) f., cf. gr. φάτην (*vel πάθνη*). *fere i. q. praesaepe: VEG. MULOM. 1, 56, 3 -a quae appellatur, hoc est alveus ad hordeum ministrandum, sit munda semper ...; loculis praeterea ... distinguenda est eqs.*

patēns, patenter v. pateo.

patentia, (-ae) f. *a patere. [in falsa var. l. pro potentia GLOSS. V Aa A 860 (-a olim praetulerat ipse editor, v. Eranos 23, 1925, 171).]*

i. q. qualitas patendi vel ipsum spatium patens: SCHOL. STAT. THEB. 4, 179 'planaque Messene': non ipsa plana, sed in plana camporum -a constituta (var. l. falsa pot-).

patenula, (-ae) f. *a patina (patena) deminutive. fere i. q. patina (vi deminut. evanida, ut videtur): GREG. TYR. GLOR. CONF. 22 p. 761, 22 clericus habens ad collum ... ministerium cotidianum, id est -am parvam cum calice. CONSTANTIVS VITA Germ. 35 -am ligneam panem ordaceum continentem (postea: abiecti vasculi).*

β *de eo, qui officia quaedam praestat, velut -r liberis* (cf. II B1, sed v. quod ibi monuimus): ① *in locutionibus comparativis*: TER. Ad. 951 pro -e huic est (*sc. Hegio Pamphila*). CIC. Phil. 2, 99 patrum -is loco ... colere (BRVT. [?] Cic. ad Brut. 25, 5W. habere. cf. BRVT. *ibid.* 21, 1 sororis liberis in -is locum successisse [PLIN. epist. 8, 18, 6]. QVINT. decl. 358, 1). Ov. fast. 5, 407 stabat ut ante -em (*sc. Achilles ante Chironem*. trist. 3, 7, 18 ut ... -r natae duxque comesque fui. CE 990, 6 [*saec. I*] dotavit natas ut -r ipse meas. al.). al. ② *usu pleno*: TER. Andr. 295 te isti puellae virum do, amicum, tutorem, -em. Ad. 126 (*Micio ad Deameam*) natura tu illi filio tuo -r es, consiliis ego (*determinatur per abl. ut: QVINT. decl. 372, 12 meritis*. HIER. in Matth. 23, 8-10 indulgentia. INSCR. christ. Diehl 75, 13 mente [3441A, 6]. cf. STAT. silv. 2, 1, 103 te iam fecerat illi mens animusque -em). CIC. Planc. 102 duo -es (SCHOL. Cic. Bob. p. 169, 12 quasi uterque Cn. Plancio -r sit, alter natura, alter officio gratus). Ov. fast. 5, 412 care ... -r (*Achilles ad Chironem*. PETRON. 98, 8 Giton ad Eumolpum: -r carissime, in tua sumus custodia). CALP. ecl. 5, 9 (*ad alumnum*) hos greges tibi do senior iuveni -r. STAT. Ach. 2, 102 ille -r (*Achilles de Chirone*). Ivv. 7, 239 magister -r ipsius coetus discipulorum. ITALIA I Macc. 2, 65 (rec. L = VVLG.) frater vester vobis erit -r. Luc. 2, 33 (cod. d = VVLG.) -r eius et mater (*de Ioseph ut: 2, 48 [ibid.]*). Ioh. 6, 42 [codd. a, aur. al. = VVLG.]. explicant HIER. hom. Orig. in Luc. 17 p. 100, 19 honoravit eum spiritus sanctus -is vocabulo, quia nutrierat salvatorem. RVFIN. Orig. in lev. 12, 4 p. 460, 26). VVLG. Iob 29, 16 -r eram pauperum (HIER. interpr. Iob: invalidorum. INSCR. christ. Diehl 170, 12. 3553, 5). al.

γ *de eo, qui sine actione gignendi auctor vitae est* (*sc. de Adam Evae origine*): DRAC. laud. dei 1, 388 Adam Evae -r, inde maritus, non tamen ex coitu genitor, sed coniugis auctor.

δ *de hominibus aetate provecis* (*plur. praeter VAL. FL.; opp. fere iuventus, minores sim., respondet matres pro 'matronae' l. 39; cf. IIB2, ubi notio honorandi accedit*): VERG. Aen. 11, 454 fremit ... iuventus, flent ... -es. HOR. epist. 2, 1, 81 cum poetas vel histriones vetustiores reprehendam, clament ... cuncti paene -es (*opp. minoribus, syn. senes*). 2, 1, 109 pueri -esque severi. SEN. Ag. 645 festae matres (*i. matronae*) ..., festi -es (SIL. 13, 259. cetera, quae vol. VIII 439, 39sq. afferuntur, notioni parentum tribuenda sunt). VAL. FL. 6, 283 omnes ... senes, ... omnis ... -r (*spectat ad 125 avis, 127 parens*). CIL IX 5823, 6 (*a. 159*) in tribu Cl(audia) -um et liberorum clientium (*eadem formula: XIV 374, 15. spectat ad seniores et iuniores, v. vol. III 1346, 14sq.; Mommsen, Staatsr. III 276 n. 3*). ITALIA act. 7, 2 (cod. e = VVLG.) viri fratres et -es, audite (*item 22, 1 ibid.; similiter distinguuntur aetates: I Ioh. 2, 13 [cod. h, cf. VVLG.] scribo vobis, -es [postea: iuvenes, pueri. sim. VVLG. I Ioh. 2, 14]*).

ε *significatur potius is, qui familiae vel domui sim. praeest*:

1 *accedit gen.*: a *familias v. p. 690, 9*. b *alia*: HOR. sat. 2, 6, 88 -r ipse domus (*sc. mus rusticus; inde IVVENC. 4, 187 vir -r ipse d. [resp. Matth. 24, 45 dominus]*). 2, 8, 7 cenae -r. 2 *omisso gen.* (*sc. familias; quem usum, quamvis frequentiore fuisse suspicemur, duobus tantum exemplis certioribus illustrare possumus*): CIC. Cato 22 male rem gerentibus -bus bonis interdici solet. HOR. epist. 1, 14, 3 agellum meum habitatum quinque focis et quinque bonos solitum Variam dimittere -es.

II *pro appellatione honorifica* (cf. ISID. diff. 1, 274 -r dignitatis et honoris nomen est, unde et sanctos viros ac seniores -es dicimus): A *in vita publica, sc. re publica vel re militari nec non in collegiis administrandis* (*addimus heroas sub 3*): 1 *tribuitur sec. usum quandam sollemnem*: a *primoribus civitatis* (*plur. praeter p. 679, 47sq., sing. circumscibitur p. 677, 68; in exemplis distinguendis sequimur viros doctos, q. s. Mommsen, Röm. Forsch. I 226sq., O'Brien Moore, RE Suppl. VI 660sq., Kübler, RE XVIII 4, 2222sq.*): a *Romanae*: ① *strictius significatur senatus* (cf. SYNON. Cic. p. 443, 28 senatus. curia. -es. eqs.; opp. saepe populus, rarius plebs, e. g. LIV. 29, 14, 7 FEST. p. 233): ② *de nomine vel institutione -um* (cf. Dionys. ant. 2, 8, 3. al. Plut. quaest. Rom. 58 Romul. 13 Lyd. mag. 1, 16): CIC. rep. 2, 14 Romulus in regium consilium delegerat principes, qui appellati sunt propter caritatem -es (SALL. Catil. 6, 6 vel aetate vel curae similitudine [*inde ISID. orig. 9, 4, 10*]). LIV. 1, 8, 7 -es certe ab honore patriciique progenies eorum. FEST. p. 339 PAVL. FEST. p. 247 VELL. 1, 8, 6. al.; cf. CIC. rep. 2, 23 eos -es ... nominari patricosque eorum liberos. Ov. fast. 5, 71 Romulus ... selecta ... pectora -es dixit. QVINT. inst. 1, 6, 33. al.). 2, 35 L. Tarquinius duplicavit ... -um numerum (LIV. 2, 1, 10 Brutus deminutum -um n. primoribus equestris gradus lectis ad trecentorum summam explevit eqs.). *ibid.* antiquos -es maiorum [*v. Kamptz*]

gentium appellavit ..., a se adscitos minorum (Liv. 1, 35, 6. 1, 47, 7. al.). 2, 50 quos senes ille *Lycurgus* appellavit, nominaverunt *nostri* senatum, ut iam Romulum -bus lectis fecisse diximus (cf. Liv. 1, 28, 7 primores *Albanorum* in -es legere [al., v. vol. VII 2, 1126, 8]). Ov. fast. 3, 127 -es (pares var. l.) centum denos secrevit in orbes Romulus. Liv. 1, 8, 7 *Romulus* centum creat senatores ..., quia soli centum erant, qui creari -es possent. al.

ⓑ *de senatu patricio, sc. vel de prisco regum senatu e patriciis tantum constante vel de parte patricia senatus recentioris*: ① -es conscripti (exempla v. vol. IV 374, 54sq.): *antiqui explicatores* (v. vol. IV 374, 56sq.) et *viri docti nostrorum dierum plerique* (v. supra) *docent hac iunctura significari -es et conscripti, sc. senatores patricii generis et ei, qui postea ex equestri ordine adlecti sunt. sed incertum est, quomodo ipsi loquentes iuncturam suo tempore intellexerint, nec inter veteres nec hodie desunt qui conscripti pro adi. habeant, cf. e. g. Kl. Pauly s. v. conscripti et* ISID. orig. 9, 4, 11 -es conscripti, quia ... Romulus ... nomina eorum ... in tabulas aureas contulit. ② -es auctores, -um auctoritas (de *isdem iuncturis ad totum senatum pertinentibus v. infra*): Cic. Planc. 8 -es apud maiores nostros tenere non potuerunt, ut reprehensores essent comitiorum ...: tum enim magistratum non gerebat is, qui ceperat, si -es auctores non erant facti (al., v. vol. II 1196, 21sq. 36sq.). rep. 2, 14 Romulus -um auctoritate consilioque regnavit (2, 56). ③ *respiciuntur auspicia vel interrex prodendus*:

Cic. leg. 3, 9 quando consules magisterve populi nec erunt, auspicia -um sunt (ad Brut. 13, 4 W. dum unus erit patricius magistratus, a. ad -es redire non possunt. Liv. 6, 41, 5 penes quos ... sunt a. more maiorum? nempe penes -es. cf. 1, 32, 1 mortuo Tullo res ... ad -es redierat). *ibid. continuo*: olisque ex se produnt, qui comitiatu creare consules rite possit (3, 10 quem -es prodent consulum rogandorum ergo. Liv. 22, 34, 1 interreges proditi a -bus. in eadem re saepius patricii, e. g. Liv. 4, 7, 7). ④ *varia selecta*: Cic. rep. 2, 20 *Proculus Iulius* impulsu -um, quo illi a se invidiam interitus Romuli pellerent, ... dixisse fertur eqs. 2, 38 *Servius* non commisit se -bus, sed ... populum de se ipse consuluit (de eodem Liv. 1, 41, 6 in iussu populi voluntate -um regnavit). Liv. 1, 9, 2 ex consilio -um Romulus legatos ... misit (1, 15, 8 multitudini ... gratior fuit quam -bus). 1, 17, 1 -um ... animos certamen regni ac cupido versabat. 1, 18, 5 -es Romani (cf. infra l. 56). 1, 32, 11 rex *Ancus Marcius* his ferme verbis -es consulebat. 1, 47, 8 -es in curiam per praeconem ... citari (cf. 1, 48, 1 vocare). al.

ⓒ *de senatu communi patriciorum et plebeiorum*: COMMENT. quaestor. Varro ling. 6, 91 -es censeant eqs. (Liv. 3, 42, 6. 6, 25, 5. 6, 27, 9. Tac. ann. 12, 41, 3 quae ... censuerint -es, iusserit populus. al.). Cic. Carm. frg. 11 (de consul.), 59 -um sedes populi que (i. curiam et forum; *ibid.* 65 Verg. Aen. 8, 679 Ov. fast. 1, 69. al.; ordine inverso: Cic. leg. 3, 10 Liv. 8, 6, 4 Sil. 10, 634. al.; cf. sub β et Sil. 10, 515 -bus Fabioque ... et p.; usu laxiore p. 678, 16). leg. 3, 10 cum populo -busque agendi ius (*ibid. iterum* [3, 40 cum populo ... aut cum senatu]. Liv. 3, 31, 7). *ibid.* quae cum populo quaeque in -bus agentur (*repet.* 3, 40). Tusc. 1, 4 -um consilium (i. collegium, aliter SALL. [?] rep. 2, 11, 1 Liv. 2, 44, 9. al.; cf. SALL. [?] rep. 2, 10, 6 -es consilio valere decet). SALL. Catil. 31, 7 postulare a -bus coepit. epist. Pomp. 6 (ad senatum) o grati -es. or. Macri 16 -um decreta (HOR. Carm. saec. 17 Liv. 30, 2, 6. 38, 51, 4. al.; cf. 4, 58, 8 -es ... decrevere [5, 15, 2. 6, 21, 3. al.]). hist. frg. 1, 84 multiplex cura -es exercebat (cf. HOR. Carm. 4, 14, 1 quae cura -um quaeve Quiritium eqs.). 2, 46 frg. inc. 16. Verg. Aen. 7, 611 ubi certa sedet -bus sententia pugnae (cf. Liv. 25, 7, 1 de sententia -um). HOR. Carm. 4, 5, 3 -um sancto concilio (Liv. 4, 48, 5 Sil. 17, 6). epist. 1, 16, 41 consulta -um (PLIN. nat. 3, 138 Tac. ann. 2, 85, 4. al.; cf. Liv. 2, 26, 5 ut nec consuli ... -es ... possent [3, 13, 7. 22, 1, 14. al.]). Ov. fast. 4, 950 sic iusti constituere -es (cf. Sil. 17, 199 statuere). 5, 312 Romani (Liv. 3, 68, 6. 3, 72, 7. 6, 15, 4. al.; cf. l. 34 et Sil. 12, 687 Ausonios). Pont. 4, 4, 35 -es e more vocati (4, 5, 21 in Iulia templa. Liv. 3, 38, 8 in curiam. al.; cf. 5, 7, 11 revocatis [al.]. 39, 9, 6 convocatis. nec non 3, 38, 6 citari). Liv. 2, 5, 1 res ... refertur ad -es (3, 33, 4. 6, 10, 9. al.; cf. 2, 28, 2 deferunt [2, 37, 8]). 2, 27, 11 -um maiestatis (al., v. vol. VIII 155, 75sq.). 2, 28, 5 quam -bus placeat (9, 8, 1. 10, 32, 3. al.). 3, 3, 6 ex auctoritate -um iustitio indicto (7, 19, 10 ex a. -um ac populi iussu. 8, 21, 10. al.; cf. 7, 15, 12 auctoribus -bus [7, 41, 3]). *haec et alia exempla Liviana ad totum senatum pertinere censemus sec. Mommsen, Staatsrecht III 1033 n. 2)*. 8, 37, 1 iussu -um (30, 40, 4. 37, 52, 2. al.; cf. 42, 20, 2 -es ... iusserunt [42, 21, 8. 42, 30, 10. al.]). 29, 10, 2 si ita -bus videretur (30, 17, 8. 35, 6, 3. al.). al. *circumscribitur sing. e. g. Liv. 21, 63, 3 uno -um.*

ⓓ *laxius significatur potius ordo vel factio patriciorum, optimatum, senatorum*: ① *opp.* plebs, plebei (v. etiam p. 678, 27. 28. 31. 32; *opp.* vulgus p. 678, 15; *notabiliora tantum*): LEX XII tab. 11 (12), 1 (Cic. rep. 2, 63; non ad verbum refertur) *conubia* ut ne plebei cum -bus essent (al., v. vol. IV 815, 7. 10. 31, ubi addas Liv. 9, 34, 5). ELOG. Inscr. Ital. XIII 3, 78 (aet. Aug., sed fort. *repet. ex exemplari vetustiore*) M^o. Valerius ... plebem de sacro monte deduxit, gratiam cum -bus reconciliavit. Cic. leg. 3, 24 con-

cessa plebei a -bus ista *tribunicia* potestate. Brut. 54 plebem in -es incitatum (Liv. 2, 52, 2. 3, 66, 2. cf. Cic. Brut. 56 plebei contra -es concitatione et seditione). fam. 9, 21, 3 ad -es ... revertare; plebei quam fuerint importuni, vides. SALL. Catil. 33, 3 saepe ipsa plebs ... a -bus secessit (or. Macri 1 FEST. p. 318 SVET. Tib. 2, 2. al.; cf. SALL. hist. frg. 1, 11 discessio plebis a -bus. Liv. 4, 12, 2 per secessionem plebis a -bus. PAVL. FEST. p. 231 dissidente plebe a -bus [VAL. MAX. 8, 9, 1. SEN. dial. 5, 2, 4 cum -bus]). Iug. 30, 1 apud plebem ... -es. 88, 1 Metellus ... plebi -busque ... iuxta carus. hist. frg. 1, 11 servili imperio -es plebem exercere. 1, 12 sub honesto -um aut plebis nomine. 4, 45 si nihil ... inter plebem et -es convenisset. SALL. (?) rep. 2, 5, 1 in duas partes ... civitatem divisam ..., in -es et plebem; antea in -bus summa auctoritas erat, vis multo maxima in plebe. VERG. georg. 2, 509 plausus ... plebisque -umque (cf. Liv. 27, 8, 10 magno adsensu -um plebisque). Liv. 2, 23, 1 civitas ... intestino inter -es plebemque flagrabat odio. et saepe. *opp.* vulgus: Ov. fast. 1, 643 a -bus secesserat ... v.

ⓔ *opp.* populus (*adde l. 25. 29 bis. 30; Quirites l. 22*): LVCIL. 1229 totus ... p. que -esque iactare indu foro se omnes (Ov. met. 15, 486 STAT. silv. 1, 4, 115. 2, 5, 25 MART. 7, 5, 1. 9, 48, 7. al.). Ps. QUINT. decl. 3, 11 p. Romanus secessione a -bus ... persecutus *Appium*. Tac. hist. 1, 4, 2 apud -es aut p. aut urbanum militem. ann. 3, 10, 2 studia populi et -um. 3, 27, 1 pulso Tarquinio adversum -um factiones multa p. paravit eqs. 14, 1, 2 iniurias -um, iram populi. *opp.* Quirites: Liv. 4, 3, 2. ⑤ *opp.* equites *sim.* (*fere inter alios ordines*): Liv. 1, 35, 8 in circo loca divisa -bus equitibusque. MANIL. 5, 735 principium ... -es retinent et proximum equester ordo locum, populumque equiti populoque subire vulgus ... et iam sine nomine turbam. PLIN. nat. 33, 29 anuli plane tertium ordinem mediumque plebei et -bus inseruere. STAT. silv. 1, 4, 39 -umque equitumque ... et ... plebis. 4, 1, 26 turmaeque tribusque purpureique -es. MART. 8, 49(50), 7 eques ... populusque -esque. 12, 2(3), 15 populo -busque equitumque. 14, 120, 1. Tac. hist. 1, 4, 3 -es ..., primores equitum ..., pars populi ..., plebs. ann. 1, 7, 1 consules, -es, eques. 4, 74, 3 -es, eques, magna pars plebis. ⑥ *sine tali opposito (pauca selecta)*: Cic. har. resp. 40 ne per optimatum discordiam ... -bus principibusque caedes periculaque creentur. 43 *senatus severitas Gracchum* a gravitate -um desciscere coegit. leg. 3, 19 *tribunatus* -bus omnem honorem eripuit. STAT. silv. 5, 2, 161 si mea Romulei venient ad carmina -es (cf. 5, 3, 215 Latios quotiens ego carmine -es mulcerem). al.

ⓖ *usu speciali aevi cadentis significantur homines patriciae dignitatis quasi -es imperatoris (sing. praeter CE; cf. p. 680, 21. 29. 32)*: CLAUD. 13, 12 Stilicho socer est, -r est Stilicho (*sc. imp. Honorii*). 19, 50 (*ad Eutropium eunuchum*) principis ... -r (*item per ironiam de eodem*: 20, 69 genitor ... vocatur principis et famulum dignatur regia -em. cf. Philostorg. hist. eccl. 11, 4 πατήρ ὁ εὐνοῦχος βασιλέως. Sozom. 8, 7, 1 πατὴρ βασιλέως). INST. Iust. 1, 12, 4 quem sibi -em elegit *imperator* (i. *patriciatu ornavit*). fort. huc pertinet: CE 898, 2 (= INSCR. christ. Diehl 22, 2; in *diptychis consulariis Iustiniani Augusti, cons. a. 521, postea imp.*) munera ... -bus ista meis offero cons(ul) ego (*propter pron. poss. potius patricios significari putamus quam senatores; aliter edd. coll. diptycho Philoxeni q. d.: τῆ σοφῆ γερουσίᾳ*).

ⓗ *transfertur ad alias civitates*: ① *ad quamlibet civitatem (in doctrina philos.)*: Cic. rep. 1, 48 et a regum et a -um dominatione solere in libertatem rem populi vindicari (*syn.* optimatum). 1, 49 cum -es rerum potirentur. 3, 37 sic regum ..., sic -um ... imperia civibus ... praesunt ut corporibus animus. ② *ad exterarum civitates (fere apud poetas)*: VERG. Aen. 1, 7 genus ... Latinum Albanique -es eqs. (GLOSS. IV 429, 6 Albani principes). 4, 682 populumque -esque Sidonios (CORIPP. Ioh. 3, 280. *item de senatu Carthaginensium*: SIL. 1, 683. 2, 24 Tyrios. 4, 763 Carthagine missi. 6, 346 Elissaei. 11, 496 populusque -esque. 17, 576 Carthaginis. al. apud eundem). 5, 341 ora ... -um (*sc. Troianorum ut*: 5, 758. 9, 192 populusque -esque). 7, 176 (*de -bus Latinis ut*: 11, 379. 12, 211 Latinis [*sunt qui cogitent de regibus; vix recte de -bus patris* SERV. p. 681, 25]). Liv. 23, 22, 6 Latinorum). 7, 727 Aurunci. Ov. met. 7, 431 -es et medium vulgus (*sc. Atheniensium. cf.* 15, 645 Graios). 14, 775 Sabini. VAL. FL. 1, 72 populum ... atque ... -es (*sc. Thessalorum ut*: 1, 761 -es regnique ... vulgus). 5, 269 *Aeetes* praecipitat ... -es (*sc. Colchorum ut*: 5, 464. 8, 281 populi que -esque). SIL. 1, 564 *Saguntinorum*. 11, 44 tum populo saevi -es, plebesque senatus invidia laeta (*sc. Campanorum*). STAT. Theb. 2, 443 plebisque -umque (*sc. Thebanorum ut*: 2, 450). VVLG. I Esdr. 1, 5 principes -um de Iuda et Benjamin (2, 68. 3, 12. al.; *item Iudaeorum*: prov. 13, 23. Oros. hist. 6, 6, 2 [*opp.* plebe]. cf. p. 680, 24). CLAUD. 26, 481 crinigeri ... -es, pellita Getarum curia. CORIPP. Ioh. 6, 404 -es gentis *Astricum*. ③ *ad civitates municipales*: CE 327, 2 populi que -esque *Puteolorum*. 2099, 16 *Valentiae oppidi*.

ⓓ *imperatoribus sim.*: a *usu communi*: ① *accedunt determinationes*: ① -r patriae (*titulum iam antea per occasionem*

tributum v. sub 2a; de re v. Volkman, Kl. Pauly IV 547sq.; abbrev. p. p. LEX arae Aug. Narb. [CIL XII 4333] 1, 8, 2, 6, 26 *et saepe, pat. patr. CIL II 4716* [a. 39], pat. p. CIL III 6741 [a. 64/5]; *graece πατήρ πατρίδος e. g. R. Gest. div. Aug. 35; explicat SEN. clem. 1, 14, 2 -em ... p. adpellavimus principem, ut sciret datam sibi potestatem patriam, quae est temperantissima, liberis consulens suaque post illos reponens. afferuntur exempla vetustiora; respicitur: Caesar: CIL I² 789 (periit; de sinceritate dub. Alföldi, Mus. Helv. 10, 1953, 107, sed v. Degrassi, CIL I² p. 951 et n. 2969. 2970). SVET. Iul. 76, 1 FLOR. epit. 4, 2, 91. Augustus: in titulis: CIL XII 136 (a. 8/7 a. Chr.). II 2107 (a. 6 a. Chr.). XII 5480 (a. 3 a. Chr.; item al.). INSCR. numm. imp. Aug. n. 204sq. (inde ab a. 2 a. Chr.). FAST. ann. Iul. Praen. Febr. 5 (Inscr. Ital. XIII 2 p. 119). R. GEST. div. Aug. 35. al. apud auctores: Ov. fast. 2, 127 sancte. trist. 2, 181. 4, 4, 13 MĀNIL. 1, 925 VELL. 2, 123, 1 VAL. MAX. 7, 7, 3 PETRON. 60, 7 SVET. Aug. 58, 1. al.; ordine inverso patriae -r: Ov. fast. 2, 637. trist. 2, 39 p. rector ... -rque. Pont. 1, 1, 36. 3, 3, 88 MĀNIL. 1, 7 SVET. Aug. 58, 2. Tiberius: TAC. ann. 1, 72, 1 nomen -is p. Tiberius a populo saepius ingestum repudiavit (sim. SVET. Tib. 26, 2. 67, 2).*

Gaius: INSCR. numm. imp. Gai n. 3 et 19 (a. 37/8). al. CIL II 4716 et III 14147¹ (a. 39). Claudius: INSCR. numm. imp. Claud. n. 90 (a. 42). al. CIL XI 5999 (a. 42). XIII 6797 (a. 43). VI 562 (a. 43). 915 (a. 43/4). al. TAC. ann. 11, 25, 4. Nero: INSCR. numm. imp. Neronis n. 8 (a. 55/6). n. 11 (a. 56/7). n. 14 (a. 57/8). al. CIL III 6741 (a. 64/5). IV 3726. OCTAVIA 444. PLIN. nat. 37, 20 (ironice). SVET. Nero 8 -is p. nomine recusato. sim. de ceteris imp.

ⓑ *variae (sc. adi. vel gen.):* VERG. Aen. 9, 449 dum ... imperium ... -r Romanus habebit (ad Augustum eiusque successores referunt plerique, sed sunt qui Iovem Capitolinum vel civem Romanum intellegant. AVSON. 469, 21 p. 4 P. ad Theodosium. cf. supra p. 360, 53sq. 677, 34. 56 et MART. 9, 7[8], 6 Ausonius [de Domitiano]). Ov. fast. 2, 130 (antecedit l. 13) -r orbis (de Augusto. STAT. silv. 3, 4, 48 -r inclitus o. [de Domitiano, urbis codd. rec.; inde CORIPP. Iust. 1, 120 de Iustiniano]. cf. l. 44). 2, 132 (ad Augustum) hominum tu -r, ille Iuppiter deum. STAT. silv. 1, 4, 95 Latiae -r inclitus urbis (de Domitiano ut: 4, 8, 20 Ausoniae -r augustissimus u. cf. infra l. 63. p. 680, 15 nec non p. 686, 68). SVET. Cal. 22, 1 -r exercituum ... vocabatur.

al. singulariter -r victoriarum (sc. de auctore, cf. auctores rerum sub IIIA1): INSCR. Afr. Gsell I 2059 de Sept. Sev. ⓑ sine determinatione (fere apud poetas sec. usum supra descriptum vel more laxiore imperatorem laudantes): HOR. carm. 1, 2, 50 hic ames dici -r atque princeps (ad Octavianum principem, cf. ad Augustum: Ov. ars 1, 203. met. 15, 860 v. p. 685, 30. trist. 2, 574 o -r, o patriae cura eqs. 3, 1, 49 optime. MĀNIL. 1, 913). CALP. ecl. 4, 146 ad Neronem. VAL. FL. 1, 11 sancte ad Vespasianum. STAT. silv. 5, 1, 167 ad Domitianum. TREB. Claud. 4, 3 ad Claudium. OPT. PORF. carm. 12, 1 Constantine -r (ad eundem 14, 4 -r alme). CLAUD. 24, 189 dominum sese -emque vocari. CORIPP. Iust. 1, 167 -em res publica perdit et orbis. explicatur ratio: AVSON. 419, 35 p. 362, 228 P. Gratianus potestate imperator ..., indulgentia -r, aetate filius, pietate utrumque.

β *usu speciali aevi cadentis significatur Augustus vel antecedens vel simul imperans, sed aetate maior (nisi respicitur quorundam adoptio vel affinitas):* COD. Iust. 6, 26, 2 (a. 204; Sept. Sev. de M. Aurelio, quem -em adoptivum sibi esse finxit; item 7, 12, 1. de eodem Diocletianus: 5, 17, 5 pr. a. 294). 6, 54, 6 (a. 225; Sever. Alex. de Caracalla ut: 12, 35, 4). NOVELL. Valent. 9 (Valent. III de Theod. II socero ut: 16 pr. 26 pr. 27, 3. 35, 13. loq. socer: NOVELL. Theod. 2 tit. Valent(iniano) ... filio Theod(osius) ... -r. sine nomine: COD. Theod. const. de constit. l. 21). NOVELL. Anth. 2 pr.

c *magistratibus: -r civitatis: COD. Iust. 11, 33, 2, 3 (a. 314) cura -is c. 1, 9, 18 pr. (a. 439) nec defensoris c. fungi ... officio nec -is honorem adripere (patriae codd., sed cf. Basil. 1, 1, 47 παρέρεσ. 8, 51, 3, 3 civitatum. NOVELL. Iust. 75, 2 = 104, 2. 85, 3, 1). 10, 44, 3, 1 (a. 465) si quis ... omnia decurionum munera ... sua sponte peregerit, eum ... -em c. ... fieri ... decernimus. 8, 12, 1 pr. a. 485/6. 8, 12 rubr. NOVELL. Iust. 85, 3 pr. 128, 16. CONC. S. IV 1 p. 120, 35. 127, 15. accedunt gen. varii: CE 1413, 1 (= INSCR. christ. Diehl 83, 1; saec. IV ex.) lux patriae, sublime decus p(ate)r Osius urbis (nisi urbis ad decus referendum, sed v. Prosopogr. Later Rom. Emp. II 572). CASSIOD. var. 6, 3, 2 -r appellatur imperii (de praef. praet. ut: 8, 20, 3 v. infra. CORIPP. Iust. 4, 333 de Calinico praeposito sacri cubiculi [nisi de patricio sicut p. 678, 38]). 8, 20, 3 -r provinciarum, -r etiam praedicatur imperii (de praef. praet. ut 11, 8, 7). sine determinatione (nisi de patricio, cf. l. 65): NOVELL. Iust. 115, 6 epil. -r karissime atque amantissime (ad praef. praet. ut: 143, 1). PASS. Petr. Paul. brev. 13 -r Clemens (Nero ad praef. urbi).*

d *patronis sim. collegiorum profanorum (de colleg. sacris v. p. 681, 26sq.; disting. parens p. 680, 1; vix huc pertinent CIL III 8837. 11042, ubi potius -r a filio eiusdem nominis distinguitur): CIL XIV 2408 (a. 169) quem archimimum primum omnium adlect(i) scaenicorum -em) appellarunt. DECRET. centon. Sentin. (CIL XI 5749 a. 261) 5 Cassidio Severo*

-e n(umeri) n(ostri) et Heldio Peregrino parente (21). CIL V 784 in collegio veteranorum (cf. XI 1355A, 16 collegi fabrum tignariorum). VI 37845^b -r Esarorum (i. Isaurorum, sc. gladiatorum, si recte explicat Bücheler, Kl. Schr. III 374). XI 317 (a. 575) Florentius -r pistorum regis Theodorici (corruptum suspicatur ed. coll. Pap. Tjäder 36, 40, 64, vix recte). al.

2 *tribuitur potius per occasionem; dicitur: a de Romanis:* Cic. Rab. perd. 27 *Marium -em patriae, parentem ... huiusce rei publicae possumus dicere (Sest. 121 me ille histrio absentem ut -em deplorandum putabat ..., quem multi ... saepe in senatu -em p. nominarant [de Cicerone ut: Ivv. 8, 244]). rep. 1, 64 maiores nostri non eros nec dominos appellabant eos, quibus iuste paruerunt, ... sed patriae custodes, sed -es, sed deos. ELOG. Inscr. Ital. XIII 3, 80 Fabius dictator ab exercitu Minuciano -r appellatus est (quia subvenerat; sim. de eadem re: Liv. 22, 30, 2. 22, 34, 6 VAL. MAX. 5, 2, 4 PLIN. nat. 22, 10. cf. SIL. 16, 603 Fabius -r [nisi de grandaevo]). HOR. carm. 3, 24, 27 si quis quaeret -r urbium subscribi statuis (cf. p. 679, 32. 63 et LVCAN. 2, 388 Cato urbi -r est urbique maritus). PLIN. nat. 7, 143 de Q. Metello Macedonico.*

b *de exteris: a usu pleno: Cic. Flacc. 60 Mithridatem deum, ... -em, ... conservatorem Asiae nominabant Graeci. CVRT. 9, 3, 16 regem, -em, dominum Alexandrum. ITALA Esth. B6 (Corb. al., VVLG. v. l. 32) ab Aman ... sequente -e nostro (gr. τοῦ ... δευτέρου πατρὸς ἡμῶν. loq. rex Persarum ut Esth. E11 [ibid., cf. VVLG. 16, 11] ut ... -r noster appellaretur Aman). II Macc. 14, 37 (rec. L, sim. cet. rec. et VVLG.) Raxis ... quidam de senioribus ..., vir amator civitatis ..., qui secundum benignitatem -r Iudaeorum appellabatur (SEV. MINOR. l. 507/8 V.). VVLG. I reg. 24, 12 -r mi (David ad Saul; item voc. IV reg. 5, 13 servi ad Naaman principem). II par. 2, 13 (rex Tyrius ad Salomonem) misi ... tibi virum prudentem ... Hiram -em meum (de eodem magistro: 4, 16). β in locutionibus comparativis (cf. l. 8): ITALA gen. 45, 8 (Lugd.) deus fecit me Ioseph sicut -em Pharaoni (gr. ὡς πατέρα, VVLG. quasi -em Pharaonis). FILASTR. 29, 2 Simonem Magum Samaritani quasi -em venerantur (VVLG. gen. 45, 8 v. supra. Is. 22, 21). VVLG. Esth. 13, 6 (loq. rex Persarum) quem Aman -is loco colimus.*

3 *tribuitur ratione poetica quibusdam heroibus (in carm. epicis praeter HOR.; hoc usu poetico varias notiones subaudiri posse, maxime quaedam ad usum p. 674, 22sq. descriptum spectare [e. g. l. 40], vix est monendum):*

a *Aeneae (v. Knoche, Festschr. Snell, 1956, 97sq.): -r Aeneas (cf. GLOSS. IV 457, 17 -r Ae.: dux et princeps): VERG. Aen. 1, 580. 699. 2, 2 (SERV. auct.: honoris hoc nomen est). 3, 716. 5, 130 Aeneas ... -r (seiunctim ut: 8, 28 -r ... A.). 5, 348. 12, 166 -r A., Romanae stirpis origo. et saepius. HOR. carm. 4, 7, 15. al. nomine non addito: VERG. Aen. 1, 555 -r optime Teucrum (SERV. auct.: mira laus, cum et -em et optimum dicit. GLOSS. I Ansil. PA 754 -r optime: rex summe). 5, 358 -r optimus. 5, 424 satius Anchisa ... -r. 5, 603 sancto ... -i. 5, 867. b variis: VERG. Aen. 7, 61 -r ... ipse ... Latinus (seiunctim ut: 7, 92 [SERV.: aut honoris est aut -r Laviniae]. 11, 469. aliter p. 674, 27; sine nomine: VERG. Aen. 7, 274. 593. 618). VAL. FL. 3, 565 -r ... Tiryntius (i. Hercules ut: STAT. silv. 3, 1, 125 -r ipse loci ... T.). STAT. Theb. 2, 199 Inachus -r (i. Adrastus, de quo 3, 346 verendus ... -r ipse ... Adrastus [5, 42]. 3, 387 altus ... -r. 3, 682 verendi ... -is [sed respicitur filia]). Ach. 1, 363 -r Lycomedes.*

B *in vita privata et usu familiari: 1 tribuitur ei, qui velut -r servat, tuetur, consulit sim. (affinitatem, quae exstat cum exemplis p. 676, 6 allatis, vix negaverimus; sed illis notionem honorandi deesse putamus):* PLAVT. Capt. 238 si te audeam, meum -em nominem (cf. BRVT. [?] Cic. ad Brut. 25, 5 W. licet ... -em appellet Octavius Ciceronem). 239 secundum -em tu es -r proximus (444 tu mihi erus nunc es, tu patronus, tu -r. TER. Ad. 456 tu es patronus, tu -r). CAS. 739 mi -r, mi patrone (item voc.: Rud. 1266 mi liberte, mi patrone potius, immo mi -r. HOR. sat. 2, 1, 12 optime. epist. 1, 7, 37 'rex'que 'r'que audisti [ad Maecenatem]. PETRON. 98, 8 carissime. al.). APVL. met. 1, 17, 4 comes et -r meus, et frater meus (del. edd., sed def. e. g. Augello, Studi Apul., 1977, 33sq.). al.

2 *tribuitur hominibus aetatis propectae (cf. IA3b, ubi praevalent plur.): a explicationes: HIER. in Matth. 23, 8-10 si hominem -em vocamus, honorem aetati deferimus eqs. CONC. Carth. a. 411 (Corp. Christ. 149A) 3, 242 (verba Augustini) honorificentiae causa -es appellamus eos, qui nos vel tempore vel meritis praecesserunt; ... illud honoris est, ut quotidie senibus dicamus 'r'. b exempla (non nisi sing.): PLAVT. Most. 952 erras ..., -r (item voc.: Rud. 103 Trin. 878. 884 TER. Haut. 459. VERG. Aen. 5, 533 ad Acesten; cf. l. 72. STAT. Theb. 7, 248. nomine antecedente VAL. FL. 8, 182 o Tiphy, ... -r ... venerande). LVCIL. 581 Pacilius ... -r (v. Krenkel ad l.; sim. iuxta nomen: VERG. Aen. 5, 521 Acestes, qui ... -r. CIL IV 2081 Colepius -r. cf. p. 683, 65sq.). HOR. epist. 1, 6, 54 homines potentes salutans 'frater', 'r' adde; ut cuique est aetas, ita quemque ... adopta (cf. CAPITOL. Aur. 18, 1 cum ... modo frater, modo -r, modo filius, ut cuiusque aetas sinebat, ... diceretur). al. accedit abl.: [v. Kamptz]*

QVODV. prom. 1, 32, 44 l. 10 venerabilis ille senex ..., -r aetate, non generatione.

C in re sacra: **1 paganorum.** *tribuitur sacerdotibus vel aliis personis sacratis: -r idem est qui et sacerdos infra l. 28. 41. 59. cf. l. 42 bis. 60; distinguitur sacerdos CIL III 633 iv. VI 377 X 6435 XIV 65; ceterum diversi sunt quaestor CIL III 882, duo praefecti CIL III 4045, notarius CIL VI 406. 408, fratres CIL VI 406. 727. perperam huc trahitur LEX colleg. salut. Dian. et Antin. (CIL XIV 2112)2, 11 ubi -r a filio eiusdem nominis distinguitur (vix recte tract. supra vol. VIII 439, 70 s. v. mater).*

a in cultu deorum variorum (abbrev. pat CIL X 6435 XIV 37):
α de principe fetialium, sc. -r patratu (Not. Tir. 77, 81. GLOSS. I III Abstr. PA 71 -r p. [-r -um pars codd., unde I Ansil. PA 753]: sacerdos vel praepositus, id est -r foederum conficiendorum eqs; sim. al.; de re v. Wissova, Relig. u. Kult. d. Röm., 21912, 550sq., Latte, Röm. Religionsgesch., 1960, 121sq.; litteris graecis πάτερ πατριός PLVT. quaest. Rom. 62 [sed perperam explicatur -r patrimus]; cf. sub βδ): Cic. Caecin. 98 quem -r p. dedit aut suus -r populusve vendidit (de orat. 1, 181 bis. 2, 137 bis). Liv. 1, 24, 4 cum -e p. populi Albani foedus ferire (in eadem descriptione foederis faciendi: 1, 24, 6 bis. 1, 24, 7). 1, 32, 11 quarum rerum ... condixit -r p. populi Romani Quiritium -i p. Priscorum Latinorum eqs. (item describitur ritus belli indicendi: SERV. Aen. 9, 52. 10, 14). CIL X 797 (aet. Claud.) Sp. Turranius ... -r p. populi Laurentis foederis ex libris Sibullinis percutiendi cum p(opulo) R(omano). SERV. Aen. 12, 120 fetiales et -r p., per quos bella vel foedera confirmabantur (ibid. foedera facturi vel bella indicuri). 12, 206 tenet sceptrum Latinus, non quasi rex, sed quasi -r p. **β de principibus sim. variorum collegiorum (cf. Ald):** LEX colleg. Aesc. et Hyg. (CIL VI 10234 a. 153), 10 -i collegi (11. 12). INSCR. Année Épigr. 1938 n. 61 (aet. Elagabali) per ... Acacium sacerdotem et -em candidat(orum) Iovis Dolicheni (de aliis inscr. similibus v. Colini, Epigraphica 1, 1939, 119sq.). CIL III 8147 cultorum dei Heronis (X 1874 cultorum centuriae Corneliae). VI 377 deorum omnium (iungitur sacerdos Silvani). X 6435 (in cultu Bacchico ut: XIII 8244). al.

b in cultu Mithriaco significatur septimus vel supremus gradus mystarum (de re v. post alios Merkelbach, Mithras, 1984, 127sq.): **a -r ponitur per se (abbrev. p CIL VI 749. 750. 752. 3727, pa CIL VI 31039, 4, pat CIL XIV 65, pp pro -bus CIL III 15184⁵, 12): epigraphica:** INSCR. Année Épigr. 1905 n. 25 (a. 155) G. Accio Hedychro pat(re) (de eodem l. 50 -r -um. cf. ibid. 1950 n. 199, 9 Proficentius -r dignissimus Mithrae [de eodem l. 3 -is sacrorum]). CIL IX 4109 (a. 172). VI 725 (a. 181) (p)raes(idente) Domit(ion) Marcellin(o) patr(e) (de eodem 726. 30821). 723 (a. 184). 2271 (a. 209/11) -r et sacerdos ... Mithrae (738, 6. 31045 XIV 63. 70. cf. VI 504 [a. 376] -r et hieroceryx. XIV 66 pat(e)r e(t) an(t)is(tes). III 15184⁵, 12 (a. 244). VI 749 (a. 357; item iuxta alium mystam, qui appellatur -r -um: 750 a. 358. 752, 7 a. 358/9). CE 1529A, 2 (a. 377) -r Invicti. al., v. Vermaseren, Corp. inscr. et monum. relig. Mithr., indices vol. I 352 II 427.

testatur scriptor: HIER. epist. 107, 2, 2 specu Mithrae et omnia portentosa simulacra, quibus corax, cryphius, miles, leo, Perses, heliodromus, -r initiantur. **β -r -um (cf. p. 683, 11; abbrev. p. p. CIL VI 749. 750. 751^{a,b}. 752. 2151; p. -um INSCR. Année Épigr. 1905 n. 26):** INSCR. Année Épigr. 1905 n. 26 (= Dessau 9279, a. 155; de eodem ac l. 37). CIL VI 47 (saec. IV?) magister et -r -um (cf. l. 57. 62). 86 (saec. IV?). 749 (a. 357; iuxta -r, v. l. 44). 751^a (a. 358). 510, 13/14 (a. 376) -r -um ... Mithrae (sim. cum gen. dei: 2151. 2540 INSCR. Année Épigr. 1953 n. 237). 751^b, 10 (a. 376). 1779, 8 (a. 384). XIV 403 sacerdoti ... M(ithrae), -i -um. al., v. Vermaseren l. c. **γ -r sacrorum (saepe cum gen. dei; abbrev. p. s. CIL III 6128 VI 500, p. sc. CIL VI 1675):** testatur scriptor: TERT. nat. 1, 7, 23 initiari volentibus mos est prius ad magistrum sacrorum vel -em adire (apol. 8, 7 -em illum s.). praebent tituli: CIL III 4800, 8 (a. 239) sacerdot(e) Licin(io) Marcello pat(re s.) (si recte suppletur). VI 507 (a. 313). 509, 9 (a. 370). INSCR. Année Épigr. 1953 n. 238 (a. 374) -r et hieroceryx s. (CIL VI 500, 8 [a. 377] p. s. et h.). CIL VI 511, 9 (a. 377). 1675, 5 (post a. 381) mag(istro), p(atr)is s(ac)rorum (de eodem: 31940, 4. cf. l. 51. 57). 31902 (a. 385). 1778, 10 (a. 387). al., v. Vermaseren l. c. **δ add. varia:** CIL II 2705 (= 5728, litteris saec. III) -em patratum leonem (V 5795. v. Latte, Röm. Religionsgesch., 1960, 370 n. 2. aliter supra l. 11). V 764 -r nominus (i. νόμιμος). XI 5737 I 5 (in catalogo cultorum) Sentin(as) Ianuarius -r leonum.

2 Iudaeorum (v. Schürer, Gesch. d. jüd. Volkes III⁴, 1909, 88sq.): ITALA iud. 17, 10 (Lugd.; ad Levitem iuvenilem) esto mihi in -em et sacerdotem (Vulg. parens. ad eundem: 18, 19 [ibid.] eris nobis in -e et s. [VVLG. habeamus te -em]). COD. Theod. 16, 8, 4 (a. 331) hieros et archisynagogos et -es synagogarum (INSCR. christ. Diehl 4892). INSCR. christ. Diehl 4884^a Faustinus pat(er), nepus Fa(u)stini pat(eri)s, filius Viti ierusiarchontis (i. gerusiarchontis; idem memorantur 4893^a. 4893^c. 4939. litt. gr.: 4894. 4895). 4895 Λογυμι πατριός. 4895A pateri Celeriani (gen.). 4896^a Iudati

patir(is). 4937 Livio Dionysio -e et (...)no gerusiarche eqs. INSCR. Année Épigr. 1966 n. 175 pateris Aniani (1982 n. 437). fort. huc pertinet etiam INSCR. christ. Diehl 4956 benem(e)moriae -r (sine nomine).

3 Christianorum: **a in ecclesia:** **α tribuitur eis, qui fidem exposuerunt vel ecclesiam instituerunt:** **① in universum (non nisi plur.; pauca selecta):** HIL. ad Const. 2, 5, 2 'usiam' simpliciter a -bus praesumptam (cf. SVLP. Sev. chron. 2, 43, 2 'usiae' verbum tamquam ambiguum et temere a -bus usurpatum). 2, 7, 1 synodo -um nostrorum (MARCELL. chron. II p. 84, 451 synodus. cf. COD. Iust. 1, 1, 8, 19 concilia). 2, 11, 2 -um fidei (cf. c. Const. 23 scripta a -bus fide. CANON. Turner I p. 330, 1 fides, quae a -bus nostris exposita est. sim. al.). c. Const. 24 nostra apud Nicaeam a -bus gesta. 27 -es nostros laccessis et in decreta eorum ... irrumpis (CONC. II 2, 1 p. 23, 6 FACVND. defens. 2, 6, 26). AVG. c. Iulian. 2, 10, 34 p. 698 Ambrosius alique quod a -bus acceperunt, hoc filiis tradiderunt (VINCENT. LER. 1, 1). SVLP. Sev. chron. 2, 42, 4 quae Nicaeae erant a -bus conscripta. CASSIAN. conl. 13, 18 tit. definitio -um (CONC. Araus. a. 441[Corp. Christ. 148]l. 13 STAT. eccl. ant. [ibid.] p. 166, 41 FAVST. REI. spir. 1, 5 p. 108, 6. al.). VINCENT. LER. 28, 6 -um sententiae (MARCELL. chron. II p. 77, 430, 3 GREG. M. epist. 8, 4 p. 6, 27 FACVND. defens. 2, 6, 11. al.). exc. p. 103, 31 catholicorum -um ... traditio (CONC. II 2, 1 p. 23, 6. cf. FVLG. RVSP. serm. 4, 1 l. 13 traditum ... tenemus a -bus). CONC. Thelense a. 418(Corp. Christ. 149)p. 60, 38 apostolica[e] -um constitutione (CONC. Reg. a. 439[Corp. Christ. 148]l. 4 CONC. Turon. a. 461 [ibid.] l. 100. al.). CONC. Araus. a. 441(Corp. Christ. 148)l. 116 -um statuta (CONC. Arel. secund. [ibid.] l. 57 CONC. Turon. a. 461 [ibid.] l. 10. al.). PS. EVSEB. GAL. LIC. hom. 9, 1 l. 5 G. ecclesiarum -es (GREG. TVR. Franc. 8, 2 p. 372, 15. COD. Iust. 1, 1, 8, 30 Romanae e. FACVND. defens. 4, 1, 8. al.). et saepe.

② de certis -bus nomine laudatis: sing.: GENNAD. vir. ill. 93 Sidonius catholicus -r et doctor habetur insignis. CASSIOD. inst. 1, 8, 13 -r Hieronymus (in psalm. praef. l. 119 in psalm. 110, 31. 87. 112 l. 114). 2, 5, 10 -r Augustinus (2, 7, 4 in psalm. 21, 17 l. 411. 76, 2 l. 31. al.). in psalm. 67, 34 l. 676 Leo -r apostolicus. 138 praef. l. 12 -i doctissimo Hilario. EDICT. imp. Iust. de fide p. 79, 8 -r Cyrillus (p. 79, 23. 81, 15. GREG. M. epist. 9, 147 p. 146, 2 beatum C. -em catholicum). al. plur.: CASSIOD. in psalm. 44, 10 l. 275 doctissimi -es Augustinus et Hieronymus. CAES. AREL. serm. 1, 15 p. 13, 24 sanctus Elarius, ... Ambrosius, ... Augustinus vel reliqui -es. LICINIAN. epist. 1, 2 (= Greg. M. epist. 1, 41^a p. 59, 12) sancti antiqui -es ... Hilarius, Ambrosius, Augustinus, Gregorius.

β pro appellatione sollempni tribuitur clericis certorum graduum: **① episcopis:** **Ⓐ loquuntur vel scribunt clerici (saepius significatur decessor vel is, qui baptizavit vel doctrina christiana imbuunt, ut exempla ad IIIA3 pertineant; sed nec hos colores nec alios, qui ex mutua familiaritate clericorum accedunt, ubique diiudices a notione honorifica, quae nobis praevalere videtur; afferuntur selecta):** GAUDENT. serm. praef. 4 G. apostolici ... viri, -is nostri Filastrii (sc. qui praecedit in episcopatu; de eodem 16, 8 -is mei F. 21, 1 beato -i nostro F. sine nomine: 21, 10). 16, 2 beatus -r Ambrosius (16, 9 PAVL. NOL. epist. 3, 4. sine nomine: GAUDENT. serm. 20, 1). RVFIN. apol. ad Anast. (papam) 7 l. 5 sancte ac venerabilis et beate -r. hist. praef. p. 951, 6 venerande -r Chromati (ad episc. Aquileiensem, qui Rufinum baptizavit; de eodem p. 957, 4 -is religiosi). PAVL. NOL. epist. 3 tit. domino merito honorabili et beatissimo -i Alypio (episc. Tagastensi ut 3, 6). 45 tit. unice nobis unanimo ac venerabili ... -i, fratri, magistro Augustino episcopo (TIMAS. Aug. epist. 168 OROS. apol. 3, 2. 31, 3 hist. 1 praef. 1. 7, 43, 19. sine nomine: TIMAS. l. c. PROSP. Aug. epist. 225, 7 p. 465, 18 papa beatissime, -r optime). AVG. epist. 21 tit. domino beatissimo et venerabili ... -i Valerio episcopo (Aug. presbyter ad episcopum suum; cf. 213, 4). RVSTIC. CONC. I 4 p. 161, 14 nec -is senectam miseratus (cf. l. 11 qui eum presbyterum ... constituit). EPISC. Istr. Greg. M. epist. 1, 16^a p. 19, 6 (= CONC. IV 2 p. 133, 43) -em et archiepiscopum nostrum (sc. Severum ut ibid. p. 19, 24 [= CONC. IV 2 p. 134, 18]). al. **Ⓑ loquuntur vel scribunt laici:** EDICT. imp. Honor. Theod. Aug. epist. 201, 2 (bis) -r carissime atque amantissime (ad Aurelium episc.). AVELL. p. 715, 5 sancto ... -i Hormisdæ urbis Romae pontifici Iustinianus. GREG. TVR. Franc. 8, 2 p. 372, 8 (rex Francorum episc. quendam vituperans; sim. p. 372, 16 sanctissimi -es). COD. Iust. 1, 2, 16 pr. (a. 477) beatissimus ac religiosissimus episcopus, patriarcha, nostrae pietatis -r Acacius. 1, 1, 8, 8 -em honorantes vestram beatitudinem (ad Iohannem papam ut: 1, 1, 8, 24 sancte ac religiosissime -r). NOVELL. Iust. app. 3 sancte ac religiosissime -r (ad metropolitam). GREG. M. dial. 1, 10, 14 rogo te, -r, eqs. (Gothus quidam ad episcopum, qui dixerat 1, 10, 13 non audis -em tuum).

② presbyteris: HIER. epist. 17, 3, 1 venerabilis et sancte -r. SEDVL. epist. 1 p. 1, 1 sancto ac beatissimo -i Macedonio presbytero (FERRAND. epist. 9. 11 INSCR. Année Épigr. 1937 n. 155). 1 p. 1, 3 (ad eundem ut: p. 3, 8. 5, 2). CE 1382, 11 (a. 555). GREG. M. dial. 1, 12, 1. 3, 37, 11. 4, 57, 6.

③ stilistica quaedam: **Ⓐ determinationes notabiliores:**

[v. Kampitz]

HIL. AREL. vita Honorat. 1 l. 6 ecclesiae huius antistes, virtute, sacerdotio, nomine Honoratus -r (INSCR. christ. Diehl 1050B, 15 meritis et n. -es. cf. SALV. epist. 9, 1 per institutionem discipulo, per amorem filio, per honorem -i). CONC. Thelense a. 418 (Corp. Christ. 149) p. 58, 3 -r primae sedis (*item gen.*: VEREC. in cant. 3, 3 l. 8D. sacerdotalis ordinis). GREG. M. epist. 5, 44 p. 343, 2 qui non solum -r, sed etiam generalis -r in mundo vocari appetis (*ad Iohannem episc. Constantinopol., de quo epist. 5, 39 p. 327, 10 universalem episcopum*). ② *in lusu verborum cum Petrus*: PAVL. NOL. epist. 20, 6 p. 147, 23 (*ad Delphinum episc., qui Paulinum baptizavit*) te non solum -em, sed et Petrum nobis esse factum. VEN. FORT. carm. 3, 13^d, 1. ③ *forma -r -um* (cf. *supra p. 681, 12 et 48sq.*): SIDON. epist. 6, 1, 1 tu, -r -um et episcopus episcoporum eqs. (*ad Lupum episc. Trecensem*). AVELL. p. 522, 10 -i -um comministro ac principi episcoporum Hormisdas (*de eodem papa*: p. 528, 11. 14. 17. p. 616, 3 -i -um H. archiepiscopo universali ecclesiae. p. 673, 26. p. 710, 26 -i -um archiepiscopo et patriarchae H.). RVSTIC. Conc.^s I 4 p. 222, 8 episcopo -i -um et archiepiscopo (*episc. Constantinopol.*). ④ *plur. reverentiae* (v. Hofmann-Szantyr 20): AVELL. p. 497, 27 sanctissimi et beatissimi -es (*ad papam ut*: p. 618, 2 domini sancti, beati apostolici -es. CASSIOD. var. 11, 2, 1 beatissimi -es [v. Fridh, *Études crit. et synt. sur les Varias de Cassiod.*, 1950, 35sq.]). EPIST. Austras. 45 p. 151, 2 -es ... omnium dignitatum (*ad patriarcham Constantinopol.*). GREG. M. epist. 8, 29 p. 31, 20 loco ... mihi fratres estis, moribus -es (*ad episc. Alexandrinum*).

b in vita monastica (v. Lorie, *Spiritual Terminology in the Lat. Transl. of the Vita Antonii, 1955, 58sq.*; *afferuntur selecta*): **a** *tribuitur his, qui vitam monasticam instituerunt vel monachis sacramenta ministrant*: HIER. epist. 54, 5, 4 clericos, qui -es sunt monachorum (*seq. per quem ordinem sacerdotum monachus factus est Christianus*. CASSIOD. inst. 1, 5, 2 p. 22, 16 Antonius -r m.; *aliter sub β*). Orsies. doct. 13 p. 117, 12B. -r noster Pachomius (*de eodem in tit. libr. p. 13, 2 praecepta -is n. P. p. 77, 3 epistula -is n. P.; de aliis*: p. 105, 1 Theodori. p. 109, 1 Orsiesii. BENED. reg. 73, 5 Basilii. *plur. ibid.* 18, 25. 48, 8 -es n. et apostoli). CASSIAN. inst. praef. 3 instituta monasteriorum ..., ut ... nobis a -bus tradita sunt (REGVLA mag. 34, 2 -um i. BENED. reg. 73, 5 collationes -um et i. cf. CASSIAN. inst. 2, 2, 2 constitutionem. *ibid.* institutionibus [Ps. EVSEB. GALIC. hom. 72, 13 l. 163G. CAES. AREL. reg. virg. 65 p. 119, 23]. CAES. AREL. reg. virg. 1 p. 102, 3 statuta). 1, 2, 4 *regulas* innumerositas sanctorum -um ... propagavit (cf. 3, 4, 3 vetustissimas regulas -um [BENED. reg. 73, 5]). *al. β* *tribuitur ei, qui monasterio praeest, fere i. q. abbas* (*distinguitur praepositus, e. g. l. 46. 50. 59, vel secundus, l. 58; praeest monasterio virginum l. 47. 55*): HIER. epist. 22, 33, 2 Macarius ... et Pambos et Isidorus et ceteri, quos -es vocant *monachi Nitriotae* (22, 35, 2 medius, quem -em v. *coenobitae*. cf. AVG. mor. eccl. 1, 31, 67 quem -em appellant). 22, 35, 6 -i omnium *coenobitarum*. reg. Pachom. praef. 2 *monachi Tabennenses* habent per singula monasteria -es ... et singularum domuum praepositos. praef. 6 ad -em monasterii (*al., v. vol. VIII 1404, 36sq.*; monasterii *virginum*: HIER. reg. Pachom. 143 p. 51, 13; multorum monasteriorum -r: RVFIN. hist. mon. 2 p. 405^B GREG. M. dial. 1, 4, 1 PALLAD. hist. mon. II 10 p. 362^C). 58 p. 31, 9 cui -r praeceperit (cf. 118 p. 45, 5 iussione -is [GREG. M. dial. 1, 4, 6 REGVLA orient. 11]. 158 p. 58, 5 praepositus nihil faciet nisi quod -r [monasterii *add. cod. unus*] iusserit [PAVL. STEPH. reg. 5 CAES. AREL. serm. 235, 1 p. 890, 3]. GREG. M. dial. 2, 7, 2 -is sui imperium). *al.* RVFIN. hist. mon. 3 p. 407^C -em trium milium circiter monachorum (CASSIOD. hist. 8, 7, 3 GREG. M. dial. 1, 1, 3 [*aliter l. 27*]. cf. GREG. M. epist. 9, 12 p. 49, 19 servorum dei. VITA Caes. Arel. 2, 26 p. 336, 17 *ancillarum dei*). REGVLA mag. 61, 2 domine -r (*ad abbatem ut*: GREG. M. dial. 1, 2, 9. 10. 11. 1, 4, 4. 6. 7. 9. *al.*). GREG. M. dial. 2, 22, 1 deputatis fratribus -em constituit et quis eis (ei *var. l.*) secundus esset ordinavit (2, 22, 2 eidem servo dei, quem illic -em constituerat, atque eius praeposito). *al.*

III translate (cf. p. 679, 34): **A servata vi procreantis significatur is, qui quasi spiritaliter genuit**: **1 de principe cuiusdam artis, doctrinae, nec non vitii sim.**: **a sine determinatione**: LVCR. 3, 9 tu, -r, es rerum inventor (*ad Epicurum, cf. PETRON. 132, 15 vers. 7 -r veri doctus Epicurus [de textu et interpretatione v. Raith, Wien. Stud. 4, 1970, 138sq.].*) HOR. sat. 1, 3, 126 -r ... Chrysippus. epist. 1, 19, 7 Ennius ipse -r (*sc. poetarum Romanorum ut*: PROP. 3, 3, 6 SER. SAMM. 706). TERT. monog. 6, 3 illum Abraham -em agnoscere ..., siquidem secundum fidem filius eius es eqs. IREN. 1, 31, 3 a talibus matribus et -bus et proavis ortos *Valentinianos*. *al.*

b accedunt determinationes: **a gen. rei, quam quis docuit vel invenit**: CIC. de orat. 2, 10 -r eloquentiae *Isocrates*. leg. 1, 5 Herodotum -em historiae. TERT. anim. 33, 8 *Homerus* -r habitus liberalium disciplinarum. cult. fem. 2, 2 l. 46 -r fidei Abraham (*de eodem*: adv. Marc. 5, 3 p. 578, 18 resurr. 18 p. 50, 23 PAVL. NOL. epist. 13, 4 p. 87, 4. 6. *al.*; *plur.*: PAVL. NOL. epist. 14, 2 p. 108, 13 *de patriarchis*. AVG. serm. 231, 1, 1 *de apostolis*). IREN. 1, 9, 5 -es huius fabulae. 3, 4, 3 eius *sententiae* et -r et antistes

(ARNOB. nat. 2, 10). ARNOB. nat. 4, 11 o -es novarum religionum, ... potestatum. EVANTH. de com. 1, 5 Thespis tragoediae primus inventor et comodiae veteris -r Eupolis. RVFIN. hist. 2, 14, 1 talium malorum -em et auctorem *Simonem*. 5, 28, 6 princeps et -r ... impietatis. *al. β* *pron. poss. vel gen. pers. eorum, qui principem sequuntur*: CIC. nat. deor. 3, 23 -r iste Stoicorum (*sc. Zeno. cf. ARNOB. nat. 2, 9 p. 75, 6 Aristoteli Peripateticorum -i*). ITALA Rom. 4, 11 (cod. e = VVLG.) -r omnium *credentium* per praepetium *Abraham* (Ps. ORIG. hom. in Matth. 1, 6 p. 245, 11. *de eodem cum respectu fidei*: ITALA Rom. 4, 16 [cod. e = VVLG.] omnium nostrum. TERT. adv. Marc. 5, 3 p. 578, 14 multarum nationum [p. 578, 18 monog. 6, 5. *al.*]. monog. 6, 1 [v. *infra*]. 6, 2. IREN. 4, 21, 1 eorum, qui ex gentibus credunt in Christum Iesum. *al.*; *aliter p. 674, 46*). TERT. monog. 6, 1 sit nunc -r noster Abraham: sit et Paulus (*affert I Cor. 4, 15 l. 00; sim. de apostolis*: MAX. TAVR. [?] serm. 66 p. 663^D [*de Petro et Paulo ut ibid. p. 664^D*]). VEREC. in cant. 2, 18 l. 14D. apostoli -es eorum. 4, 2 l. 59 *prophetae et apostoli*). IREN. 2, 13, 10 -es eorum *Valentinianorum*, falso cognominati Gnostici (cf. 3 praef. haeticorum. AMBR. fid. 3, 16, 132 -is vestri *Arii*. paenit. 1, 3, 10 -em vestrum *Novatianum. sim. al.*). AMBROSIAS. in Col. 1, 11/13, 2 *Adam* -r omnium peccantium. *al.*

2 de auctore librorum vel carminum: Ov. trist. 3, 1, 66 (*loq. liber*) quaerebam fratres, exceptis ... illis, quos suus optaret non genuisse -r (*parens var. l.*). MART. 1, 66, 7 virginis -r chartae (*i. auctor libri non iam editi*). AVSON. 399, 4 p. 229P. Paule, Camenarum ... alumne quondam, nunc -r eqs. (*ad carmina quaedam Pauli referendum videtur*).

3 de quolibet doctore rerum spiritalium (*explicatur IREN. 4, 41, 2 qui ... ab aliquo edoctus est verbo, filius docentis dicitur et ille eius -r*): ITALA I Cor. 4, 15 (cod. e = VVLG.) si ... decem milia paedagogorum habeatis in Christo, sed non multos -es: nam in Christo Iesu ... ego vos genui (HIER. epist. 65, 14, 6 euangelica ... doctrina). GAUDENT. serm. 16, 4G. spiritalium -um (CASSIAN. inst. praef. 8. ALC. AVIT. hom. 6 p. 110, 20 s. mihi a baptismo -r Mamertus sacerdos [*opp. -r carnis meae*]). EPIST. Merov. 8 p. 447, 36. *al.*) HIER. epist. 39, 2, 2 *Blesillae me -em esse spiritu, nutricium caritate* (60, 7, 3 tu, et avunculus et episcopus, hoc est et in carne et in s. -r). hom. Orig. in Luc. 20 p. 122, 14 episcopo, qui mihi a deo constitutus est -r. PAVL. NOL. epist. 4, 3 p. 21, 19 (*ad Augustinum*) si maturitatem ingenii tui et sensuum *consideras*, -r mihi es, etsi forte sis aevo iunior eqs. AVG. conf. 8, 2, 3 -em in accipienda gratia. *al.*

4 de eo, qui aliquem e baptismo suscepit i. q. sponsor (cf. Tert. bapt. 18; *sermone medii aevi dicitur patrinus*): *de re v. Bastiaensen, Vocab. liturg. dans l'Itin. d'Égérie, 1962, 17sq.*; *cognatio spiritalis, quae fit inter sponsorem et baptizandum* (cf. Cod. Iust. 5, 4, 26, 2), *illustratur paucis exemplis, in quibus baptizandus appellatur filius*: ENNOD. epist. 9, 28, 3 p. 250, 2 spiritalis f. *Greg. Tur. Franc. 5, 18 p. 222, 3 quem f. de lavacro ... excepi* (Caes. Arel. serm. 200, 6 [v. l. 58]. 204, 3 de sacro fonte ... spiritaliter. reg. mon. p. 150, 30 de baptismum). p. 222, 18 f. ... spiritalis ex lavacro (6, 17 p. 286, 14. cf. Conc. Autiss. a. 561-605 [Corp. Christ. 148A p. 268] n. 25 l. 78 de baptismo). *ceterum cf. parens p. 361, 67sq. et mater vol. VIII 439, 80sq.* *exempla (certiora; potius ad sacerdotem baptizantem pertinent e. g. p. 682, 49. 683, 10)*: PEREGR. Aeth. 45, 2 *baptizandi* si viri sunt, cum -bus suis veniunt (v. *Bastiaensen loco cit.*) 46, 1. 5. RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 4 l. 11 diaconus simulque -r mihi et doctor symboli ac fidei. ENNOD. dict. 13, 1 p. 467, 10 (*antea*: ego sum, cui Paterium filium ... sacri fontis alvus effudit: ego in animae eius secunda natiuitate ... sum genitor. cf. *carm. 2, 36*). epist. 8, 21, 1 p. 214, 5. 9, 6, 3 p. 232, 25. GREG. TVR. Franc. 9, 8 p. 421, 9 episcopum, qui erat regis -r ex lavacro (EPIST. Austras. 5 p. 116, 34). REGVLA Tarnat. (Rev. Bénéd. 84, 1974) 3, 2 spiritalem ... fieri -em (*aliter sub I*). CAES. AREL. serm. 200, 6 p. 769, 4 tam illi qui excipiunt quam qui excipiuntur, id est tam -es quam filii eqs.

